Stn 3 Ni.18. 69 Mic. lat.
Z-39. Cod. lat 69.

EX ELECTORALI BIBLIO-
THECA SERENISS. VTRIVSQ:
BAVARIAE DVCVM.

Sta 3 Ni. 18. 69 mu. lat.
Z. 39. Cod. lat 69.

Z. 39.

TABVLA

Incipit Tabula quorundam Librorum Artium Aurelij Cornelij celsi De Medicinis.

Incipiunt Principia Capitulorum Libri Primi.

Incipit nus foliorum.

QVERATIO MEDICINE POTISsima sit et quemadmodum sanos agere conueniat.	VT alimenta sanis corporibus agricultura sic sanitatem egris medicina promittit.	.1.
INitium medicine.	IGitur qui rationales medicinam.	.2.
QValiter eueniunt qui usu curant et rationem non reddunt.	HVic potissimum insistunt et duce alij erasistrato.	.3.
SI se concoctione adhibebit abstinentia.	COntrahi qui se empiricos.	.4.
DE membrana que a supioribus diuiditur diaphragma a grecis dicitur.	QVod membrana quedam superiores partes.	.5.
EXperimentum cassi medici.	ERgo etiam ingeniosissimus.	.8.
QValiter se sanus agere debeat.	SAnus homo qui et bene ualz.	.9.
QValiter se agere debeant qui stomacho imbecilles sunt.	AT imbecillis stomacho quo in numero magna pars urbanorum.	.9.
HEc obseruatio sicatharum est aut stomachus reumatizat.	SI quis interdiu se implebit post cibum neq; frigori.	.10.
QValiter debeat corpus fricari uel ungi.	POst iter primum sedile.	.11.
DE uomitu.	CVm uero inter extenuantia.	.12.
DE uentre.	DEiectio autem medicamento.	.13
DE escis temporum.	TEmpus quoq; anni cōsiderare.	.13.
DE capite.	PRoximū est ut de his dicam.	.14.
DE lippitudine que grauedinem tollit.	NEq; uero his solis quos capitis.	.14.
DE aluo soluto.	QVem uero frequenter.	.15.
DE dolore intestini interioris.	AT si laxius intestinū dolē.	.15.
DE stomacho.	SI quis uero stomacho laborat.	.15.
DE dolore neruorū uel podagre.	SI cui uō dolere nerui solet.	.16.
OBseruatio aduersus pestilentiam.	EST et obseruatio necessaria.	.16.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

TABVLA.

Incipit Tabula Libri Secundi	Incipiunt Pincipia Caplorum	Incipit nus foliorum
De temporibus.	Instantis autem aduerse.	17.
De tempestatibus.	Ex tempestatibus uero.	17.
De uentis.	Optimique hieme qui omni uento	17.
De etatibus.	Aetas media tutissima est.	17.
De forma corporis.	Corpus aute habilissimus.	17.
De Vere.	Vere tn maxime quecunque.	17.
De estate.	Aestas no quidem uacat.	18.
De autumno.	Vlx quicq ex his in autumnu.	18.
De siccitatibus.	In siccitatibus acute febres.	18.
De imbribus.	Per imbres longe febres.	18.
Muliebria corpora molliora.	In aute autumnus quoq.	19.
Sanguinem profluentem ex qbusdam uenis.	In senectutem spiritus.	19.
De notis aduerse ualetudinis.	Ante aduersam autem.	19.
Incipiente febre signa bona uel mala.	Vbi uero febris.	20.
Mala signa languentur.	Contra grauis morbi piculum.	21.
De longa ualetudine signa.	Post hec indicia uotum est.	21.
De ultimis signis ualetudinum.	Sed inter hec qdem.	22.
De muliebri ualetudine.	Mulier quoq grauida.	22.
Pueros qui post hec indicia uixisse.	Illud interrogari ab aliquo.	23.
Ex quibus notis singulas ualetudines possis agnoscere.	Sed cum proposuerim signa que in omni aduersa.	23.
Signa urine mirifice exposita.	Vrina autem crassa.	24.
De calculosis	Calculosi uero his indicijs.	24.
Quemadmodum feia calculosa possit agnosci.	Femine uero oras naturalium.	24.
De mulieribus pregnantibus.	At qui sanguine spumante.	24.
De lateribus.	Si ora uenarum sanguine.	24.
De dentibus.	At quibus magni lienes sunt.	24.
De diuersis doloribus ostendendis.	Quibus causa dolores.	24.
De signis que insaniam ostendunt.	Hec uero cum sine febre.	24.

TABVLA.

D	E aure.	
Q	Ve ualetudo ex qua oriatur.	
Q	Ve nota spem salutis pericula ostendunt.	
D	E fluxu narium.	
D	E menstruis feminarum.	
D	E aqua inter cutem.	
D	E articulis et podagra.	
D	E morbo comiciali.	
D	E torminibus.	
D	E leuitate intestini.	
D	E humeris.	
D	E singultis.	
D	E mulieribus sanguinem mouentibus.	
D	E quartanis in estate.	
D	E capitis dolore.	
D	E febribus.	
D	E fistule urine.	
D	E pulmonum morbis.	
D	E signis lateris.	
D	E suppurationibus.	
D	E mulieribus.	
D	E aqua in cute.	
D	E articulis.	
D	E comiciali morbo.	
D	E atrabile cum tormina.	
D	E lene.	
D	E intestino tenuiore.	
D	E mulieribus febris.	
D	E coxis.	
D	E resolutione.	
A	Uris quoq; dolor acutus.	26.
Q	Uod nisi incidit sequitur.	26.
S	Equitur ut in quoq; morbi.	27.
S	I quid in nares a capite.	27
S	I mulieri quoq; oppressa.	27
A	Qua inter cutem minime.	28.
A	Rticulorum uero uicia.	28
I	Tem morbus comicialis.	28
A	Cria tormina quidem.	28
C	Ontra intestinorum leuitas	28
H	Umerorum dolores.	28
S	Ingultus sternutamento	28
M	Uliet sanguine uomens.	28
E	Stiua quartana fere.	28.
A	C dolores capitis.	29
F	Ebrem aute ardentem.	29
O	Ribus in fistula urine.	29
I	N pulmonis morbo.	29
F	Ere uero que in pulmonis.	29
A	T ex suppurationibus.	29
E	X reliquis uero minime.	30
A	T aqua inter cutem.	30
A	Rticuli uõ qui sic dolent.	30
M	Orbus quoq; comicialis.	30
O	Uinetiam tormina.	30
O	Os lienis male habet.	31
M	Orbus intestini interioris.	31
M	Uliet ex partusi cũ febre.	31.
I	N coxe uõ doloribus.	31
O	Uacũq; uero parte corpis.	31

De feminis grauidis.
De quartana autumnali.
De his que suspendio liberantur.
De curationibus.
Que sint comunes cure.
De sanguinis incisione per uenam.
Que indicia sunt morbi que sanguinis emissiones requirunt.
An egro sanguis tollendus sit.
Quando sine ulla obseruatione mittendus est sanguis.
Si cui post cibum sanguis mittendus est.
Subtrahendum p biduum si necē est sanguinem.
Contra eos qui dicunt longe ab eo loco qui lesus est sanguinem mittendum.
Capite fracto de capite mittēdꝰ ē sanguis.
Que uena percuti debeat.
Que pericula sint cū uena male pcutitur.
Qui locus uene feriendus sit qualis color sanguinis esse debeat.
Tam diu est tollendum q̄ diu rubere cepit.
De cucurbitis medicinalibus.
De deiectione.
Que ad soluendum uentrē ueteres dabant.
Dari qualiter debeat ad uentrem.
De subtrahendo uentre in quibus causis necessarium maxime est.
Quale sit quod uenter fecerit.
Qualiter iniciendus obseruari debeat.
Quid ad soluendum uentrē p curā pandum sit.

Mulieri grauide si subito. .31.
Quartana estiua breuis. .31.
Neq; id ad uitam redit. .31.
Cognitis indicijs que nos. .32.
Ante de comunibus dicam. .32.
Sanguinem incisa uena mitti. .32.
Ergo uehemens febris ubi rubet corpus. .32.
Fleri tamen potest. .33
Idq; maxime fieri debet ubi nerui resoluti sunt. .33.
Cum sit autem minime. .33.
Fere etiā ista medicina. .33.
Neq; ignoro quosdam dicere. .33.
Si caput fractum est. .33.
Si quod in humero uicium ē. .33.
Mittere autē sanguinem. .34.
Inicienda autem ad medium uena est. .34.
Siue autē pmo siue scdo. .34.
Cucurbitularum uero duo. .34.
Deiectionem autē antiqui. .34.
Aut lac uel asininum. .34.
Sed medicamenta stomachū. .34.
Plerumq; uero aluus potius ducenda est. .34.
Utiq; si iuxta quoq; stercus .34.
Pridie uō abstinere debet. .36.
Si leui medicina contenti sumꝰ. .36.

TABVLA.

De uomitu.	At uomitus in secunda quoq; . 36.
De frictione.	De frictione et gestatione. . 36.
De gestatione.	Cum trium tm faceret. . 36.
Quid hyppocrates de frictione senserit.	Quod non a uetustissimo. . 36.
Quid inter frictione et unctione intersit.	Inter unctionem aut et. . 37.
Con eos qui unctione; nuo implendu poterat.	Neq; audiendi sunt qui nuo. . 37.
De utilitate gestandi.	Gestatio quoq; longis etia;. . 37.
Que genera gestandi sunt.	Genera gestationis plura. . 38.
De abstinentia.	Abstinentie uo duo genera. . 38.
De sudore eligendo.	Sudor etia duobus modis. . 38.
De balneis qualiter egris conueniant.	At balnei duplex usus est. . 39.
De fomentis.	Fomenta quoq; calida sunt. . 39.
De cibis et potionibus.	Cum de his dictum sit. . 40
Que annona firmior uel leuior.	Firmius est triticu q̄ miliu;. . 40
De legumine.	Ex leguminibus uero ualetior. . 40
De pomis.	Ficus nuces palmule. . 40
De auibus.	Que grandiores aues q̄ que. . 40
Discretio leuium et grauium locorum.	Frumentu quoq; ualentiꝰ e. . 41
De potionibus.	Ex potionibus uero quecuq;. . 41
De aquis.	Aqua pluuialis leuissima est. . 41
Que res pituitam faciat uel qualis.	Neq; hec sola discrimina sunt. . 41
Que res aluum mouent.	At aluum mouent. . 43.
Que res adstringunt aluum.	Contra astringunt. . 43.
Que res urinam mouent.	Urinam autem mouent. . 44.
Que somno apta sunt.	Somno uero aptum est. . 44.
Que calefaciunt in cathaplasmatis.	Calefacit uero ex qualibet. . 44.

Incipit Tabula Caplorum Libri Tercij.

Incipiunt Principia Caplorum.

De instantibus morbis.	Prouisis oibus que ptinent. . 45.
De singulis morbis uel curis.	Incipiam a prioribus. . 45.

Qva ratione morborū genus nascatur.
Hec signa in secundo libro require.
De cura morbi leuioris.
De curatione ueri morbi ul' agnitione.
Genera febrium.
De quartana febre.
De tertiana febre.
De quotidiana febre.
Qvid sit frigus et quid horror.
De febriū cura que sup̄ expoita nūc dicit.
Asclepiades qd' officiū medici dixit.
Obseruatio prime febris.
Qvaliter eger cibandus sit.
Asclepiades quarta die cibū dabat.
Themison qn̄ desisset ul' leuata eēt febris.
Calidum celū magis digeret et ideo in africa eger abstinendus est.
Erasistrati de cibo dando.
Medicū multos sil' nō posse curare.
De diebus egrorum.
Sveruacue imparem numerū obseruare.
Pythagoras imparem nūm infaustū eē dixit.
In qua febre quo tēpore cibus dandus est.
Si continua febris leuior non sit et dari cibum necesse est.
Si aliqua grauioris nūcij egro necesse est nūciari post cibū et somnū esse dicenda.
Quo tempore febrienti potio dari debeat.
Heraclidis tarentini de potione.
Femina post partū febricitante satis bibē nō debere.
Protinus aut initia scire. 44.
Videndum etiam est. 44.
Sed cū ab his ceperim. 46.
At qui hec quidem sanis. 46.
Ex his una quotidiana. 46.
At quartane qdē simpliciores. 46.
Tertianarū uō duo genera. 47.
Quotidiane uero uarie sunt. 47.
Frigus uō ubi extreme ptes. 47.
Et febrium qdem ratio. 47.
Asclepiades officium esse. 47.
Itaq; abstinendus a cibo. 48.
A Primo qdē sic tenendus. 48.
Asclepiades ubi egrus. 48.
Themison nuper non qn̄. 48.
Itemq; eo celo quo magis digerit. 48.
Itaq; erasistratum quoq; 48.
Ab uno medico multos nō posse. 49.
Est aūt alia etiam. 49.
Igitur sic egros nutriebant. 49.
Verum in his qdem. 49.
Hec magis per omnia genera. 50.
At si continuatur febris. 50.
Mali affectus interueniunt. 51.
Sed de cibo facilior quidem. 51.
Ac ne illud qdem. 52.
Cum omnibus febricitatibus. 52.

TABVLA

QVo genere ratio febris agnoscatur.
MEdicu; con̄ sedere debē ut facie egri uideat.
QVando eger cibandus sit.
VAros cibos dandos egro Asclepiades iussit.
DE uentre fluido.
DE curandis febribus.
ALiter pueros esse curandos.
DE emuntis.
DE lentis febribus.
PEtro qualiter curabat.
CVra capitis in febribus.
HYrisilluricis ad dolorem capitis.
DE notis inflāmationum et cura.
DE horroribus et curationibus.
CLeophantus ante asclepiadem remedium tertianis et quartanis.
DE duabus quartanis.
DE quotidiana que ex quartana accessit.
DE insania quā greci phrenesim uocant.
QVid sit phrenesis.
DE cura insanie.
SOranus nihil miscere aque siue oleo iubet propter odorum noxam.
SOranus his repugnat ut sup̄ notatu est.
DE somno.
ASclepiades his repudiatis hec precipit.
SOranus hec maturinis horis fieri iubet.
GEstatio omittenda.
DE alio genere insanie qd sine febre est.
HOc in declinatione.
CONtra sepe eas concitat. 42.
OB quā causam medicus. 42.
VBi uero febris fuit. 42.
PONendi uero egro uarij cibi. 43.
NAm si uentet fluit. 43.
DEsiderat etiā; propriam. 44.
QVod si puer est qui laborat. 44.
AT ubi ingens tertiana est. 44.
NON nunq̄ lente febres. 44.
PEtro cuida; qui febricitante. 44.
CONsiderandum etiā est. 44.
VEl hyris arida uel nuces. 46.
OTe uero inflāmationis sē. 46.
HOrror aut eas fere febres. 46.
QVidam ex antiquioribus medicis cleophantus.
AT si due quartane sunt. 48.
AT si ex quartana quotidia[a] 49.
AT febrium qdem ratio. 49.
PHrenesis uero tuc demū est. 49.
EOs uero qui uolentius. 49.
DEinde aqua fouere in aqua uerbene aliquē decocte sic. 60.
PRodest ad id atq; etiā ad. 60.
SI nihilominus uigilant hi. 60.
ASclepiades ea superuacua. 61.
VEspere et daretur sorbitio. 61.
VEl gestatio post cibum. 61.
LCetu genus insanie est. 61.
DEiectio post utrumlibet. 61.

Hoc satis utile.	Preter hec seruanda aluus est.	61.
De tertio genere insanie qui sut melancolici.	Tertium insanie genus est.	61.
Remotis plagis omnia utilia.	Cogendus est et attendere.	62.
De cardiacis.	Huic morbo precipue.	62.
De alio morbo et insania et lethargo.	Aliter quoq; morbus est.	63.
De hydropico.	Sed hic qdem acutus ē morbꝰ.	64.
Hydropis tria genera.	Primum tympanitem.	64.
Metrodorus epicurus hoc morbo sanatus est.	Metrodorum tn̄ epicuri discipulus.	64.
Duriores siccioribus.	Si tamen res coget.	64.
Exemplum Asclepiadis.	Asclepiades in eo qui ex q̄rta.	64.
De hydrope leucoflecmantia.	At si id uicium est cui	64.
Cura farrie.	Quod atharria profectum	66.
De iecore et liene.	Si iecur aut splenem affectus.	66.
De tabe.	Diutius sepe et periculosius.	66.
Atrophia.	Ao poφian hanc greci uocant.	67.
Greci cacexian.	Altera species est quā greci.	67.
Ptysi.	Tertia est longeq; piculosissiā.	67.
Quemadmodu; ptysici possunt agnosci.	Quicquid excreatum est.	67.
Densius celum alexandrie q̄ Italie.	Celi mutatione sic ut quid	67.
De tussis remedijs.	Hactenus nō magna mole.	68.
Omoplata ime partes scapularum.	Item sub imis ossibus scapularꝝ.	68.
De morbo comiciali ipi sunt lunatici	Iter notissimos morbos est.	68.
De morbo arquato.	Eque notus est morbus.	70.
Exemplum hyppocratis.	Hyppocrates ait.	70.
Diocles.	Diocles ex toto si post febrem.	70.
Cura aurigitus.	Primo die abstinere egrum.	70.
Asclepiadis.	Asclepiades aqua quoq; salsa.	70.
Vnde regius morbus dicatur.	Obque regius morbus dictus.	70.
De elephantia.	Ignotus aute pene in Italia.	70.
De atonitis.	Atonitos quoq; raro uidemꝰ.	71.

TABVLA.

De resolutione neruorum.
De dolore neruorum et remedio.
De tremore neruorum vel iternis suppurationibus.

Incipit Tabula Caplorum Libri Quarti.

De capite.
Sphragitides.
Cariatides.
Glandule.
De Arteria.
Qualis sit arteria.
Pulmo.
Cor.
Iecur.
Lien.
Renes.
Stomachus.
Ventriculus.
Reticulus.
Pilas intestini.
Intestinum ieiunum.
Intestinum senilibus implicitum.
Intestinum cecum.
Intestinum peruium.
Rectum ideo dictum qa perdigeratur.
Omentum.
Adeps.
Vretene uene albe q a renibus a uesica feruntur.
De uesica.
Aliter in uiris aliter in femis posita uesica.

At resolutio neruorum freques. .71.
Interdum uero etiam. .71.
Tremor autem neruorum. .72.

Incipiunt Principia Caplorum.

Hactenus reperiuntur ea gna. .73.
Vene grandes. .73.
Item arterie quas cariatides. .73.
Glandule posite sunt. .73.
Deinde duo itinera incipiunt. .73.
Ipsa aute arteria dura. .73.
Cum pulmone comittitur. .73.
Huic cor adnexum est. .73.
Iecur a dextra parte. .73.
At lienis sinistra. .73.
Renes uero diuersis q lumbis. .73.
Ac uiscerum quidem. .74.
Ab altera rotundi. .74.
Sunt q etia membranule. .74.
Hanc iuncturam. .74.
Ab ea ieiunum intestinum. .74.
Inde tenue intestinum est. .74.
Deinde id intestinum. .74.
Ad id quod peruium est. .74.
Ideoq id ibi rectum intestinum. .74.
Omentum ex interiore pte. .74.
Cui adeps quoq innascitur. .74.
At a renibus singule uene. .74.
Vesica autem ipso sinu neruosa. .74.
Aliter in uiris atq in femis. .74.

Colem.	Ad colem in feminis breuius.	74.
Vvlua.	Vvlua autem in uirginibus.	74.
Hvnc canalem sensit auctoritas.	Qvem canalem uocant.	74.
De capite quibus doloribus subiaceat.	In capite aute interdum.	74.
Hydrocephalon cu in capite tumor est.	Yaporeφaaon greci appellat.	74.
De remedijs capitis.	Qve uero auxilia sint capitis.	74.
Si ex uino uel cruditate caput dolet.	Vtiq; si ex uino ul' cruditate.	74.
Si caput de calore dolet.	Si calor aqua frigida.	76.
Si de frigore caput dolet.	At si frigus nocuit caput.	76.
Si in humor cutem inflat.	Dissimile est genus id.	76.
Cynas morbus in capite.	Si cum acuta fere febre orit.	76.
De lingua.	At si lingua resoluta est.	76.
De stillatione.	Distillat autem humor.	77.
Si caput in nares distillat.	Si in nares distillauit.	77.
Si in fauces.	Si in fauces has exasperat.	77.
Si in pulmonem.	Si in pulmonem.	77.
De grauedine.	Aliud aut quis no multum.	77.
Grauedinem hyppocrates corizam noiat.	Hec omnia.	77.
Catastaginon.	Distillationem.	77.
Qvaliter curanda sunt que ex capitis distillatione ueniunt.	Vbi aliquid eiusmodi sensim.	77.
Si in nares uel fauces caput distillat.	Igitur huic si in nares.	77.
Si in pulmonem caput distillat.	At si in pulmonem.	78.
De ceruice.	Capite transitus ad ceruice.	78.
Opistoton.	Priorum greci.	78.
Asclepiades dicit mittendus sanguis alij prohibet.	Sed Asclepiades utiq;	78.
Hoc utilissimum.	Vtilissimum tn est humido.	78.
Hinc si nangitis remedia utenda.	Vt autem hoc morbi genus.	79.
Latini anginam.	Nostri anginam uocant.	79.
De remedijs fauciuum.	Id cynanxin uocant.	79.

TABVLA

Efficacissimus salis calidi succus.	Efficacissimusq; est hic quoq;	79
Vlgo audisse se dicit quot intermedia fauciu	Vlgo audio si quis pullus	80
Remedia ad ista inquirenda. q ponit	Est etiam circa fauces malum.	80
Si inferiores partes faucium dolent hinc querenda remedia.	In interiore uero fauciu parte.	80
Asclepiades dicit.	Asclepiades multarum rerum.	81
De tussi.	Tussis uero fere propter.	81
Si quis sanguinem expuit remedium.	Magis terreri potest aliquis.	81
Solere tussim ex pulmonibus aut iocinere sanguinem excutere.	Frequens tussis sanguinem quoq; extundit.	82
Si sanguinem pus sequatur.	Vt sanguinem pus sequatur.	82
Ibi spina dolet.	Vt quibus dolet spina.	82
De gingiuis cruentis uiri.	Nunc ad ea loca.	82
Si id mulieri	Si id mulieri cui menstrua.	82
Herasistratus.	Herasistratus horum crura	82
Asclepiades.	Id Asclepiades adeo non.	82
De stomacho.	Faucibus subest stomachus.	83
Remedia que faucibus dedit prodesse stomacho uulnerato.	At si exulceratio stomachum infestat.	83
Duo morbi inter ipa intestina unus in tenuiore alius in pleniore.	Inter ipsa uero intestina.	84
Diocles.	Diocles carystius.	84
Erasistrato placuit.	Erasistrato placuit optimum	84
De intestino pleniore.	Is autem morbus.	84
Ad extremas partes que sunt crura et brachia.	Ad extremas partes.	84
Cassius colice inuenisse gloriabantur.	Id se repperisse	84
De dissintericis.	Proxima his inter intestinorum.	84
Themisonis.	Themison muria dura.	84
De leuitate intestinorum.	Ex torminibus interdum.	86
Hyppocratis.	Vt hyppocrati uisum est.	86

SI lumbrici occupant aluum.	NOn nunq̃ autem lumbrici.	86.
SI lati sint.	SI lati sunt aqua potui dari.	86.
SI rotundi sunt.	SI uero teretes sunt.	86.
TEnesmos.	EST autem aliud leuius.	86.
DE fluxu uetris quomõ ĩimicus subueniatur.	VBi et liquida aluus.	87.
MEdicamentum ex pomis.	SI uero et medicamentis.	87.
ALiud medicamentum.	ALterũ ualentius genus est.	88.
TErtium medicamentum.	TErtiũ quod qnq; fieri pot.	88.
NOtandum hoc.	QVod genus significo.	88.
DE uulua.	EX uulua quoq; feminis.	88.
DE ghit.	VEl ghit uel anetus.	89.
CVre manuum uel pedũ uel podagre.	IN manibus pedibusq;.	89.
ERasistratus.	QVod erasistratus ĩ podagricis.	90.

Incipit Tabula Caplorũ Libri Quinti.

ASclepiades ex magna parte usum medicamentorum sustulit.	ASclepiades non sint causa sustulit.	91.
ZEnon Andrias et Apollonius de facultatibus medicamentorum.	ET nomina et uires et mixturas eorum.	91.
AD sanguine supprimendum.	SAnguinem supprimunt.	91.
GLutinant.	VVlnus myrra thus gũmi.	91.
QVe concoquunt et mouent.	COncoquunt et mouent pus.	91.
QVe aperiunt.	VVlnera aperiunt.	91.
QVe purgant.	PVrgant erugo auripigmẽtũ.	92.
QVe comedunt.	ROdunt alumen liquidum.	92.
QVe uehementia exurunt.	EXedũt corpus acacie sucus.	92.
QVe adurunt.	ADurunt auripigmentum.	92.
QVe crustas inducunt.	EAdem fere crustas.	92.
CRustas resoluit.	CRustas uõ has resoluit.	92.
QVe discutiũt ea q̃ in aliqua pte corpis coierũt.	AD discutienda uero ea.	93.

TABVLA.

Que euocant uel educunt.
Que exaspata leuent.
Que carnem nutriant.
Que molliunt.
Que uulnus purgat et cutem.
De mixtionibus medicamentorum.
De ratione ponderum.
Quid inter pastillum et emplastrum intersit.
De pastillo.
De malaginatis.
Calidam podagram refrigerant.
De hydropico.
De iecore.
Cura lienis.
De lateribus appollophanes composuit.
Ad lateris dolorem sandrie compositio.
Poliarchion confectio.
Medi confectio.
Moschi confectio.
Pantheni confectio.
De struma.
Andreas de struma.
Expedius ad strumas.
Arabs cuiusdam ad incipientes strumas.
Ad strumas tubera q̄ difficile cōcoquuntur.
Protarchi contra fanum.
Aduersus pannum.
Ad contusam faciem.
De malagina.
Niconis.
Euocat et educit ladanum. 93.
Leuat id quod exaspatum est. 93.
Carnem alit et ulcus implet. 93.
Molliunt es combustum. 93.
Cutem purgat mel. 93.
Expositis simplicibus. 93.
Sed et ante sciri uolo. 93.
Inter emplastrum et pastillum. 94.
At pastilli hec ratio est. 94.
His cognitis primum. 94.
Ad calidas podagras aptum. 94.
Pleraq; ceteris magis ꝑtibus. 94.
Si iecur dolet. 94.
At si lienis torquet glandis. 94.
Ad laterum autē dolores. 94.
Ad idem latus sandrie. 94.
Habet iunci quadrati. 94.
Proprie etiā dura mollit. 94.
Fertur autē ad digerenda. 94.
Ad eadem panthenus utebatur. 94.
Ad strumā multa malagiāta. 94.
Andreas auctor est. 94.
Expeditius ad idem fit. 96.
Arabis autē cuiusdam est. 96.
Est etiam proficiens. 96.
Protarchus autem. 96.
At aduersus pannum. 96.
Quod si facie contusa. 96.
Sunt et̄ quedam malaginata. 96.
Niconis quoq; est qd̄ resoluit. 97.

AD ossa aristogenis.	ADossa aut aristogenis fit.	97.
AAD dolores articulorum.	IGutur eurychlei est.	97.
AD digitos.	HIridis hammoniaci.	97.
CLesipontis.	CLesipontis cera cretica.	97.
ARistonis.	ARistonis quoq; qd habet.	97.
THeoxeni.	AT theoxenus ad pedum.	97.
NVmenij.	AT numenius podagram.	97.
DExtus ad callos qui in pedibus nascuntur.	SI quando ar in articulis.	97.
INter emplastra efficacissima ea que cruentis statim imponuntur.	EX emplastris autem nulla maiore usu prestant.	97.
EMplastrum barbarū colore nigro.	OPtimum ex his est.	98.
EMplastrū coaton colore nigro.	ALterū ad idem.	98.
QVos colores emplastris q̄ species faciant.	AT ex bitumine nigerrimo.	98.
BAsilicon colore nigro.	CQuod basilicon nominatur.	98.
SMaragdinum terū peruiride.	AT quia peruiride est.	98.
COloris rufi quod uulnera ad cicatricem celeriter perducat.	ESt etiā coloris fere rufi.	98.
COlliticen ad glutinandum dictum.	PRetera est quam.	98.
QVe capitibus fractis conueniunt cephalica nominantur.	PRetera sunt quedam generis eiusdem.	98.
COmpositio philote ad capitis uulnus.	PHilote compositio habet.	98.
ALiud ad idem uiride.	ALiud ad idem uiride.	98.
DE mouendo pure.	PYri autem mouendo.	98.
ENeapharmacon.	AD idem eneapharmacon.	98.
IVdei.	AT interea que fracto	99
EMplastrum.	SVnt et queda emplastra	99
DIadaphnidon.	DIadaphnidon appellatur.	99.
QVibachas lauri accipit.	QVotiens aut bacham.	99.
ALiud ad pus mouendum.	ALiud eo nomine.	99.
RYpodes ad extrahendum optimum.	RYpodes greci appellant.	99.

TABVLA.

HEcadeo.	HEcadeo quoq; auctore.	99.
DE emplastris excedentibus.	QVedaz aut sunt emplastra.	99.
ALiud quod exedit uehemēter ossa resoluit supcrescentē carnem coercet.	ESt etiā uehementer corpus atq; ossa quoq; resolt.	99.
HEc etiā plagis recentibus.	SVnt et aduersus morsus.	100.
QVotiens cerussa emplast. mittit in qbus et.	ALiud quoq; habet cerussa.	100.
DE lentis emplastris.	LEnia quoq; quedaz eplastra.	100
ALia compositio lenti emplastri.	ALia cōpositio gnis eiusdez	100.
ARcachati.	TErtia que ad auctorem.	100.
DE pastillis.	PAstilli quoq; facultates.	100.
ALius.	ALius ad idem constat.	100.
ALiud.	PHragis aut nominatur.	101.
AD ulcera sordida.	AD ulcera sordida et nigritiē.	101.
ANdronis.	ANdronis uero est.	101.
POlidis paragis cōuenit neruis cartilagini musculis.	PRoprie aut adana fissaue.	101.
AD calculuz eiciendum.	EXpellere aut ex uesica.	101.
DE pessarijs que feminis subiciuntur.	AT ea que feis subiciuntur.	101.
DE euocādo sanguine feminaz.	AD sanguinez at euocādus.	101.
VVlue molliende.	AD uuluam molliendam.	101.
BOetho auctore.	AVt boetho auctore.	101
SI inflāmationes uulue fuerint.	OPtimuz autez aduersus.	101.
SI infans in uulua decessit.	SI uero infans intus decessit.	101.
HIere compositio.	ESt etiā hiere cōpositio.	102.
IVdei.	ESt iudei in qua st calcis.	102.
DE membrana que sup cerebrū est.	SI uero ex membrana.	102.
TImei ad ignē sacruz uel cancrū.	TImeus aut ad ignē sacrū.	102.
DE gargarizatione.	GArgarizationes autez.	102.
DE antidotis.	ANtidota raro.	103.
ADuersus uenena et morsus uenenosos.	MAxime at desideranda.	103.
ALiud ambrosia dicitur.	ALterū quod zophirus.	103.

TABVLA

ANtidotum mithridatis.	NObilissimum autem est.	.103.
DE Acopis.	ACopa quoq; utilia neruis.	.103.
ALiud euodes dicitur.	ALterū quod euodes uocant.	.103.
ACopa liquide nigra dicuntur grece.	ENchracista autē greci uocāt.	.103.
AD sacrum ignem remedium.	ET ad sacrum ignem.	.104.
COnfectio catopotiorum.	CAtopotia quoq; multa sunt.	.104.
AD iecur sanandum.	AD sanandum iecur.	.104.
AD lateris dolorem.	AD lateris dolores finiendos.	.104.
AD thoracis.	AD thoracis nardi.	.104.
AD tussim athenionis	AD tussim athenionis.	.104.
SI purgāda sūt uulnera in faucibꝰ tussientiū.	QVod si purganda ulcera.	.104.
COlice cassi.	COlice uero cassi ex his.	.104.
PArtu laboranti.	INfantem uero mortuum.	.104.
VOcem adiuuat.	VOcem adiuuat turis.	.104.
ARteriace ul' signa diuersoꝝ uulnerū.	ARteriace uero hoc mō fit.	.104.
QVe in corpe uulnerata sanari nequeunt.	SAnari non potest.	.106.
TVtissimū uulnus in carne.	TVtissimū omniū quod in.	.106.
VVlneris qualitatē figura ipiꝰ cē noscendaꝫ.	ALiquid et in uulneris gñe.	.106.
DE corde uulnerato.	IGitur corde percusso.	.106.
QVibus signis pulmo uulneratꝰ possit agnosci.	PVlmone uero icto.	.107.
IOcineris uulnerati inditia.	IOcineris autē uulnerati.	.107.
INditia renum uulneratoꝝ.	REnibus uero percussis.	.107.
LIene uulnerato.	AT liene icto.	.107.
CVm uulua percussa est.	AT cuꝫ uulua percussa est.	.107.
SI stomachus percussus est.	VBi stomachus autē.	.107.
INtestini ieiuni et uētris uulnerati communes note sunt.	COmmunes uero ieiuni intestini.	.107.
MEdulla si in spina icta est.	MEdulla uō que in spina est.	.107.
SI septum transuersum est.	AT si septum transuersum.	.107.
SI uesica uulnerata est.	VEsica uero uulnerata.	.107.

TABVLA.

Signa humorū ex uulnere fluentium.	His cognitis et nunc quedā.	108.
Nvnc de hydropi sanie.	Est. n. quedam sanies.	108.
Melitera qualis sit.	Melitera crassior et glutinosior.	108.
Nvnc de sanguine qui bonus qui malus sit.	Leodes tenuis subalbidum.	108.
Qve sanies bona uel mala sit.	Sanies quoq; igr̄ mala est.	108.
Qve hydrops mala ul' tollerabilior sit.	Hydrops autē peior est.	108.
Qve melitera mala uel melior sit.	Melitera autē mala est.	108.
Pvs inter omnia optimum.	Pvs inter hec optimū est.	108.
Ad pstringendū fluxum sanguinis.	Siccis liniamentis uulnus.	109.
Si restrictio sanguinis nō retinet cē.	Qvod si illa quoq; profluuio.	109.
Venarū capita si necesse fuerit adurenda.	Possunt ferro candenti aduri	109.
Cvcurbita apposita sanguinē ipetu cōferri.	Et aduersus profusionem.	109.
Vvlnerato musculo abscisionē ex itegro necessariam ut sanetur.	Qvod si musculus lesus uidebitur.	109.
Fascia linea uulnera liganda.	Fascia uero ad uulnus.	109.
Qvi nimis exanguinat uino reficiendi cē.	Multiq; etiā ex profluuio.	110.
Vvlneratis balneum nō expedire.	Nam id et humidum.	111.
Svrculum uero de uulnere tollit si radix arundinis contusa apponatur.	Svrculum uero si fieri potest oportet uel manu.	113.
Esse arundinem medicinalem.	Vbi uero in quolibz uulnere.	114.
Remedia diuersis morsibꝰ necessaria.	Dixi de his uulneribus.	114.
Si qn̄ grauis morsus est cucurbita apponēda.	Itaq; si uehemens uulnus est.	114.
Diogene.	Precipueq; diogenis.	114.
Ad canis rabidi morsū cucurbitā admouēdā.	Vtiq; aut si canis rabiosus fuit.	114.
Defecta balneis psona inebriandā uehemēt.	Vlcere adaperto.	114.
Aduersus omniūq; pene morsꝰ sup̄ legādus.	Igitur in primis.	115.
Cvcurbita extrahi uenena.	Dein uenenū extrahendū ē.	115.
Si cucurbita nō fuerit exucanda.	Si cucurbita non fuerit.	115.
De aspedis morsu usus ul' casꝰ remediū iūcit.	Vsus tamen ipē docuit.	116.
De scorpionis morsu.	Nam scorpio sibi ipē.	116.

ADuersus aranei morsum	ET ad scorpionis autem	116
SI cherastes uel dipsas uel emorois momorderint	AT si cherastes aut dipsas	116
AD morsum chesydri	ADuersus chesydri uero ictum	116
AD sphalangionis morsus querenda remedia	VBi uero sphalangium nocuit	116
CAntharidas siue ustis	SVnt autem quedam remedia	117
SIgna et cure doloris theriome	EST etiam ulcus	119
SIgna et cura in igne sacro	SAcer quoque ignis	119
ALiud genus ignis sacri	PRecipueque in plantis	119
SIringuratio in quocumque loco corpis inqrenda	NOn nunquam autem et eiusmodi	122
DE comunibus fistulis	GEnera igitur plura fistularum	122
DE collirijs fistularum qualiter fieri debeant	EXque eo collirium fieri debet	123
SIgna claui et cure	CLaui autem non nunquam	124
SIgna pustularum et cure	AT pustule maxime	124
DE herpentusula	PEssima pustula est	124
DE scabie	SCabies uero est durior cutis	126
PRotharchi ad scabiem	EST etiam quod ad protharchum	126
IMpetiginis	IMpetiginis uero species	126
TErtium impetiginis genus nigra dicitur	TErtium etiam num deterior est	127
QVartum genus impetiginis quod non recipit curam	QVartum genus est	127
AGria idest fera	ALtera autem est	127
DE uitiligine	VItiligo quoque quis per se	127
ALpho auligo	ALphos uocatur ubi color	127
MElas	MElas colore ab hoc differt	127
LEuce	LEuce habet quiddam simile	127

Incipit Tabula Capitulorum Libri Sexti.

Incipiunt Principia Capitulorum.

DE uicijs diuersis prefacio	DIxi de his uicijs	128
OCulorum curatio incipit	SEd hec quidem mediocria sunt	129
DE lippitudine	PRotinus autem orta lippitudine	130
SAnguinem detrahendum	CVrari uero oculos	130

TABVLA.

R	Ecte aluum subduci.	130.
A	N impetu graui sanguinē tollendus et.	130.
N	On nimis abstinendum.	130.
A	D stringendum venas.	130.
D	E collyris incipit	131.
D	yonisus.	131.
A	Liud.	131.
E	Velpides.	132.
S	I quod medicamentū a medico insūdendus.	132.
C	Leonis collyrium.	132.
O	Culos qd fieri excedendū ut dolor cesset.	133.
D	E carbunculis oculorum.	133.
E	Nilei collyrium.	133.
D	Iaibanus.	134.
D	E pediculis.	134.
D	Iacuceratis.	134.
M	Emigmenon.	134.
C	Hiron euelpides.	134.
S	Pherion.	134.
P	Hilaletus.	134.
N	Omen auctoris hermon qui cōscripsit et.	134.
A	Sclepij confectio.	136.
N	Omen cōfectionis zmilon uel canopite.	136.
C	Elsarianum medicamentum.	136.
P	Hirinum.	136.
S	uper aridam lippitudinem et.	136.
A	Sclepius ad caliginem.	137.
D	Iacrocon.	137.
A	D caliginem nocturnam.	137.
H	Inc aurium cura querenda.	138.
H	Os igitur interdum.	138.
S	I uero tumor impetus.	138.
I	D quod tenuissimū uideri pt.	138.
P	Rotinus aut primo die.	138.
M	Vltra autē multorumq.	138.
D	yonisij uero collurium est.	138.
A	Liud eiusdem ualentius.	138.
E	Velpides aut quia etate.	138.
P	Resto est sepius utrulibet.	138.
I	Deoq cleonis collyrio.	138.
D	Einde futurum ut aut.	138.
S	Olent etiam carbunculi.	138.
M	Edicamentis at hic quoq.	138.
F	It quoq proprie ad hec.	138.
G	Enus quoq uicij est.	138.
O	Vocionsciūq non adicio.	138.
O	Vod memigmenon uocatur.	138.
I	D quoq euelpides.	138.
O	Vod spherion nominabat.	138.
S	Pherion et id qd philadelphos.	138.
E	Sed et conlyrion quod cū ad.	138.
S	I caue sint pot eas implere.	138.
A	T si crasse cicatrices sunt.	138.
A	T medicamentum id.	138.
A	T quod zmilon uocatur.	138.
S	Cabros angulos leuant.	138.
A	Diuuat collyrium.	138.
O	Vod diacrocon uocant.	138.
E	T hec qdem in ipis corpibo.	138.
H	Actenus in oculis ea repiuntur.	138.

Omnia medicamēta auribꝫ strigile istillanda.
Si aures pus habent.
Que ulcera oris curant et auribus prosunt.
Erasistrati.
Ptholomei chirurgici.
Menophili ualidum.
Si uero uermes in aures sunt.
Si qn̄ aures clause sordibus et.
Si aliquis grauius audire ceperit.
Si sonus cuiꝫ inflāmatione est.
Si in aurem aliquid ceciderit.
Si pulex insiluerit in aurem.
Expimentū agrestium cognitū remedium ad dolorem dentium.
Si dens exesus est.
Faucium cura hinc querenda.
De oris ulceribus.
Hinc gingiuarum cura querenda.
De tuberculis iuxta gingiuas.
Hinc querenda uuc remedia.
Si qn̄ cancer in os natus fuerit.
Si sub auribus parotides nate sint.
De umbilico prominente.
De obscenis.
De coleide uiri membrum.
Ad ea cōpositio tonsilis uue naribus.
De testiculis.
Si uetustior iam duricies est.
Si ex ictu tument.
Si ex ictu testiculus aliquid desijt.
In aurem uero infundere. .139.
Si uero pus quoq; aures hnt. .139.
Ea quoq; medicamenta. .139.
Que si uetustiora sunt. .139.
Est et ptholomei chirurgici. .139.
Est menophili ualidum. .140.
Vbi uero uermes orti sunt. .140.
Si in foramen auris cōpressuꝫ. .140.
Vbi uero grauius aliqs audire. .141.
Quod si simul et sonus. .141.
Solet et interduꝫ in aure. .141.
Si pulex intus est. .141.
In dentium quoq; dolore. .142.
Si uero exesus est dens. .143.
Si uero tossile sine exulceratione. .144.
Vlcera aut oris si cum. .144.
Gingiue quoq; ulcera. .145.
Solent etiam interdum. .145.
Que uehemens inflāmatio. .146.
Si qn̄ autem ulcera oris. .146.
Hec in capite fere. .147.
Ad umbilicos uō pminentes. .147.
Proxima sunt ea que ad. .147.
Igitur si ex inflāmatione. .147.
Eadem aut cōpositio tōsilis. .148.
In testiculis uero. .149.
Si uetustior ia duricies est. .149.
Si ex ictu tument. .149.
Quod si ex ictu testiculus. .150.

TABVLA.

De Anu.
De ragadijs.
Si quod lesum est foris est.
Si condiloma fit.
Qualiter anus debeat alligarj.
Si uetus condiloma.
De hemorroidis.
Si anus uel os uulue decidit.
Fvngo simile in ano nasci solet.
De ulceribus digitorum.

Incipit Tabula Capl'oꝝ Libri Septimj.

Qvalis esse chyrurgicus debet.
De luxatis.
De mulieribus que ostensa supputant.
Fistularum ratio.
De telis que corpori fixa non exeunt.
De qualitate uulnerum.
Ad orzilolum.
De ungue.
Qve uicia nascuntur ex ungue.
De serengijs que nascūtur in angulis oculoꝝ.
Cvra pilorum adulterorum.
Cvra aciui.
De clauis.
De cataractis.
Qvaliter fluens humor oculoꝝ pōt agnosci.
Cvras aurium.
Cvra polyppi.
De ozena quid senserit.

Anus quoq; multa tedijq;. .140.
Ragadia greci uocant. .140.
Si quid lesum est extra est. .140.
Condiloma autem est. .140.
Vinculum autē; ei loco. .140.
Si uetus condiloma iam. .140.
Tertium uitiū; ē ora uenaꝝ. .141.
At si anus ipē uel os uulue. .141.
Fvngo quoq; simile ulcus. .141.
Digitoru; aūt uetera ulcera. .141.

Incipiunt Principia Capl'oꝝ.

Tertium esse medicine. .142.
Lvxata igit in quacūq; pte. .143.
Verum hoc qdem promptu; ē. .143.
Aduersus fistulas quoq;. .144.
Tela quoq; illata corpibus. .146.
Hec uenire in qualib; pte. .148.
In eade; palpebra sup piloꝝ. .148.
Vnguis uero qd pterigion. .149.
Ex curatione uero unguis. .160.
Etiam num in angulo qui. .160.
Pili uero qui in palpebris sunt. .161.
Hec fere circa oculum. .162.
Claui autem uocantur. .162.
Svffusionis iam alias feci. .162.
De pituite quoq; tenuis cursu. .163.
Verum ut oculi multiplicem. .164.
Polyppum uero qui in naribꝰ. .166.
Id aūt uicium quod ozena. .166.

ORis cure diuerse.	IN ore quoq; quedaꝫ manu.	166.
VVe cure.	VVa si cuꝫ inflāmatione.	167.
DE lingua muta.	LIngua uero quibusdam.	167.
SI qd sub lingua nascit q̄li curatoē saluatur.	SVb lingua quoq; interduꝫ.	168.
CVra labiorum.	LAbra autē sepe finduntur.	168.
DE his que in ceruice nascuntur.	AT in ceruice inter cutem.	168.
CVra eminentis intestini.	SVnt et circa umbilicum.	168.
QValiter aqua sit tollenda hydropicis.	AQuam his qui hydropici sūt.	169.
CAsus intestini uulnerati ēt.	NOn nunq̄ autē uenter.	170.
DE expoito tumore qui diuisis casibꝫ euenit.	INterdum tn̄ uel ictu aliquo.	170.
DE uaticibus.	PReter hec euenit.	171.
DE testiculis.	VEnio autē ad ea que.	171.
DE curis testiculorum.	HIs cognitis de curatione.	173.
SI cui intestinum descendit.	HIs propositis ad singulas.	174.
DE omento.	AT si omentum descendit.	174.
DE ramis egritudinis ipius.	RAmes autē si super ipm.	176.
DE carne que inter tunicas crescit.	CAro quoq; si quando inter.	176.
DE ramo qui in inguine nascitur.	VBi uero in ipo inguine.	177.
SI glans nuda est.	AB his ad ea transeundum ē.	177.
SI glans nudari non potest.	COntra si glans ita cōtecta.	177.
DE fibulis adolescentium.	INfibulare quoq; adolescēs.	177.
DE calculis exsecandis extrahendis.	NOn nūq̄ etiaꝫ prolapsus.	178.
CVi etati calculus cōpetenter extrahit.	CVm uesice uero calculiq;.	178.
QVod uictus necessarius est calculū sblaturꝰ.	IGitur ubi ultima experiri.	178.
SIgna calculorum.	AT calculus arenosus.	180.
CVra de calculis feminarum.	HE uero curationes.	181.
DE cancro qui nasci solet qn̄ calculus ēt.	PRoximus cancri metus est.	182.
DE feminis quibus aut naturaliter ēt.	ET hoc qdem cōmune esse.	183.
QVa ratione mortuū pecus extrahatur.	VBi concipit autē aliqua.	184.
DE cura ani.	ANi quoq; uitia ubi medicatis.	184.

TABVLA

De tuberculis
De cancro uel quibus locis nascitur.
Si sanguis per uenas fluit.
Ratio cruris.
Cura digitorum.

Incipit Tabula Capl'orum Libri Octaui.
De expositione capitis.
Expositio nature aurium.
De dentibus.
Expositio spine.
Expositio costarum.
Expositio iugulum.
Humeri.
De cubitu.
De manibus.
De ima spina.
De carie cure et signa.
Expositio ferramentorum.
Signa capitis uulnerati.
Medicamentu capitis.
Cura narium.
De auribus.
De ossibus uulneratis.
De costis.
De luxatis.
De cura maxille.
De capite.
De spina.
De humero.

Ad tubercula que cōdilomata 184
Cangrena inter ungues. 187.
Ora et uenarum fundentia. 186.
Ab his ad crura proximus. 186.
At si digiti uel in utero. 186.

Incipiunt Principia Capl'orum.
Igitur caluaria incipit. 187
Hab' maximā que a tipore. 188.
Duriores osse dentes sunt. 188.
Spina excipit ea constat. 189.
Sub costis uero prioribus. 189.
Iugulum autem ad ipm. 189.
Nunc humerus incipit. 190.
Cubitus interior longiorq; 190.
In manu uō prime palme. 190.
Ima uero spina. 190.
Ex carie manifestum est. 191.
Modiolus ferramentum. 192.
Igitur ubi ea pertusa. 193.
Quod si membrana. 196.
In naribus uero et os et. 196.
In aure quoq; interdum. 197.
Omne igitur os modo rectū. 197.
Proprie tamē quedam. 199.
Ac de fractis qdem ossibus. 200
Maxillam in priore ptem. 201.
Caput duobus processibus. 201.
Dein casus manet eos. 201.
Humerus aūt modo in alam. 202.

De cubito. In cubito aut tria cogere. .202.
De manu. Manus quoq; in omnis q̃tuor. .203.
De palma. In palma queq; ossa. .203.
De digitis. At in totidem digitis fere casꝰ. .203.
De cruribus. Cum de his dixerim. .203.

..EXPLICIT TABVLA..

ARTIVM·AVRELI CORNELI·CELSI·LIBER·
QVAE RATIO MEDICINE·POTISSIMA·SIT
ET·QVEMADMODVM·SANOS·AGERE·CŌ
VENIAT·LIBER PRIMVS·INCIPIT·FELICI·

TALIMENTA SA
NIS CORPORIBVS
AGRICVLTVRA SIC
SANITATEM EGRIS
medicina promittit. Hec
nusq̄ quidem nō est: si qui
dem etiam imperitissime
gentes herbas aliaq; promp
ta in auxilium uulnerum
morborūq; nouerunt. Ve
rū tamen apud grecos ali
quanto magis q̄ in ceteris nationibus exculta est: ac ne a
pud hos qdem a prima origine: sed paucis ante nos seculis
ut pote cum uetustissimis auctoribus esculapius celebretur.
Qui quoniam ad hodiernam et uulgarem hanc scientiam pau
lo subtilius excessisset in deorum numerū receptus est. Huius
deinde duo filij podalirius et machaon bello troiano ducem
Agamenonem sequuti non mediocrem opem cōmilitonibus
suis adtulerunt. Quos tamē homerus non in pestilentia: ne
q̄ in uarijs generibus morborum aliquid adtulisse auxilij: sed
uulneribus tantūmodo ferro et medicamentis mederi solitos
esse proposuit. Ex hoc apparet has artes medicine solas ab
his esse probatas: easq; esse uetustissimas: eodemq; auctore
disce potest: morbos tum ad iram deorū immortalium tol

tos esse et in isdem poni opem solitam. Veriq; simile est inter
nulla auxilia aduerse ualitudinis plerumq; tamen eam bona
contigisse ob bonos mores quos neq; desidia neq; luxuria ui
ciauerat. Si qdem hec duo corpora prius in grecia deinde
apud nos adfluxerunt. Ideoq; multiplex ista medicina ne
q; olim neq; apud alias gentes necessaria uix aliquos ex no
bis ad senectutis principia perducit. Ergo etia post eos de
quibus retuli nulli clari uiri medicinam exercuerunt donec
maiore studio literarū disciplina agitari cepit: que ut
animo omnium precipue necessaria sic corpori inimica est.
P rimo que medendi scientia sapientie pars habebatur: ut
et morborū curatio. et rerū nature contemplatio sub ijs
dem auctoribus nata sit. scilicet his hanc maxime requirē
tibus: qui corporum suorū robora inquieta cogitatione noc
turna uigilia minuerant. Ideoq; multos ex sapientie pro
fessoribus peritos eius fuisse accepimus. Clarissimos uero
ex his pithagoram et empedoclen et democritum. Huius
aute ut qdam crediderunt discipulus hippocrates chous
primus memoria dignus ab studio sapientie disciplina
hanc separauit uir clarus et facundia insignis. Post que
diocles caristius. deinde praxagoras et chrysippus et ero
philus et erasistratus artem hanc exercuerunt. atq; etia
in diuersas curandi uias processerunt. Iisdem temporibꝫ
in tres partes medicina diuisa est. ut una esset que uic
tu. altera que medicamentis. tertia que manu medere
tur. Primam Secundam
Terciam greci nominauerunt. Cuius aut
que uictu morbos curat longe clarissimi auctores etiam
altius quedaꝫ agitare conati. rerū quoq; nature sibi cogni
tionem uindicauerunt: tanq̄ sine ea trunca et debilis me

dicina esset. Post quos serapion primus omnium nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in usu tantu et experimentis eam posuit. Quem appollonius et glaucias: et aliquanto post heraclides tarantinus. alij quoq; nō mediocres uiri sequuti. ex ipa professione se appellauerunt. Sic in duas partes ea quoq; que uictu caret diuisa est. Alijs rationalem artem. alijs usum tantū sibi uindicantibus. Nullo quom quicq̄ post eos qui supra comprehensi sunt agitante nisi quod acceperat donec asclepiades medendi rationem ex magna parte mutauit. Ex cuius successoribus cheimison nuper ipē quoq; quedam in senectute deflexit. Et per hos qdem maxime uiros salutaris ista nobis professio increuit. Quoniam autē ex tribus medicine partibus ut difficillima sic etia clarissima est. Ea que morbis medetur ante omnia de hac dicendu; est. Et quia prima in ea dissensio est quod alij sibi experimentorū tantū modo noticiam necessariam esse contendt.

Alij nisi corporum rerūq; ratione comperta non satis potentem usum esse proponunt. Indicandum est que maxime ex utraq; parte dicantur quo facilius nostra quoq; opinio interponi possit.

.INITIVM MEDICINE.

IGITVR qui rationalem medicinam profitentur: hec necessaria esse proponunt: abditarum et morbos continentiū causarum noticiam. deinde euidentium. post hec etiā naturalium actionū nouissime partium interiorū. Abditas causas uocant in quibus requiritur ex quibus principijs nostra corpora sint. Quid secūdaz.

Quid aduersam ualetudinem faciat. Neq; n. credunt posse eum scire. quomodo morbos curare conueniat. qui un

de his sint ignorat: neq; esse dubium quinalia curatione opus
sit: si ex quatuor principijs uel superans aliquid uel deficiens
aduersam ualetudinem creat: ut qdam ex sapientie profes
soribus dixerunt. Alia si m humidis omne uitium est: ut
herophilo iusum est. Alia si m spiritu ut hippocrati. Alia si san
guis in eas uenas que spiritu accomodate sunt transferitur
et inflammatione quam greci nominant ex
curat: eaq; inflammatio talem motum efficit qualis in febre
est. Vt erasistrato placuit. Alia si manantia corpuscula per
inuisibilia foramina subsistendo uiet claudunt: ut asclepiades
contendit: cum uero recte curaturum quem prima origo cause
non fefellerit: neq; uero inficiantur experimenta qiuq; esse
necessaria. Sed ne ad hec qdem fieri potuisse nisi ab aliqua ra
tione contendunt. Non n. quodlibet antiquiores uiros egeris
inculcasse: sed cogitasse quid maxime conueniret: et id usu ex
plorasse quo ante coniecturam aliqua ratio duxisse. Neq; in
teresse animitia in plerisq; explorata sint: si a consilio tamen
ceperint: et id qdem in multis ita se habere. Sepe uero ea
noua incidere genera morborum. In quibus nihil adhuc usq;
ostenderit: Et ideo necessarium sit animaduertere: unde
ea ceperint: si neq; nemo reperire mortalium possit. Cur
hoc q illo potius curatur: et ob hec qdem in obscuro posita cau
sas persequuntur. Euidentes uero has appellant in quibus
queruntur iniuria morbi calor adtulerit an frigus. fames an
satietas: et que similia sunt. occursurum n. uitio dicunt
cum qui originem non ignorarit. Naturales uero corporis
actiones appellant per quas spiritum trahimus et emittimus
cibum potioneq; adsumimus et concoquimus. Itemq; per
quas eadem hec in omnes membrorum partes digeruntur:
tum requirunt etia quare uene nostre modo sumittat

modo attollant. Que ratio somni que uigilie sit. Sine quo
rum noticia neminem putant uel mederi morbis inter hec
nascentibus posse. ex quibus quia maxime pertinere ad
rem concoctio uidetur.

Qualiter eueniunt qui usu curant et rationem nō reddūt.

HVIC potissimum insistunt: et duce alij erasistrato
atteri cibum uentre contendunt. Alij plistonico i
praxagore discipulo putrescere. Alij credunt hippo
crati per calorem cibos concoqui. Acceduntq; asclepiades e
muli qui omnia ista uana et superuacua esse proponunt.
Nihil.n. concoqui sed crudam materiam sicut absumpta est in
corpus omne diduci. Et hec qdem inter eos parum constant.
Illud uero conuenit alium dandum cibum laborantibus si hoc
alium illud uerum est. Nam si teritur intus: eum querendū
esse qui facillime teri possit. Si putrescit eum in quo hoc ex
peditissimū est. Si calor concoquit eum qui maxime calorem
mouet. At nihil ex his esse querendum si nihil concoquitur.
Ea uero sumenda que maxime manent qualia adsumpta sunt.
Eademq; ratione cū spiritus grauis est cum somnus aut ui
gilia urget eum mederi posse arbitrantur qui prius illa ipsa
qualiter eueniant perceperit. Preter hec cum interioribus
partibus et dolores et morborum uaria genera nascantur.
Neminem putant his adhibere posse remedia que ipse igno
ret. Necessarium ergo esse incidere corpora mortuorum
eorūq; uiscera atq; intestina scrutari. Longeq; optime fe
cisse herophilum et erasistratum qui nocentes homines qui
a regibus carce acceptos homines uiuos inciderunt: conside
rarunt q; etiā spiritu manente eaq; natura ante clausisset
eorūq; posituram colorem figuram magnitudinem ordinem
duriciem molliciem liuorem contractum processus: dein

de singulorum et recessus. Et siue quid inferitur alteri:
siue quid partem alterius in se recipit. Neq; n. cū dolor
intus incidit scire quid doleat eum qui qua parte quodq;
uiscus intestinūq; ue sit nō cognouerit. Neq; curare id
quod egrum est posse ab eo qui quid sit ignoret. Et cū per
uulnus alicuius uiscera patefacta sunt: eum qui sane cui
q; colorem partis ignoret nescire quid integrum quid cor
ruptum sit. Itaque succurrere qdem posse corruptis. Ap
tiusq; extrinsecus inponi remedia compertis interiorum
et sedibus et figuris. Cognitaq; eorū magnitudine. simi
lesq; omnia que posita sunt rationes habere. Neq; esse
crudele sicut plerique proponunt hominū nocentium
et horū quoq; paucorū supplicijs remedia populis innocen
tibus seculorum omnium queri.

Si se concoctione adhibebit abstinentia.

CONTRAHI quise empiricos ab experientia no
minant: euidentes qdem causas ut necessarias am
plectuntur. Obscuratum uero causarum et natu
ralium actionū questionem superuacuam ideo esse conten
dunt. Quoniam no comprehensibilis natura sit non posse
uero comprehendi. Patere ex eorū qui de his disputarunt
discordia cum de istare neq; inter sapientie professores
neq; inter ipos medicos conueniant. Cur n. potius hip
pocrati qui herophilo credat: cur huic potius q̄ asclepiadi.
Si rationes se qui uelut omniū posse uideri nō improba
biles. Si curationes ab omnibus his egros perductos esse
ad sanitatem. Itaq; ne disputationi neq; auctoritati cu
iusq̄ fidem derogari oportuisse. etia sapientie studiosis
maximos medicos esse si rationatio hoc faceret. Nunc d
his uerba superesse deesse medendi scientiam. Differre

quoq; pro natura locorum genera medicine: et aliud opus
esse rome: aliud in egypto: aliud in gallia. Qd si morbos ed-
dem cause facerent. ubiq; remedia quoq; ubiq; eadem esse
debuissent. Sepe etiā causas apparere: ut pura lippitudinis
vulneris. Neq; ex his patere medicinam. Qd si scientiam
hanc non subiciat euidens causa multo minus eam posse subi-
cere que in dubio est. Cum igitur illa incerta incomprehen-
sibilis sit: a certis potius et exploratis petendum esse presi-
dium. Id est his que experientia in ipis curationibus docue-
rit. sicut in ceteris omnibus artibus. Nam ne agricolam
qdem aut gubernatorem disputatione sed usu fieri. Ac nihil
istas cogitationes ad medicinam pertinere. Eo quoq; disci qd
qui diuersa de his senserint. ad eandem tri sanitatem hoī
nes perduxerint. Id n. fecisse quia non ab obscuris causis.
neq; a naturalibus actionibus que apud eos diuerse erant.
sed ab experimentis prout cuiq; responderant medendi uias
traxerint. Ne inter initia qdem ab istis questionibus de-
ductam esse medicinam. Sed ab experimentis egrotorum n.
qui sine medicis erant: alios propter auiditatem primis
diebus protinus cibum adsumpsisse. Alios propter fastidiū
abstinuisse: lenatumq; magis eorū morbum qui abstinue-
rant. Itemq; alios in ipa febre aliquid edisse: alios paulo an-
te ante eam. Alios post remissionem eius. Optime deinde
his cessisse qui post finem febris id fecerint. Eademq; ra-
tione alios inter principia protinus esse cibo pleniore: ali
os exiguo graioresq; eos factos qui se implerent. Hec si
miliaq; cū quotidie incederent diligentes homines notas
se. Que plerūq; melius responderent. Deinde egrotanti
bus ea precipere cepisse. Sic medicinam ortam. subin
de aliorū salute: aliorū interitu pernitiosa discernente

a salutaribus. Repertis deinde iam remedijs: homines de rationibus disserere eorū cepisse. Nec post rationem medicinam esse inuentam: sed post inuentam medicinam rationem esse quesitam. Requirere etiā si ratio idem doceat qd' experientia. an aliud. Si idem superuacuā esse. si aliud et' contrariam. Primo tn̄ remedia exploranda fuisse summa cura. Nunc uero iam explorata esse: neq; ulla aut noua genera morborum reperiri aut nouam desiderari medicinā.

Qd' si incidat mali genus aliquod ignotum nō ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris. Sed eum protinus uisurum cui morbo id proximū sit. temptaturūq; remedia similia illis que uicino malo sepe succurrerunt. et per eius similitudinem opem reperturum. Neq;.n. se dicere consilio medicum nō egere: et irrationale animal hanc artem posse prestare. Sed has latentium rerum coniecturas ad rem nō pertinere: quia nō intersit quid morbum faciat sed quid tollat.

Neq; ad rem pertineat quomodo sed q̄ optime digeratur. Siue hac de causa concoctio incidat siue illa. et siue concoctio sit illa siue tantū digestio. Neq; querendum esse quomodo spiremus sed quid grauem tardumq; spiritum expediat. Neq; quid uenas moueat: sed quid queq; motus genera significent. Hec aut cognosci experimentis et in omnibus eiusmodi cogitationibus in utraq; disseri posse. Itaq; ingenium et facundiam uincere morbos autē non eloquentia sed remedijs curari. Que si quis elinguis usu discreta bene norit: hunc aliquanto maiorem medicum futurum. Quam si sine usu linguā suam excoluerit. atq; ea qdem de qbus est dictum superuacua esse tm̄modo. Id uero quod restat etiā crudele. viuorū hominū aluum atq; precordia incidi et salutis humane presidem artem nō solum pestem alicui sed hanc etiā atrocissi

mam inferre. cum presertim ex his que tanta uiolentia que
rantur. alia no possint omnino cognosci alia possint etiā sine
celere. Nam colorem, liuorem, molliciem duriciem similia
q; omnia: no essent alia inciso corpore qualia integra fuerit.
Quia cū corporibus inuiolatis hec tamē metu dolore media ꝗ
cruditate lassitudine mille alijs mediocribus affectibus sepe
mutentur: multo magis uerisimile esse interiora. Quibus
maior mollicies lux ipa noua sit sub grauissimis uulneribus
et ipā trucidatione mutari neq; quicq̄ esse stultius q̄ quale
quidq; uno homine est tale existimare esse morientem ī mo
iam mortuo. Nam utrum qdem qui minus ad rem pertine
at spirante homine posse diduci. simul atq; non ferrum ad
precordia adcessit et discissum transitum septum est.

De membrana que a superioribus diuiditur diaphragma
a grecis dicitur.

QVOD membrana quedam superiores partes ab infe
rioribus diducit greci uocant. Homi
nem anima protinus amittere: ita mortui demum
precordia et uiscus omne in conspectum latrocinantis medi
ci dari. Qd necesse sit tales esse quales mortui sit no quales
uiui fuit. Itaq; consequi medicum: ut homine crudeliter iu
gulet. Non ut sciat qualia uiui uiscera habeamus. Si quid
tamē sit quod adhuc spirante homine conspectui subiciatur.
Id sepe casum offerre curantibus. Interdum autē gladiatorē
in harena, uel militem in aciem uel uiatorem a latronibus
exceptum sic uulnerari ut eius interius aliqua pars aperiatur.
Et in alio alia: ita sedem positum ordinem figuram similia
q; alia cognoscere prudentem medicum. Non cedem sed
sanitatem molientem: idq; per misericordiam discere qd
alij dira crudelitate cognouerunt. Ob hec ne mortuorum.

qdem lacerationem necessariam. que et si non crudelis tn
feda est. Cum aliter pleraq; in mortuis se habeant quā cum
uero in uiuis cognosci potes ipsa curatio ostendat. Cum hec
per multa uolumina per que magne contentionis disputa
tiones a medicis sepe tractate sint atq; tractentur. Subicien
dum est que proxima uideri possint. Ea neq; addicta alter
utri opinioni sunt: neq; ab utraq; nimium abhorrentia me
dia quodā; modo inter diuersas sententias: quod in pluri
mis contentionibus deprehendere licet. Sine ambitione
uerū scrutantibus ut in hac ipā re. Nam que demum cau
se uel secundam ualetudinem prestent: uel morbos exci
tent quos modo spiritus aut cibus uel detrahatur uel di
geratur: nec sapientie qdem professores scientia compre
hendunt sed coniectura persequuntur. Cuius autē rei nō
est certa noticia: eius opinio certum reperire remedium
non potest. Verum est ad ipām curandi rationem nihil plus
conferre q̄ experientiam. Quanq̄ igitur multa sint ad
ipās artes proprie non pertinentia: tamē eas adiuuant
excitando artificis ingenium. Itaq; ista quoq; nature re
rum contemplatio q̄uis nō faciat medicum aptiorem tn
medicine reddit. Verisimile est hyppocraten et herasistra
tum et quicūq; alij nō contempti sint febres et ulcera agita
re. Rerum quoq; naturam ex aliqua parte scrutati sunt.
Non ideo qdem medicos fuisse. verū ideo quoq; maiores me
dicos extitisse. ratione uero opus est ipsi medicine. Et
si non inter obscuras causas neq; inter actiones naturales
tamen sepe, tamen sepe. Est.n. hec ars coniecturalis ne
q; respondet ei plerūq; non solum coniectura sed etiā ex
perientia. Et interdum nō febris, non cibus, non somnus
subsequitur: sicut adsueuit rarius, sed aliqn morbus quoq;

ipe nouus est: quem nō incidere manifeste falsum est. Cuz
etate nrā quedaz ex naturalibus partibus carne prolapsa
et herente intra paucas horas expirauerit. sic ut nobilissi
mi medici neq; genus mali neq; remedium inuenerint.
Quos ego nihil temptasse iudico: quia nemo in splendida per
sona periclitari coniectura uoluerit ne occidisse nisi ser
uasset uideretur. Veritn̄ simile est potuisse aliquid cogi
tare detracta tali uerecūdia. et fortasse responsurum fu
isse id quod aliquid esset expertum: ad quod medicine genus
neq; semp similitudo aliquid confert. Et si quando confert
tamen id ipm̄ rationale est inter multa similia genera et
morborū et remediorū cogitare quo potissimum medica
mento sit utendum. Cum igitur talis res incidit: medicus
aliquid oportet inueniat: quod nō utiq; fortasse sed sepius
tamē etiaz respondeat. Petet autē nouum quoq; consilium
non ab rebus latentibus. Iste. n. dubie et incerte sunt.
Sed ab his que explorari possunt idest euidentibus causis in
ter est. n. fatigatio. Morbum an sitis an frigus an calor
an uigilia. an fames fecerit. an cibi uiuiq; habundantia. an
intempantia libidinis. Neq; ignorare hunc oportet. que
sit egri natura. humidum magis an magis siccum corpus
sit. Validi nerui an infirmi. frequens aduersa ualitudo
an rara. Eaq; cū est uehens esse soleat. an leuis. breuis an
longa. Quod si uite genus sit secutus laboriosum an quie
tum. cū luxu an cum frugalitate. Ex his. n. similibus que
sepe curandi noua ratio ducenda est. Quāuis ne hec qdem
sic preteriri debent. quasi nullam controuersiam recipiat.
Nam et Erasistratus nō ex his fieri morbos dixit. Quoniā
et alij et idem alias post ista nō febricitarent. Et qdem
medici seculi nostri sub auctore ut ipi uideri uolunt

chemisone contendunt nullius cause noticiam quidq̄ ad cura
tiones pertinere: satisq; esse quedam cōmunia morborum in
tueri. Si qdem horū tria genera esse. Vnum adstrictum. al
terum fluens. tercium mixtum. Nam modo parum excer
nere egros modo nimium: modo alia parte parum: alia ni
mium. Hec autē genera morborum modo acuta esse: mo
do longa et modo increscere: modo consistere: modo minui
consuerunt. Cognito igitur eo quod ex his est. Si corpus ad
strictum est digerendum esse. Si pro fluuio laborat continen
dum. Si mixtū uicium habet occurrendum. Subinde uehe
mentiori malo. et aliter acutis morbis medendum. aliter ue
tustis aliter increscentibus aliter subsistentibus. aliter iam
ad sanitatem inclinantibus. Horū obseruationem medicinā
esse quam ita finiunt: ut quasi uiam quādam quam greci no
minant [illegible] eorūq; que in morbis cōmunia sunt con
templatricem esse contendant: ac neq; rationalibus se neq;
experimenta tantū spectantibus adnumerari uolunt: cum
ab illis eo nomine dissentiant: quod in conuectura rerum la
tentium uolunt esse medicinam. Ab his eo quod parum artis
esse in obseruatione experimentorū credunt. Qd' si erasistra
tum pertinet primū ipsa euidentia eius opinioni repugnat qa
raro nisi post horum aliquid morbus uenit. Deinde nō sequi
tur: ut quod alium nō adficit aut eundem alias: id ne alteri qui
dem aut eidem tempore alio noceat. Possunt.n. quedam sub
esse corpori uel ex infirmitate eius: uel ex aliquo affectu: que
uel in alio nō sunt: uel in hoc alias nō fuerunt. eaq; per se non
tanta iu concitent morbum: tamē obnoxium magis alijs in
iurijs corpus efficiunt. Quod si contemplationem rerū natu
re quam temere medici sibi uindicant satis comprehendis
set etiā illud scisset. nihil omnino ob unam causam fieri: sed

id pro causa adprehendi: quod contulisse plurimū uidetur. Po
test autē id solum est nō mouere quod iunctum alijs maxime
mouet. Accedit ad hec quod ne ipē qdem erasistratus: qui trans
fuso in arterias sanguine febrem dicit fieri: idq; nimis reple
to corpore incidere repperit. Cur ex duobus eque repletis: alter
in morbum inciderit: alter omni periculo uacarit: quod quo
tidie fieri apparet non discreuerit. Ex quo dici potest ut uera
sit illa transfusio. tamē illa non perretum plenum corpus est
fieri. sed cum horū aliquid accesserit. Themisonis uero emuli
perpetuaq; promutunt habent: magis etiam q̄ ulli rationales
sunt. Neq; .n. si quis non omnia tenet que rationalis alius pro
bat protinus alius nouo nomine artis indiget. si modo quod
primū est nō memorie soli sed rationi quoq; insistit. Si uero
quod proprius est uix ulla perpetua precepta medicinalis ars
recipit. Idem sunt quod hi quos experimenta sola sustinent.
E o magis quoniam si compresserit aliquem morbus aut fuderit
quilibet etiā imperitissimus uidet. Quod aut compressum cor
pus resoluat quod solutum teneat: si a ratione tractum est
rationalis est medicus. Si ut et qui se rationalem negat confi
teri necesse est. ab experientia empericus est. Ita apud eum
morbi cognitio extra artem medicina intra usum est. Neq; ad
iectum quicq̄ emporicorū professioni. Sed demptum est quoni
am illi multa circūspiciunt. hi tantū facillima et non plus q̄m
uulgaria. Nam et hi qui pecoribus ac iumentis medentur: cu;
propria cuiusq; ex mutatis animalibus nosse non possent cōmu
nibus tantūmodo insistunt. Et extere gentes cum subtilem me
dicine rationem nō nouerunt: cōmunia tantū uident. Et qui
ampla ualetudinarios nutriunt: quia singuli summa cura cō
sulere non sustinent ad cōmunia ista confugiunt. Neq; her
cules istud antiqui medici nescierunt: sed his contenti non

fuerunt. ergo etiā uetustissimus auctor hippocrates dixit
mederi oportere et cōmunia et propria intuentem. Ac
ne isti qdem ipi intra suam professionem consistere ullo mō
possunt. Si qdem et compressorum et fluentium morborū
genera diuersa sunt. Faciliusq; id in his que fluunt inspi
ci potest. Aliud est n. sanguinem. aliud bilem. aliud cibum
uomere: aliud deiectionibus. aliud torminibus laborare
aliud sudore digeri, aliud tabe consumi. Atq; in partes quo
q; humor erumpit. in oculos auresq; quo periculo nullum
humanū membrum uacat. Nihil autē horum sic ut aliud cu
ratur. Ita protinus in his a cōmuni fluentis morbi contem
platione ad propriam medicinam descendit. atq; in hac quo
q; rursus alia proprietatis noticia sepe necessaria est: quia
nō eadem omnibus etiā in similibus casibus opitulantur. Si
qdem certe qdem res sunt que in pluribus uentrem aut stri
gunt aut resoluunt. Inueniuntur tn̄ in qbus aliter atq; i
ceteris idem eueniat. In his ergo cōmunium inspectio con
traria est. propriorum tantū salutaris. Et cause quoq; e
stimatio sepe morbum soluit.

EXEMPLVM CASSI MEDICI.

ERGO etiā ingeniosissimus seculi nostri medicus:
quem nuper uidimus Cassius febricanti cuidam et
magna siti affecto cum post ebrietatem eum premi
cepisse cognosceret aquam frigidam ingessit. qua ille epo
ta, cum uini uim miscendo fregisset protinus febrem som
no et sudore discussit. quod auxilium medicus oportune pro
uidit. Non ex eo quod aut astrictum corpus erat aut flue
bat. sed ex ea causa que ante precesserat. Estq; etiā pro
prium aliquid et loci temporis. istis quoq; auctoribus qui
cum disputant quēadmodū sanis hominibus agendū sit.

Precipiunt ut grauibus aut locis aut temporibus magis tu
tetur frigus, estus, saietas, labor, libido: magisq; ut conqui
escat isdem aut locis aut temporibus. Si quis grauitatem cor
poris sentit: ac neq; uomitu stomachum: neq; purgatione al
uum solliciter: que uera qdem sunt. a comunibus tn ad que
da; propria descendunt. Nisi persuadere nobis uolunt: sa
nis qdem considerandum esse quod celum, quod tempus anni
sit. Egris uero no esse: quibus tanto magis omnis obserua
tio necessaria est, quanto magis obnoxia offensis infirmi
tas est. Quinetia morborum in hisdem hominibus alie atq;
alie proprietates sunt. et qui secundis aliqn frustra cu
tatus est: contrarijs sepe restituitur. Plurimaq; in dando
cibo discrimina reperiuntur. Ex quibus contentus uno e
ro. Nam famem facilius ferit adolescens q puer: facilius
in denso celo q in tenui. facilius uno cibo q prandio quoq; ad
suetus. facilius inexercitatus q exercitatus homo sustinet.
Sepe autem eo magis necessaria cibi festinatio est: qui minus
mediam tolerat. Obque competit eum qui propria no no
uit, comunia tantu intueri debere. eum qui nosse propria
potest: illa qdem no oportere neglegere sed his quoq; insiste
re. Ideoq; cum par scientie sit. utiliorem tamen medicum
esse amicum q extraneum. Igitur ut ad propositum meu;
redeam rationalem qdem puto medicinam esse debere. In
struu uero ab euidentibus causis obscuris omnibus. no a co
gitatione artificis. sed ab ipa arte reiectis. Incidere autem
uiuorum corpora et crudele et superuacuu est. Mortuoru
corpora discentibus necessarium. Nam positum et ordine
nosse debent que cadaueta melius q uiuus et uulneratus ho
mo representat. Sed et cetera que modo in uiuis cogno
sci possunt: in ipis curationibus uulneratoru paulo tardius.

sed aliquanto mitius usus ipe monstrauit. His propositis primum dicam quēadmodum sanos agere conueniat. tum ad ea transito que ad morbos curationesq; eorū pertinebunt.

Qualiter se sanus agere debeat.

SANVS homo qui et bene ualet et sue sponti est. nulli se obligare se legibus debet. ac neq; medico neq; hiatro alipta egere. Hunc oportet uarium habere uite genus. modo ruri esse. modo in urbe. sepiusq; in agro. nauigare. uenari. quiescere interdum. sed frequentius se exercere. Siqdem ignauia corpus hebetat. labor firmat. illa maturam senectutem. hic longam adolescentiam reddit. prodest interdum etiā balneo. interdum aquis frigidis uti. modo ungi modo ad ipm neglegere. Nullum cibi genus fugere quo populus utatur. interdum in conuiuio esse. interdum se abeo retrahere. modo plus iusto modo nō amplius adsumere. bis die potius q̄ semel cibum capere. et semp q̄ plurimū dummodo hunc concoquat. Sed ut huius generis exercitationes cibiq; necessarij sunt. Sic athletici supuacui sunt. Nam et interrissus propter ciuiles aliquas necessitates ordo exercitationis. corpus affligit. Et ea corpora que more eorū repleta sunt. celerrime et senescunt et egrotant. Concubitus uero neq; nimis concupiscendus. neq; nimis pertimescendus est. Ratus corpus exercitat. frequens soluit. Cum autē frequens nō numero sit. sed ratione etatis et corporis. Scire licet eum nō inutilem esse quem corporis neq; languor neq; dolor sequitur. Idem interdiu peior est. noctu tutior. Ita tamē si neq; illum cibus neq; hunc cum et uigilia labor statim sequitur. Hec firmisseruanda sunt. cauendumq; ne in secunda ualetudine aduersē presidia consumantur.

Qualiter se agere debeant qui stomacho imbecilles sunt.

A TIMBECILLIS stomacho quo in numero magna pars urbanorū: omnesq; pene cupidi literarum sunt: obseruatio maior necessaria est. Vt uel corporis, uel loci uel studij ratio detrahit cura restituat. Ex his igitur qui bene concoxit mane tuto surgit, qui parum quiescere debet. Et si mane surgendi necessitas fuerit redormire, qui nō coxit ex toto conquiescere: ac neq; labori se neq; exercitationi neq; negotio credere. Qui etiidum sine precordiorum dolore ructat is ex interuallo aquam frigidam bibere et se nihilominus continere. Habitare uero edificio lucido, perflatum estiuum, hibernum solem habentem: cauere meridianum solem, matutinum et uespertinū frigus. Itemq; auras fluminū atq; stagnorum. Minimeq; nubilo celo soli aperienti se cōmittere, ne modo frigus modo calor moueat. Queres maxime grauedines distillationesq; concitat. Magis uero grauibus locis ista seruanda sunt: in quibus etiā pestilentiā faciunt. Scire aūt licet integrum corpus esse cū quotidie mane urina alba deinde rufa est. Illud concoquere hoc concoxisse significat. Vbi experrectus est aliquis, paulum intermittere: deinde nisi hyems est souere os multa aqua frigida debet. Longis diebus meridiari potius ante cibum si minus: post eum per hiemem potissimum totis noctibus conquiescē.

Sin lucubrandum est non post cibum id facere sed post concoctionem. Quem interdiu uel domestica uel ciuilia officia tenuerunt: huic tempus aliquod seruandum curationi corporis sui est. Prima autē eius curatio exercitatio est que semper cibum antecedere debet. In eo qui minus laborauit et bene coxit amplior. In eo qui fatigatus et minus concoxit remissior. Cōmode uero exercent clara lectio arma pila cursus ambulatio adscensus descensusq; cū quadam uarietate cor-

pus moueat: nisi tamen id per quam imbecillum est. Melior
est autem sub diuo q̃ in porticu. melior si caput patitur in so
le q̃ in umbra. melior in umbra q̃ parietes aut uiridia ef
ficiunt q̃ que in tecto subest. melior recta q̃ flexuosa. Ex
ercitationis autem plerumq; finis esse debet sudor aut cer
te lassitudo: que citra fatigationem sit. idq; ipm modo mi
nus, modo magis faciendum est. Ac ne his qdem athleta
tum exemplo: uel certa esse lex. uel imodicus labor debet.
Exercitationem recte sequitur modo unctio uel in sole uel
ad ignem, modo balneum. sed conclaui q̃ maxime et alto
et lucido, et spacioso. Ex his uero neutrum semp fieri o
portet. Sed septus alterutru pro corporis natura. Post hec
paulum conquiescere opus est. Vbi ad cibum uentum est
nuq̃ utilis est nimia satietas. Sepe inutilis nimia abstinen
tia. sepe si qua intempantia subest: tutior est in potione
q̃ in esca cibus a salsamentis holeribus similibusq; rebus
melius incipit. Tum caro adsumenda est. que assa optima
aut elixa est. condita omnia duabus de causis inutilia sunt.
Quoniam et plus propter dulcedinem adsumuntur. et
quod modo par est: tamen egregius concoquitur. Secuda
mensa bono stomacho nihil nocet. in imbecillo coacessit.
Si quis itaq; hoc parum est. ualet: palmulas pomaq; et silia
melius primo cibo adsumit. post multas potiones que ali
quantu sitim excesserunt nihil edendum est. post satie
tatem nihil agendum. ubi expletus est aliquis faciliusco
coquit si quicquid assumpsit potione aque frigide in
cludit. Tum paulisper inuigilat, deinde bene dormit.

Hec obseruatio sicatharum est, aut stomachus reu
matizat.

SI QVIS interdui se implebit: post cibum neq; frigori neq; estui neq; labori se debet cõmittere. neq; n. tam facile hec mani corpore q̃ repleto nocent. Si q̃ busdam de causis futura media est: labor omnis uitandus est. Atq; hec qdem pene perpetua sunt. Quasdam autem obseruationes desiderant et nouas res et corporũ genera et sexus et etates et tempora anni. Nam neq; ex salubri loco in grauem ne ex graui in salubrem transitus satis tutus est. Ex salubri in grauem prima hyeme: Ex graui meum q̃ salubris est prima estate transire melius est. Neq; uero ex multa fame nimia satietas neq; ex nimia sacietate fames idonea est. pericliturq; et qui semel et qui bis die cibum continenter contra consuetudinem adsumit. Item neq; ex nimio labore subitum ocium: neq; ex nimio ocio subitus labor sine graui noxa est. Ergo cũ quis mutare aliquid uelit: paulatim debebit adsuescere. Omnem etiã laborem facilius uel puer uel senex q̃ insuetus homo sustinet: atq; ideo quoq; nimis ociosa uita utilis nõ est: quia potest incidere laboris necessitas. Si quando tamẽ insuetus aliquis laborauit: aut simul to plusq̃ solet etiã si qui adsueuit. Huic ieiuno dormiendum est: multo magis si etiã os amaz est: uel oculi caligant: aut uenter perturbatur. tum eũ nõ dormiendum tantũmodo ieiuno est. sed etiã in posterũ diem permanendus nisi cito id quies sustulit. quod si factum est surgere oportet et lente paulum ambulare. At si somni necessitas nõ fuit quia modice magis aliquis laborauit. tũ ingredi aliquid eodem modo debet. Cõmunia deinde omnibus sunt post fatigationẽ cibum sumpturis ubi paulum ambulauerunt: si balneum non est: calido loco uel in sole uel ad ignem ungi atq; sudare. si est ante omnia ĩ

tepida resedere. deinde ubi paululum conquieuerunt in
trare et descendere in solium. Tum multo oleo ungi, leniter
q; perfricari, iterū ad solium descendere. post hec os aqua
calida fouere, deinde frigida: balneum hic feruens idone
um nō est. Ergo si nimium alicui fatigato pene febris est:
huic habunde est loco tepido dimittere se iguinibus te in
aquam calidam cui paulum olei adiectum. deinde totum q
dem corpus maxime tn̄ eas partes que in aqua fuerunt
leniter perfricare ex oleo. cui uinum et paulum contriti sa
lis sit adiectum. Post hec omnibus fatigatis aptum est ci
bum sumere eoq; humido uti aqua uel arte dilutata potio
ne esse contentos maxime q; ea que moueat urinam. Illud
quoq; nosse oportet quod ex labore sudanti frigida potio
perniciosissima est, atq; etiā cum sudor se remisit itinere
fatigatis inutilis: a balneo quoq; uenientibus asclepiades ī
utilem eam iudicauit: quod in his uerū est, quibus aliuis fa
cile nec tuto resoluitur, quiq; facile inhorrescunt: perpe
tuum in omnibus non est, cum potius sit naturale potio
ne estuantem stomachum refrigerari frigentem calefi
eri. Quod ita precipio ut tamē fatear ne ex hac quidem
causa sudanti adhuc frigidum bibendum esse. solet etiaz
prodesse post uarium cibum frequentasq; dilutas potiones
uomitus. Et postero die longa quies, deinde modica ex
ercitatio. Si assidua fatigatio urget, et inuicem modo a
qua, modo uinū bibendum est. raroq; balneo utendum:
leuatq; lassitudinem etiā laboris mutatio: eumq; quem no
uum genus eiusdem laboris pressit, id quod in consuetudi
ne est respicit. fatigato quotidianū cubile tutissimū est.
Insolitum contra lassat. et n. quod contra consuetudinem ē
seu molle seu durum est. Proprie quedaz ad eum pertinēt:

qui ambulando fatigatur. hunc reficit in ipso quoq; itinere frequens frictio. :-

Qualiter debeat corpus fricari uel ungi.

POSTITER primū sedile: deinde unctio. tum calida aqua in balneo magis superiores partes q̄ inferiores foueat. Si quis uero exutus in sole est: huic in balneum protinus eundū; est: perfundendumq; oleo corpus et caput: deinde in solium bene calidum descendendum est. Tu; multa aqua per caput infundendum, prius calida deinde frigida. At ei qui perfrixit opus est in balneum primū inuoluto sedere donec insudet: tum ungi deinde lauari: cibum modicum potiones meracas adsumere. Is uero qui nauigat: et nausea pressus est. si multam bilem euomuit: uel abstinere cibo debet. uel paulum aliquid adsumere. Si pituitam acidam effudit. utiq; sumere cibum sed adsueto leuiorem. si sine uomitu nausea fuit: uel abstinere uel post cibum uomere. Qui uō tota die uel in uehiculo uel in spectaculis sedet. huic nihil currendum sed lente ambulandum est. lenta quoq; in balneo mora. deinde cena exigua prodesse consuerunt. Si quis in balneo estuauit: reficit hunc ore exceptum et in eo retentum acetum. si id nō est eodē; modo frigida aqua adsumpta.

Ante omnia autē norit quisq; naturam sui corporis. quonia graciles alij obesi sunt. alij calidi, alij frigidiores. alij humidi, alij sicci: alios adstricta. alios resoluta aluus exercet. Raro quisq̄ non aliqua partem corporis imbecillam habet. Tenuis uero homo implere se debet: plenus extenuare: calidus refrigedare: frigidus calefacere: madens siccare: siccus madefacere. Itemq; aluum firmare is cui fusa: soluere uero is cui adstricta est: succurrendum semp̄ parti maxime laboranti est. Implet autē corpus modica exercitatio frequenter.

quies unctio. et si post prandium est: balineum contracta aluus modicum frigus hieme somnus et plenus et non nimis longus molle cubile: animi unitas adsumpta per cibos et potiones maxime dulcia et pinguia, cibus et frequentior et quantus plenissimus potest concoqui. Extenuat corpus aqua calida si quis in ea descendit: magisq; si salsa est. In ieiunio balneum inurens sol: ut omnis calor cura uigilia somnus nimium uel breuis uel longus lectus pe[illegible] estatem terra hieme durum cubile. cursus multa ambulatio: omnisq; uehemens exercitatio: uomitus deiectio acide res et austere et semel die adsumpte et uini non perfrigidi ieiuno potio in consuetudinem adducta.

DE VOMITV.

CVM uero inter extenuantia posuerim uomitū: et deiectionem de his quoq; proprie quedam dicenda sunt: eiectum esse ab esclepiade uomitum in eo uolumine quod de tuenda sanitate composuit uidetur neq; reprehendo: si offensus eorū est consuetudine qui quotidie eiciendo uorandi facultatem moluntur. paulo etiā longius processit. Idem purgationes quoq; eodem uolumine expulit. et sunt he pernitiose. Si nimis ualentibus medicamentis fiunt. Sed hec tamē sū mouenda esse nō est perpetuum: quia corporum temporūq; ratio potest ea facere necessaria. Dum et modo et non nisi cum opus est adhibeantur. Ergo ille quoq; ipē si quid iam corruptum esset expelli debere confessus est. Ita nō ex toto res condemnanda est. sed esse eius et iam plures cause possunt. estq; in ea quedaz paulo subtilior obseruatio adhibenda. Vomitus utilior est hyeme q̄ estate. Nam tum pituitate plus et capitis

grauitas maior subest. Inutilis est gracilibus et imbecillis stomachum habentibus. Vtilis plenis et biliosis hominibus.
Si uel nimium se replerunt uel parum concoxerunt. Nam siue plus est q̃ quod concoqui possit perichitari ne corrumpatur no oportet. Si uero corruptum est nihil cõmodius est q̃ id qua uia primu expelli potest eicere. Itaq; ubi amari ructus cũ dolore et grauitate precordiorũ sunt. Ad hunc protinus confugiendum est. Item prodest ei cui pectus estuat et frequens saliua uel nausia est: aut sonant aures aut madent oculi aut os amarum est. Similiter q; ei qui uel celum uel locum mutat. His q; quibus si plures dies no uomuerunt dolor precordia infestat neq; ignoro inter hec precipi quietem que no semper contingere potest agendi necessitatem habentibus nec in omnibus idem facit itaq; istud luxurie causa fieri no oportere confiteor interdum ualetudinis causa recte fieri experimentis credo cum eo tamen nequis qui ualere et senescere uolet hoc quotidianu habeat. Qui uomere post cibum uolet si ex facili facit aquam tantu tepidam ante debet assumere. Si difficilius aque uel salis uel mellis paulum addicere. At qui mane uomiturus est ante bibere multum uel isopum aut esse radiculam debet. Deinde ut supra scriptum est bibere. cetera que antiqui medici precepterunt stomachum omnia infestant. Post uomitum si stomachus infirmus est paulum cibi sed huius idoneu gustandum et aque frigide cyathi tres bibendi sunt. Sin autem uomitus fames exasperauit qui uomuit si mane id fecit ambulare debet. tum ungi deinde cenare.
Sic post cenam postero die lauari et in balneo sudare. huic proximus cibus mediocris utilior est: isq; esse de

bet cum pane hesterno. Vino austero meraco et carne assa cibisq; omnibus q̄ siccissimis, qui inouere bis in mense u uult melius consulet. Si biduo continuarit, q̄ si post quin tudecimu; diem uomuerit. nisi hec mora grauitatem pec tori faciet.

DE VENTRE

DEIECTIO autē medicamento quoq; petenda est. Vbi uenter suppressus parum reddit exceq; inflammationes caligines capitis dolores aliaq; superiores partis mala increscunt. Quid .n. inter hec ad iuuare possunt. quies ac inedia que per illas maxime e uenient. Qui eicere uolet primū cibis uinisq; utetur his que hoc prestant. De hinc si parum illa proficient alo en sumat. Sed purgationes quoq; interdum necessarie sut sic ubi frequentes sunt periculum adferunt. Adsuescit .n. non ali corpus. et ob hoc infirmu erit, cum omnibus mor bis obnoxia maxime infirmitas sit. Calefacit aut unctio aqua salsa magisq; si calida est. omnia salsa amara carno sa. si post cibum est balneum uinu austerum. Refrigerat in ieiunio et balneum et somnus nisi nimis longus est. et omnia acida aqua q̄ frigidissima oleum si aque misceat humidum aute corpus efficit. Labor maior q̄ ex consue tudine frequens balneum cibus plenior multa potio post hanc ambulatio et uigilia. Per se quoq; ambulatio multa et uehemens et matutina exercitatio, et protinus cibus adiectus. Ea genera esce que ueniunt ex locis frigidis et pluuijs et inriguis. Contra siccat modica exercitatio fames unctio sine aqua calor, sol modicus aqua frigida cibus exercitationi statim subiectus. et is ipe ex siccis et estuosis locis ueniens. Aluum adstringit labor, sedile cre

ta singularis corpori inlita. Cibus imminutus et is ipse semel die adsumptus ab eo qui bis solet. exigua potio neq; adhibita nisi cum cibi quis quantu adsumpturus est cepit post cibum quies. Contra soluit aucta ambulatio atq; esca post motus qui post cibum est. Subinde potiones cibo immixte. Illud quoq; scire oportet qd uentrem uomitus solutum comprimit compressum soluit. Itemq; comprimit is uomitus qui statim post cibum soluit is qui tarde superuenit. Quod ad etates uero pertinet inediam facillime sustinent. in edie etates minus iuuenies minime pueriet senectute confecti: quominus fert facile quisq; eo sepius debet cibum adsumere maximeq; eo eget qui increscit. Calida lauatio et pueris et senibus apta est. Vinum dilucius pueris senibus meracius uentre etati que inflationes mouent. Iuuenum minus qdem adsumunt et quomodo curentur interest. Quibus iuuenibus fluxit aluus pleruq; in senectute contrahitur. quibus in adolescentia fuit adstricta sepe in senectute soluitur. Melius est aute in iuuene fusior in sene astrictior.

. DE ESCIS TEMPORVM .

TEMPVS quoq; anni considerare oportet. hieme plus esse conuenit, estate minus. sed meracius bibere multo pane uti carne potius elixa modice oleribus semel die cibum capere: nisi si nimis uenter adstrictus est. Si prandit aliquis utilius est exiguum aliquid et ipm siccum sine carne sine potione sumere. Eo tempore anni calidis omnibus potius utendum est, uel calorem mouentibus. Venus tum no eque pernitiosa est. At uere paulum cibo demendum addiciendumq; potui: sed dilutius tamen bibendum est, magis carne utendum magis oleribus. transeundum paulatim ad assa ab elixis. Verum eo tempore an

ni tutissima est. Estate uero et potione et cibo corpus se
pius eget. Ideo pandere quoq; cōmodum est. Eo tempore
aptissima sunt et caro et olus. potio q̄ dilutissima ut et
sitim tollat nec corpus incendat. frigida lauatio caro as
sa frigidi cibi uel qui refrigerent. Vt sepius autē cibo u
tendum sic exiguo est. Per autumnū propter celi uarie
tatem, periculum maximū est. Itaq; neq; sine ueste neq;
sine calciamentis prodire oportet. precipueq; diebus fri
gidioribus: neq; sub diuo nocte dormire: aut certe bene
operiri. Cibo uero iam paulo pleniore uti licet minus, sed
meracius bibere. poma nocere qdam putant que immo
dice toto die plerūq; sic adsumūtur ne quid ex densi
ore cibo remutatur. Ita nō hec sed consumatio omniū
nocet. Ex quibus in nullo tn̄ minus q̄ in his noxe est.
Sed his uti nō sepius q̄ alio cibo conuenit. Deniq; aliqd
densiori cibo cū id accedit necessarium est demi. Neq;
estate uero neq; autumno utilis uenus est. tolerabilior
tamen per autumnum. estate uero si fieri potest ab
stinendum est.

DE CAPITE.

PROXIMVM est ut de his dicam qui partes
corporis imbecillas habent. Caput cui infirmū
est: is si bene concoxerit lente perfricare id ma
ne manibus suis debet. Nunq̄ id si fieri potest ueste ue
lare aut cutem tonderi. utileq; lunam uitare maxime
q; ante ipm̄ lune solisq; concursum sed nūq̄ post cibum.
Si cui capilli sunt eos quotidie pectere multum ambula
re, sed si licet neq; sub tecto, neq; in sole. Vbiq; autē uita
re solis ardorem maximeq; post cibum et uinum, potius
ungi q̄ lauari nūq̄ ad flammā ungi. interdum ad prunā.

Si in balneum uenit sub ueste primu paulum in tepidario i
sudare ibi ungi tum transire in caldarium ubi sudant
in solium no descendere. Sed multa aqua calida per ca
put se totum perfundere tum tepida uti, deinde frigi
da diutiusq; ea caput q̃ ceteras partes perfundere de
inde id aliq̃ diu perfricare, nouissime et ungere. capui
nihil eque prodest atq; aqua frigida, Iraq; is cui hoc in
firmu est per estatem id bene largo canali cotidie deber
aliq̃ diu subicere. Semper aut etia si sine balneo unctus
est neq; totum corpus refrigere sustinet. Caput tame
aqua frigida perfundere. Sed cu ceteras partes attingi
nolit dimittere id ne ad ceruices aqua descendat. Camq
ne quid oculis alijsue partibus nocear defluentem. Subin
de manibus ad os regere. huic modicus cibus necessarius e
quem facile concoquat. Isq; si ieiunio caput leditur. ad
sumendus etia medio die est. Si no leditur semel potius
bibere huic assidue uinu dilutum leue q̃ aqua magis ex
pedit. ut cu caput grauius esse cepeit, sit quo confugiat
eiq; ex toto neq; uinum neq; aqua semper utilia sunt. me
dicamentu utriq; est, cu inuicem adsumitur. scribere le
gere uoce contendere huic opus no est. Vtriq; post cenam
post q̃ nec cogitatio qdem ei satis tuta est. maxime tame
uomitus alienus est.

De lipitudine que grauedinem tollit.

Neq; uero his solis quos capitis imbecillitas tor
quet usus aque frigide prodest. Sed his etiam
quos assidue lipitudines grauedines distillatio
nes tollile q; male habent. His aute non caput tantum
quotidie perfundendum est. sed os quoq; multa frigida
aqua fouendum est. Precipueq; omnibus quibus hoc utile

auxilium est: eo utendum est: ubi grauius celum austri red
diderunt. Cumq; omnibus inutilis sit post cibum aut con
tentio aut agitatio animi: tum his precipue qui uel capitis
uel arterie dolores habere consuerunt: uel quos libet alios
oris affectus. Vitari etiā grauedines distillationesq; possūt:
si q̄ minime eum qui his oportunus est aerem uel loca aquas
q; mutet: si caput in sole protegit ne incendatur: ne ue sub
itum ex repentino nubilo frigus id moueat. Si post coctione
ieiunus caput radit. Si post cibum neq; legit neq; scribit. :-

.. DE ALVO SOLVTO.

QVEM uero frequenter citata aluus exercet: huic
opus est pila similibusq; superiores partes exercē
dum ieiunus est ambulare, uitare solis nimium
ardorem continua balnea. ungi citra sudorem, non uti cibis
uarijs minimeq; uirulentis: aut leguminibus, oleribusq;
ue hisq; celeriter descendunt. omnia deniq; fugere que tar
de concoquuntur. Venatio duriq; pisces ex domesticis ani
malibus assa caro maxime iuuat: nūq̄ uinum salsum bibe
re expedit: ne tenue qdem aut dulce: sed austerum et ple
nius: neq; id ipm̄ per uetus si mulso uti uult. id ex decocto
melle faciendum est. Si frigide potiones uentrem eius
nō turbant. His utendum potissimū est. Si quid offense
in cena sensit uomere debet. idq; postero quoq; die facere.
Tercio modici ponderis panem ex uino esse adiecta oua,
uel ex oleo uel ex defruto similibusq; alijs. deinde ad con
suetudinem redire. Semper aut post cibum conquiescere,
ac neq; intendere animum, neq; ambulatione q̄m̄uis
leui demoueri. :-

De dolore intestini interioris. :-

ATSI laxius intestinum dolere consueuit quod colum.

nominant. cum id nisi genus inflationis sit. Id agendum e ut concoquat aliquis ut lectione et alijs generibus exerceatur utatur balneo calido, cibis quoq; et potionibus calidis, deniq; omnino frigus euitet. Item dulcia omnia legumina q; et quicquid inflare consueuit.

DE STOMACHO.

SI QVIS uero stomacho laborat lege dare debet: post lectionem ambulare tum pila uel armis alioue genere quo superior pars mouetur exerceri. Non aquam sed uinum calidum bibere ieiunus. Tum cibum sed bis die adsumere: sic tamē ut facile concoquat: uti uino tenui et austero et post cibum frigidis potionibus potius. Stomachum autē infirmum indicant: pallor, macies, precordiorū dolor, nausea et nolentium uomitus in ieiuno dolor capitis: que in quo nō sunt is firmi stomachi est. Neq; credendum utiq; nostris est qui cum in aduersa ualetudine uinum aut frigidam aquam concupierunt: delitiarū patrocinium in accusationem nō merentis stomachi habent. At qui tarde concoquit. et quorū ideo precordia inflantur: quiue propter ardorem aliquē noctu sitire consuerunt: anteq̄ conquiescant: duos tresue cyathos per tenuem fistulam bibant. prodest etiā aduersus tardam cococtionem dare legere deinde ambulare: tum uel ungi uel lauari assidue: uinum frigidum bibere: et post cibum magnam potionem: sed ut supradixi per syphonem. deinde omnes potiones aqua frigida includere. Cui uero cibus accessit is ante eum bibere aquam egelidam debet euomere. At is cui ex hoc frequens deiectio incidit quotiens aluus ei constiterit friga potione potissimum utatur.

De dolore neruorum uel podagre.

SI CVI uero dolere nerui solent. quod in podagra chyragraue esse consueuit. huic quantu fieri potest exercendum idest quod affectum est. Obiciendumq; labori et frigori: nisi cum dolor increuit sub diuo quies optima est. Venus semp inimica est. Concoctio sicuti in omnibus corporis affectibus necessaria est.

Cruditas n. id maxime ledit. et quotiens offensum corp9 est. uiciosa pars maxime sentit. Vt concoctio aute omnibus uicijs occurrit. sic rursus alijs frigus. alijs calor: que sequi quisq; pro habitu corporis sui debet. frigus inimicu; est seni tenui uulneri precordijs intestinis. uexice. auribus coxis scapulis. naturalibus ossibus dentibus neruis uulue cerebro: idem summa cutem facit pallidam aridam duram nigram. Ex hoc horrores tremoresq; nascuntur: at prodest iuuenibus et omnibus plenis. erectiorq; mens est. et melius concoquitur. Vbi frigidus quidem est sed cauetur. Aqua uero frigida infusa preterq̃ capiti stomacho prodest. Item articulis doloribusq; qui sunt sine uiceribus item rubicundis nimis hominibus si dolore uacant. Calor aute adiuuat omnia que frigus infestat. Item lippientes si nec dolor nec lacrime sunt. Neruos quoq; qui contrahuntur: precipueq; ea ulcera que ex frigore sunt. Idem corporis colorem bonum facit. urinam mouet si nimius est: corpus effeminat. neruos emollit. stomachum soluit. minime uero aut frigus aut calor tuta sunt. ubi subita insuetis sunt. Nam frigus lateris dolores. aliaq; uicia frigida aqua strumas excitat.

Calor concoctionem prohibet. somnum auferit sudorem digerit. obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit.

Obseruatio aduersus pestilentiam.

EST etiam obseruatio necessaria qua quis in pestilentia utatur adhuc integer: cũ tamen securus esse non possit. Tum igitur peregrinari oportet nauigare: ubi id non licet. Gestari ambulare sub diuo autẽ estum leniter. eodemq; modo ungi: et ut supra comprehensum est. uitare fatigationem cruditatem, frigus, calorem libidinem multoq; magis se continere. Si qua grauitas in corpore est. tum neq; mane surgendum. neq; pedibus nudis ambulandum. minimeq; post cibum aut balneum: neq; ieiuno neq; cenato mouendum est. neq; mouenda aluus. atq; etiã si per se mota est comprimenda est: abstinendum potius si plenum corpus est. Itemq; uitandum balneum. sudor meridianus somnus utiq; Si cibus quoq; antecessit qui tamen semel die tunc comodius adsumitur. Insuper etiam modicus ne cruditatem moueat. alternis diebus inuicem modo aqua modo uinum bibendum est. Quibus seruatis ex reliqua uictus consuetudine q̃ minimũ mutari debet. Cum uero hec in omni pestilentia facienda sint: tum in eam maxime quã austri excitarint: atq; etiam peregrinantibus eadem necessaria sunt. Vbi graui tempore discesserunt ex suis sedibus. uel ubi in graues regiones uenerunt. ac si cetera res aliqua prohibebit utiq; abstinere debebit: atq; ita ab uino ad aquam: ab hac ad uinum: eo qui supra positus est modo transitus ei esse.

Aurelij Cornelij celsi Liber Primus Explicit. Incipit Liber Secundus eiusdem. feliciter.

Artium Aurelij Cornelij Celsi Liber.vij. Idem medicine Liber.ij. de signis rerum in ualetudine futurarum et de communibus auxilijs Incipit feliciter.

De Temporibus. Capitulum Primum.

INSTANTIS AVTEM ADVERse ualetudinis signa complura sunt. In quibus explicandis non dubito auctoritate antiquorum uirorum icti: maximeq; hyppocratis cum recentiores quoq; medici quanq; quedam in curationibus mutarint: tamen hec illum optime presagisse fateantur. Sed anteq; dico quibus precedentibus morborum timor subsit. non alienum uidetur exponere que tempora anni: que tempestatum genera: que partes etatis: qualia corpora maxime tuta uel periculis oportuna sint. quid genus aduerse ualetudinis in quoquoq; timeri maxime possit. Non quod nō omni tempore timeri maxime possit. Non quod nō omni tempore in omni tempestatum genere. omnis etatis omnis habitus hominū per omnia genera morborum et egrotent et moriantur sed quod frequentius tamē quedam eueniant. Ideoq; utile est scire unumqueq; quid et quando maxime caueat. Igitur saluberrimū uer est. proximum deinde ab hoc hyems periculosior estas. Autumnus longe periculosissimus.

DE TEMPESTATIBVS.

EX tempestatibus uero optime equales sunt frigide

siue calide pessime que uariant maxime. Quo fit ut au
tumnus plurimos opprimat. Nam fere meridianis tem
poribus calor nocturnis atq; matutinis simulq; etiā ues
pertinis frigus est. Corpus ergo et estate et subinde me
ridiani caloribus relaxatum. subito frigore excipitur.
Sed ut eo tempore id maxime fit quandocūq; euenit
noxium est. ubi equalitas aute est tamē salubertimi sūt
sereni dies. meliores pluuij q̄ tantū nebulosi aut nubili.

. DE VENTIS.

OPTIMIq; hieme qui omni uento uacant. estate qui
bus fauonij perflant. Si genus aliud uentorum est
salubriores septemtrionales q̄ subsolani uel austri
sunt. sic tamē ut hec interdum regionū sorte mutentur.
Nam fere uentus ubiq; a mediterraneis regionibus ueniens
salubris a mari grauis est. Neq; solum in bono tempestatū
habitu certior ualitudo est. Sed priores morbi quoq; si qui
inciderunt leuiores sunt et promptius finiuntur. Pessimū
egro celum est quod egrum fecit adeo ut id quoq; genus
quod natura peius est in statu salubris mutatio sit.

. DE ETATIBVS.

AT etas media tutissima est. que uiuente calore
neq; senectutis frigore infestatur. Longis mor
bis senectus acutis adolescentia magis patet.

DE FORMA CORPORIS.

CORPVS autē habilissimum quadratum est. neq;
gracile neq; obesum. Nam longa statura ut in
iuuenta decora est. sic matura senectute confici
tur. Gracile corpus infirmum obesum hebes est.

. DE VERE.

VERE tamē maxime quecūq; humoris motu nouan

tur in metu esse consuerunt. Ergo tum lippitudines, pustule profusio sanguinis: abscessio corporis, que apostemata greci nominant. Bilisatra quam appellat. Insania morbus comicialis, agmina, grauedines, distillationes oriri solent. Hi quoq; morbi qui articulis neruisq; modo urgent, modo quiescunt: tum maxime et incho antur et repetunt. :-

. DE ESTATE.

AT estas: nō qdem uacat plerisq; ab his morbis: sed adicit febres uel continuas uel ardentes uel tertianas. Vomitus alui deiectiones, auricularum dolores, ulcera oris, cancros: et in ceteris qdem partibus sed maxime obscenis, et quicquid sudore hoīem resoluit.

. DE AVTVMNO.

VLX quicq̄ ex his in autumnū non incidit: sed oriuntur eo quoq; tempore febres incerte lienis dolor, aqua inter cutem: tabes quam greci nominant. Vrine difficultas, quam stranguriam appellat. Tenuioris intestini morbus quem ileon nominant. Fit iteq; leuitas intestinorū que lienteria uocatur. Coxe dolores morbi comiciales, idemq; tempus et diutinis malis fatigatos: et ab estate tantū proxima pressos interemit: et alios nouis morbis conficit: et quosdam longissimis implicat, maximeq; quartanis, que per hiemem quoq; exerceant. Neq; aliud magis tempus pestilentie patet: cuiuscūq; ea generis est: q̄uis rationibus uariis nocet. Hiems autē capitis dolores, tussim et quicquid in faucibus in lateribus, in uisceribus mali contrahitur irritat. Ex tempestatibus aquilo tussim mouet, fauces exasperat, uentrem adstrigit: urinam supprimit, horrores excitat.

Item dolores lateris et pectoris, sanum tamē corpus spissat: et mobilius atq; expeditius reddit. Auster aures hebetat, sensus tardat: capitis dolores mouet: aluum soluit, totum corpus efficit hebes, humidum, languidum. Ceteri uenti quo uel huic uel illi propiores sunt eo magis uicinos his, illisue adfectus faciunt. Deniq; omnis calor et iecur et lienem inflamat, mentem hebetat, ut anima deficiat, ut sanguis prorumpat efficit. frigus neruorum modo distentionem, modo rigorem infert. Illud hoc cetanus grece nominatur: nigriciem in ulceribus excitat.

. DE SICCITATIBVS.

IN siccitatibus acute febres, lippitudines, tormina, vrine difficultas, articulorum dolores.

. DE IMBRIBVS.

PER imbres longe febres: alui deiectiones, angina, cancri, morbi comiciales, resolutio neruorum paralisim greci nominant. Neq; solum interest quales dies sint. sed etiā quales ante precesserint. Si hiems sicca septemtrionales uentos habuit. Ver autē austros et pluuias exhibet: fere subeunt lippitudines, tormina, febres: maximeq; in mollioribus corporibus. Ideoq; precipue in mulieribus. Si uero austri pluuieq; hiemem occuparūt.

Ver autē frigidum et siccum est. Grauide qdem femine qbus tam adest partus aborsu periclitantur. He uero que gigniunt imbecillos uixq; uitales edunt. Ceteros lippitudo arida et si seniores sunt grauedines atq; distillationes male habent. At si prima hieme, austri ad ultimū uer continuarunt. Laterum dolores et insania febricitantiū quā ΦΡΕΝΕCΙΝ appellant quā celerrima rapiunt. Vbi calor a primo uere orsus estatemq; silem exhibet: necesse est

multum sudorem in febribus subsequi. At si sicca estas aq
lones habuit: autumno uero imbres: austriq; sint tota hieme
que proxima est, tussis distillatio, raucitas in quibusdam
etiam tabes oriuntur.

Muliebria corpora molliora

SIN autē autumnus quoq; eque siccus hisdem aqui
lonibus perflatur omnibus qdem mollioribus cor
poribus, inter que muliebria esse proposui. secūda
ualetudo contingit. Durioribus uero instare possunt et
aride lippitudines et febres prim acute, partim longe, et
hi morbi qui ex attrabile nascuntur. Quod ad etates uero per
tinet pueri proximiq; his uere optime ualent et estate pri
ma tutissimi sunt. Senes estate et autumni prima parte.
luuenes hieme: quiq; inter iuuentam et senectutemq; sūt,
inimicioī senibus hiems, estas adolescentibus est. Tum si
qua imbecillitas oritur: proximū est ut insantes teneros
q; adhuc pueros serpentia ulcera oris que
greci nominant: uomitus, nocturne uigilie, aurium humor
circa umbilicum inflammationes exerceant. proprie et
dentientium: gingiuarū exulcerationes: distentiones ner
uorum, febricule, alui deiectiones: maximeq; caninis dē
tibus male habent. Que pericula plenissimi cuiusq; sunt
et cui maxime uenter astrictus est. At ubi etas paulū
processit glandule et uertebrarū que in spina sunt. Ali
que inclinationes strume uerrucarū quedā genera do
lentia greci appellant: et plura alia
tubercula oriuntur. Incipiente uero iam pube et ex his
dem multa et longe febres: sanguinis ex naribus cursus
maximeq; omnis pueritia primū circa quadragesimum
diem. deinde septimo mense, tum septimo anno. postea

circa pubertatem periclitantur. Si qua etiā genera morbo
rum in infante inciderunt. At ea neq; pubertate neq; pri
mis cortibus: neq; in femina primis menstruis finita sunt
fere longa sunt. Sepius tamē morbi pueriles qui diutius
manserunt terminantur. Ad adolescentia morbis acutis.
Item comicialibus tabiq; maxime obiecta est fereq; iuue
nes sunt. Qui sanguinem expuunt post hanc etatem late
rum et pulmonis dolores, letargus colera insania sangui
nis: per quedam etiam uelut ora uenarum
greci appellant profusio .:-

Sanguinem profluentem ex quibusdam uenis .:-

IN senectutem spiritus et urine difficultas. grauedo
articulorū et renum dolores. neruorū resolutiones
malus corporis habitus greci appellant
nocturne uigilie uicia longiora aurium oculorum etiā nari
um precipueq; soluta aliuis et que sequuntur hanc tormina
uel leuitas intestinorum. Ceteraq; uentris fusi mala pre
ter hec graciles tabes, deiectiones distillationes. Item uisce
rum et laterum dolores fatigant obesi pleruq; acutis mor
bis et difficultates spirandi strangulantur. subitoq; sepe
moriuntur, quod in corpore tenuiore uix euenit .:-

De notis aduerse ualetudinis .:-

ANTE aduersam autē ualetudinem ut supradixi
quedam note oriuntur. quarū omniū cōmune
est aliter se corpus habere atq; consueuit: neq; in
peius tantū sed etiam in melius. Ergo si plenior aliquis et
speciosior et coloratior factus est. suspecta habere bona sua
debet: que quia neq; in eodē habitu subsistere. neq; ultra
progredi possunt: fere retro quasi ruina quadā reuoluun
tur: peius tamē signum est ubi aliquis contra consuetu

dinem emacuit et colorem decoremq; amisit. Quoniam i his que superant est quod morbus demat. In his que desunt nō est quod ipm morbum ferat. Preter hec protinus timeri debet si grauiora membra sunt: si crebra ulcera oriuntur. si corpus supra consuetudinem incaluit. si grauior somnus pressit. si tumultuosa somnia fuerunt. si sepius expergiscit aliquis q̄ adsueuit: deinde iterū soporatur: si corpus dormientes circa partes aliquas contra consuetudinem insudat: maximeq; si circa pectus aut ceruices, aut crura uel genua uel coxas. Item si marcet animus. si loqui et moueri piget si corpus torpet: si dolor precordiorum est aut totius pectoris, aut qui in plurimis euenit capitis: si saluie plenus os est: si oculi cum dolore uertuntur: si tempora adstricta sunt: si membra inhorrescunt: si spiritus grauior est: si circa fontem intente uene mouentur. si frequentes oscitationes: si genua quasi fatigata sunt: totumue corpus lassitudinem sentit: ex quibus sepe plura nūq̄ non aliquam febrem antecedunt. In primis tamē illud considerandum est. Nunquid sepius horū aliquid eueniat: ac neq; ideo corporis ulla difficultas subsequatur. Sunt n. quedam proprietates hominū sine quarū noticia non facile quicq̄ in futurum presagiri potest. Facile itaq; securus est in his aliquis, que sepe sine periculo euasit. Ille sollicitari debet cui hec noua sunt: aut qui ista nūq̄ sine custodia sui habuit.

Incipiente febre signa bona uel mala.

VBI uero febris aliquem occupauit scire licet nō periclitari: si in latus aut dextrum aut sinistrum ut ipsi uisum est cubat: cruribus paulum reductis qui fere sani quoq; iacentis habitus est. Si facile conuerti

tur. Si noctu dormit si interdiu uigilat. si ex facili spirat, si nō conflictatur. Si circa umbilicum et pubem cutis plana est. Si precordia eius sine ullo sensu doloris equaliter mollia in utraq; parte sunt. Qd' si paulo tumidiora sunt: sed tn̄ digitis cedunt et non dolent. hec ualitudo ut spatium aliquod habebit. sic tuta erit. Corpus quoq; quod equaliter totum insudat: et cuius febricula eo sudore finitur securitatem pollicetur. quando iam ad sanitatem uenit corpus.

S ternutamentū etiaꝫ inter bona indicia est. Et cupiditas cibi uel a primo seruata, uel etiā post fastidium orta. Neq; terrere debet ea febris que eodem die finita est: ac ne ea qdem que q̄uis longiore tempore euanuit. Tamen ante alteram accessionem ex toto quieuit. Sic ut et corpus integer quod greci uocant fieret Si quis autē incidit uomitus, mixtus esse et bile et pituita debꝫ: et in urina subsidere album leue equale: sicut etiā si que quasi nubecule innatarint in unū deferuntur. At uenter ei qui a periculo tutus est, reddit mollia figurata: eodem fere tempore quo secunda ualetudine adsueuit. Modo conuenientia his queq; adsumuntur: peior cita aluus est. Sed ne hec qdem terrere protinus debet: si matutinis tēporibus coacta magis est: aut si procedente tempore paulatim contrahitur et ruffa est. neq; feditate odoris similem aluum sani hominis excedit: ac lumbricos quoq; albos sub aliquo fine morbi descendisse nihil nocet. Si inflammatio in superioribus partibus dolorem tumoremq; facit bonum signum est. Sonus uentris inde ad inferiores partes euolutus. magisq; etiā si sine difficultate cum stercore excessit.

MALA SIGNA LANGVENTVM.

CONTRA grauis morbi periculum est. ubi supinus ager iacet porrectis manibus et cruribus. ubi reside re uult in ipo acuti morbi impetu precipueq; pulmoni bus laborantibus. ubi nocturna uigilia premitur: etiā si inter diu somnus accedit. Ex quo tamen peior est qui inter quar tam horam et noctem est. q̄ qui matutino tempore ad quar tam tamē pessimū est: si somnus neq; noctu neq; interdiu ac cedit. Id n. fere sine continuo dolore esse non potest. Eque signum malum est: etiā somnum ultra debitum urgeri. Peius q; quo magis se sopor interdiu noctuq; continuat: mali etiam morbi testimonium est uehementer et crebro spirare. At sex to die cepisse inhorrescere: plus expuere uix excreare: do lorem habere continuum: difficulter ferre morbum iacta re brachia et crura sine uoluntate lacrimare. habere humo rem glutinosum dentibus inherentem: cutem circa umbili cum et pubem macram precordia inflammata dolentia dura tumida intenta: magisq; si hec dextra parte q̄ sinistra sunt.

P ericulosum tamē est si uene quoq; ibi uehementer agitantur. Mali etiā morbi signum est: nimis celeriter febrem crescere: caput et pedes manusq; calidas habere: uentre et lateribus frigentibus. Aut frigidas extremas partes acuto morbo ur gente: aut post sudorem inhorrescere: aut post uomitum singultum esse uel rubere oculos. aut post cupiditatem cibi post ue longas febres fastidire aut multū sudare: maxime q; frigido sudore: aut habere sudores non per totum corpus equales. quiq; febrem nō finiant et eas febres que quotidie tempore eodem reuertuntur: que ue semper pares accessiones habeant. Neq; tertio quoq; die leuentur que ue continuet. Vt per accessiones increscant. per discessiones tantū molli antur. nec unq̄ integrum corpus dimittant. Pessimum est

sine leuatur qdem febris: sed eque concitata continua. Periculosum est etiā post arquatum morbum febrem oriri. Vtiq; si precordia dextra parte dura manserunt ac dolentibus leua. His nulla acuta febris leuiter terrere nos debet. neq; unq̄ in acuta febre: aut a somno non est terribilis neruorum distentio: timere etiā ex somno mali morbi est. Itē q; in prima febre protinus mentem esse turbatam membrū ue aliquod esse resolutum: ex quo casu q̄uis uita redditur: tamen id sere membrum debilitatur. Vomitus etiā periculosus est sincerus, pituite uel bilis: peiorq; si uiridis aut niger est:

At mala urina est in qua subsidunt uel rubra aut liuida: deterior in qua quasi folia quedam tenua atq; alba: pessima ex his si tanq̄ ex furfuribus factas nubeculas representat. Diluta quoq; atq; alba uiciosa est: sed in freneticis maxime. Aliuis autē mala est ex toto supraesse: periculosa etiā que que inter febres fluens. Conquiescere hominem in cubili non patitur: utiq; si quod descendit est per liquidum aut albidu; aut pallidum aut spumans. Preter hec periculum ostendit id quod excernitur. Si est exiguum glutinosum leue albu; idemq; subpallidum. uel si est aut liuidum aut biliosum aut cruentum aut peioris odoris q̄ ex consuetudine: malum est etiam quod post longas febres sincerum est.

DE LONGA VALETVDINE SIGNA.

POST hec indicia uotum est longum morbum fieri: sed et necesse est nisi occidit: neq; ulla alia spes in malis magnis est: q̄ ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat: potrigaturq; in id tempus quod curationi locum prestet. Protinus tamē signa quedam sunt. ex quibus colligere possumus morbum. Et si non interueneritur longius tamē tempus habiturū. Vbi frigidus sudor inter febres non.

acutas: circa caput tantu et ceruices oritur: aut ibi febre non quiescente, corpus insudat. Aut ubi corpus modo frigidum modo calidum est. et calor alius ex alio fit: aut ubi quod inter febres aliqua parte accessit: ad sanitatem non peruenit. At ubi eger pro spacio parum emacrescit.

I tem si urina modo liquida et pura est: modo habet queda; subsidentia leuia: atq; alba rubra ue sunt que in ea subsidt. Aut si quasdam quasi maculas representat aut si bullulas excitat.

De ultimis signis ualetudinum.

SED inter hec qdem proposito metu: spes tamen superest. Ad ultima uero iam uentum est esse testantur. Nares acute conlapsa tempora oculi concaui, frigide languideq; aures, et imis partibus leniter uerse. Cutis circa frontem dura et intenta. Color aut niger aut perpallidus, multoq; magis si ita hec sunt, ut neq; uigilia precesserit, neq; uentris resolutio neq; inedia. ex quibus causis interdum hec species oritur, sed uno die finitur. Itaq; diu diutius durans index mortis est. Si uero in morbo uetere iam triduo talis est, in propinquo mors est. magisq; si preter hec oculi quoq; lumen refugiunt et inlactimant queq; in his alba esse debent, rubent: atq; in hisdem uenule pallent pituitaq; his innatans nouissime angulis inherescit. alterq; ex his minor est. Hiq; aut uehementer subsederunt: aut facti tumidiores sunt. perq; somnu palpebre non comituntur. Sed inter has ex albo oculorum aliquid apparet. neq; id fluens aluus expressit.

E edemq; palpebre pallent. et idem pallor labra et nares decolorant. Eademq; labra et nares oculiq; et palpebre et supercilia. aliqua ue ex his peruertuntur. his qui pp i

becillitatem iam non audit aut non uidet, eadem mors de-
nunciatur. Vbi egri supini cubant his genua contracta sit.
Vbi his deorsum ad pedes subinde delabitur. ubi brachia
et crura nudat et inequaliter dispergit. neq; his calor sub
est, ubi hiat, ubi assidue dormit. Vbi is qui mentis sue no
est. neq; id facere sanus solet dentibus stridet. Vbi ulcus
quod aut ante aut in ipo morbo natum est: aridum et
aut pallidum aut liuidum factum est. Illa quoq; mortis
indicia sunt ungues digitiq; palliduq; frigidus spiritus: aut
si manibus quis in febre et acuto morbo, uel insania pulmo
nisue dolore, uel capitis in uestis floccos legit fimbrias
q; diducit uel in adiuncto pariete si que minutie eminet
carpit. dolores etiā circa coxas et inferiores partes orti.
si ad ulcera transierunt subitoq; desierunt morbem sub
esse testantur. Magisq; si alia quoq; signa accesserint. ne-
q; is seruari potest qui sine ullo tumore febricitans subi
to strangulatur. Aut deuorare saliuam suam non potest.
Cuue in eodem febris corporisq; habitu ceruix conuerti
tur sic ut deuorare eque nihil possit. Aut cui simul et
continua febris et ultima corporis infirmitas est: aut
cui febre nō quiescente exterior pars friget, interior
sic calet ut etiā sitim faciat: aut qui febre eque nō qui
escente simul et deliro et spirandi difficultate uexatur.
A ut qui cpoto uentro exceptus distentione consumitur,
nisi aut febris accessit. aut eo tempore quo ebrietas sol
ui debet loqui cepit.

De muliebri ualetudine.

MVLIER quoq; grauida acuto morbo facile consu
mitur et is cui somnus dolorem auget. et cui pro
tinus in recenti morbo bilis atra uel infra ul' sup

se ostendit. Cui ue alterutrum modo se prompsit. Cum iā
longo morbo corpus eius esset extenuatum et adfectum.
S putum et etiā biliosum et purulentum siue separatim ista
siue ista mixta proueniunt interitus periculum ostendūt.
At si circa septimū diem tale esse cepit: in proximū est ut
is circa quartū decimū diem decedat. Nisi alia signa me
liora peioraue accesserint. Que quo leuiora grauioraue
subsecuta sunt: eo uel seriorem mortem uel maturiorem de
nunciant. Sudor quoq; frigidus in acuta febre pestifer est
atq; in omni morbo. Vomitus qui uarius et multorū colorū
est precipueq; si malus in hoc odor est. Ac sanguinem quoq;
in febre uomuisse pestiferum est. Vrina uero rubra et tenu
is in magna cruditate esse consueuit. et sepe ante spatio ma
turescat: hominem rapit. Itaq; si talis diutius permanet pe
riculum mortis ostendit. pessima tamē est precipueq; mor
tifera nigra crassa mali odoris. Atq; in uiris qdem et mu
lieribus talis deterrima est. In pueris uero que tenuis et
diluta est. Aluus quoq; uaria pestifera est. que strignien
tum sanguinem bilem uiridem aliquid modo diuersis tem
poribus modo simul et īmixtura quedam discreta tamē re
presentat. Sed hec qdem potest paulo diutius trahere. In
precipiti uero esse denuntiat. que liquida eademq; uel ni
gra uel pallida uel pinguis est. Vtiq; si magna feditas
odoris accessit.

Pueros qui post hec inditia uixisse.

ILLVD interrogari ab aliquo me posse scio. Si cer
ta future mortis indicia sunt. Quomodo interdum
deserti a medicis conualescunt. Quosdamq; fama
prodiderit in ipis funeribus reuixisse. Quinetiā uir iure
magni nominis Democritus ne finite qdem uite satis cer

tas notas esse proposuit: quibus medici credidissent adeo il
lud non reliquit ut certa aliqua signa future mortis esset.
A duersus quos ne dicam illud qdem quod in uicino sepe que
dam note posite. Non bonos sed imperitos medicos decipi
unt qd asclepiades funeri obuius intellexit eum uiuere
qui efferebatur ne protinus crimen artis esset si quod pro
fessoris. Illa tamē moderatius subiciam coniecturalem
artem esse medicinam. Rationeq; coniecture talem ee
Vt cū sepius aliquando responderit interdum tamen fal
lat. Non si quid itaq; uix in millesimo corpore aliqn deci
pit fidem nō habet: cū per innumerabiles homines respon
deat: idq; nō his tantū que pestifera sunt dico. Sed in
his quoq; que salutaria. Si qdem etiā spes interdum frustra
tur et moritur aliquis de quo medicus securus primo fuit:
queq; medendi causa reperta sunt: non nūq; in peius aliqui
conuertunt. Neq; id euitare humana imbecillitas in tanta
uarietate corporū potest. Sed est tamē medicine fides que
multo sepius per que multos plures egros prodest. Neq; tamē
ignorare oportet in acutis morbis fallaces magis notas esse et
saluris et mortis.

E x quibus notis singulas ualetudines possis agnoscere.

SED cum proposuerim signa que in omni aduersa uale
tudine comunia esse consuerunt: ea quoq; transibo. ut
quas aliquis in singulis morborū generibus habere
possit notas indicem. Quedam autē sunt que ante febres,
que inter eas. quid aut intus sit aut uenturum sit ostendūt.
Ante febres si caput graue est: aut e somno oculi caligant,
aut frequentia sternutamenta sunt. circa caput aliquis
pituite impetus timeri potest. si sanguis aut color habun
dat: proximū est ut aliqua parte profluuium sanguinis

fiat. Si sine causa quis emacrascit ne in malum habitum corpus eius recidat metus est. Si precordia dolent: aut inflammatio grauis est: aut non toto die concocta fert urina: cruditatem esse manifestum est. Quibus diu color sine morbo regio malus est. hi uel capitis doloribus conflictantur: uel terram edunt, qui diu habent faciem pallidam et tumidam, aut capite, aut iusceribus, aut aluo laborant. Sin continua febre puero uenter nihil reddit mutatur ei color: neq; somnus accedit ploratq; is assidue, metuenda neruorū distensio est. frequens autē distillatio in corpore tenui longoq; tabem timendam esse testatur. Vbi pluribus diebus non descendit aluus: docet aut subitam deiectionem aut febriculam instare. vbi pedes turgent, longe deiectiones sunt. Dolor si in imo uentre et in coxis est: aqua intercutis instat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri solet. Idem propositum periculum ē is quibus uoluntas desidendi est, uenter nihil reddit nisi et egre et durum. Tumor in pedibus est. Idemq; modo dextra modo sinistra parte uentris inuicem oritur atq; finitur. Sed a iocinere id malum proficisci uidetur: eiusdem morbi nota est, ubi circa umbilicum intestina torquētur. Aluis greci nominant. coxeq; dolores manent: eaq; neq; tempore neq; remedijs soluuntur. Dolor autē articulorū prout in pedibus manibusue: aut alia qualibet parte sic est ut eo loco nerui contrahantur.

Aut si id membrum ex leni causa fatigatum, eque frigido calidoq; offenditur: podagram cheragramue, uel eius articuli in quo id sentitur morbum futurum esse denunciat. Quibus in pueritia sanguis ex naribus fluxit: dein fluere desijt. hi uel capitis doloribus conflictentur necesse

est: uel in articulis aliquas exulcerationes graues habeat uel aliquo morbo etiam debilitantur. Quibus feminis menstrua no proueniunt: necesse est capitis acerbissimi dolores sint: uel quelibet alia pars morbo infestetur. Eademq; his pericula sunt: quibus articulorum dolores tumoresq; sine podagra similibusq; oriuntur et desinunt. Vtiq; si sepe tempora hisdem dolent, noctuq; corpora insudant, si frons pruru: lippitudinis metus est. Si mulier a partu uehementes dolores habet: neq; alia preter ea signa mala sunt: circa uicesimu diem, aut sanguis per nares erumpet: aut inferioribus partibus aliquid abscedat. Quicuq; etiam dolorem ingentem circa tempora et frontem habebit: is alterutra ratione eum finiet: magisq; si iuuenis erit per sanguinis profusionem. Si senior suppuratione. febris autem que subito sine bonis signis finita est fere reuertitur. Cui fauces sanguine et interdum et noctu replentur: sicut neq; capitis dolores neq; precordiorum: neq; tussis neq; uomitus neq; febricula precesserit. Huius autem in naribus aut in faucibus ulcus reperietur. Similiter inguine febricula orta est neq; causa apparet ulcus in uulua est.

Signa urine mirifice exposita.

VRINA autem crassa ex qua quod desidet album est significat circa articulos aut circa uiscera dolore tumoremq; cum aliquo periculo subesse: aut certe corpus integrum no esse testatur. Aut si sanguis aut pus in urina est: uesica uel renes exulcerati sunt. Si hec crassa caruncular quasdam exiguas quasi capillos habet. Aut si bulat aut si male olet et interdum quasi harenam interdum quasi sanguinem trahit. Dolent autem coxe que q; inter has superq; pubem sunt et accedunt frequentes ructus.

Interdum uomitus biliosus extremeq; partes frigescunt.
Vrine crebra cupiditas sed magna difficultas est. Et quod i
de excretum est aque simile uel ruffum, uel pallidum est.
paulum tamē in eo leuamenti est. Aliuis uero cū multo spi
ritu redditur utiq; in renibus uicium est. aut si paulatim
destillat: uel si sanguis per hanc editur. et in eo quedam cru
enta concreta sunt. Idq; ipm̄ cum difficultate redditur et
circa pubem inferiores partes dolent in eadem uesica uiciuze.

DE CALCVLOSIS

CALCVLOSI uero his indicijs cognoscuntur. Diffi
culter urina redditur, paulatimq; interdum etiam
sine uoluntate destillat. Eadem arenosa est, non
nūq̄ aut sanguis aut cruentum aliquid cum ea excernitur.
Eamq; qdam promptius recti qdam resupinati maxime
q; ij qui grandes calculos habent. Quidam etiā inclinati red
dunt: colemq; extendendo dolorem leuant. Grauitatis quo
q; cuiusdam in ea parte sensus est: atq; ea cursu omniq; mo
tu augentur. Quidam etiam cum torquentur pedes inter
se subinde mutatis uicibus implicant.

Quemadmodum femina calculosa possit agnosci.

FEMINE uero oras naturalium suorū manibus ad
motis scalpere crebro coguntur. Non nunq̄ si digitū
admouerunt ubi uesice ceruicem is urget calculu;
sentiunt.

De mulieribus pregnantibus.

ATqui sanguinem spumantem excreant. his in pulmo
ne uicium est. Mulieri grauide sine modo fusa al
uus elidere partum potest. Eidem si lac ex mam
mis profluit imbecillum est quod intus gerit. Dure mame
sanuin illud esse testantur. frequens singultus et preter
consuetudinem continuus. iecur inflammatum esse signi

ficat. Si tumores super ulcera subito esse desierunt. Idq; a tergo incidit, distentio neruorum uel rigor timeri potest. At si a priore parte id euenit uel lateris acutus dolor uel insania expectanda est. Interdum etiā eiusmodi casum que tutissima inter hec est profusio alui sequitur.

DE LATERIBVS.

SI ORA uenarum sanguine fundere solita subito suppressa sunt: aut aqua intercutis aut tabes sequitur. Eadem tabes subit. Sin lateris dolore orta suppuratio intra xl. dies purgari nō potuit. At si longa tristitia cū longo timore et uigilia est atrebilis morbus subest. Quibus sepe ex naribus fluit sanguis: his aut lienis tumet aut capitis dolores sunt. quos sequitur ut quedam ante oculos tanq̄ imagines obuersentur.

DE DENTIBVS.

AT quibus magni lienes sunt. his gingiue male sunt et os olet aut sanguis aliqua parte prorumpit. Quorum si nihil euenit: necesse est in cruribus mala ulcera et ex his nigre cicatrices fiant.

De diuersis doloribus ostendendis.

QVIBVS causa doloris neq; sensus eius est. his mens labat. Si in uentrem sanguis confluxit ibi in pus uertitur. Si a coxis et ab inferioribus partibus dolor in pectus transit neq; ullum signum malum accessit suppurationis eo loco periculum est. Quibus sine febre aliqua ex parte dolor aut prurigo cum rubore aut calore est ibi aliquid suppurat. Vrina quoq; in homine sano si parum liquida e circa aures futuram aliquā suppurationē esse denunciat.

De signis que insaniam ostendunt.

HEC uero cum sine febre quoq; uel latentiū uel futu

rarum rerum notas habeant multo certiora sunt ubi febris accessit: atq; etia aliorum morborum tum signa nascuntur. ergo protinus insania timenda est: ubi expeditior alicuius q̄ sani fuit sermo est. Subitaq; loquacitas orta est: et hec ipa solito audacior: aut quis et uehementer spirat: uenasq; concitatas habet precordijs duris et tumentibus: oculorūq; frequens motus et in capitis dolore offuse oculis tenebre, uel nullo dolore substante et die uigilia: uel prostratum contra consuetudinem corpus in uentrem. Sic ut ipsius alui dolor id non coegerit.

Item robusto adhuc corpore insolitus dentium stridor insanie signa sunt. Si quid etia abcessit et anteq̄ suppuraret: manente adhuc corpore insolita febre subsidens periculum adfert: primum furoris, deinde interitus.

.DE AVRE.

AVRIS quoq; dolor acutus cum febre continua uehementiq; sepe mentem turbat, et ex eo casu iuniores interdum intra septimū diem moriuntur. Seniores tardius: quoniam neq; eque magnas febres experiuntur. neq; eque insaniunt ita sustinent: dum his affectus intus uersatur. Suffuse quoq; sanguine mulieris mame: furorem uenturū esse testantur. Quibus autē longe febres sunt: his aut abscessus aliqui aut articulorū dolores erunt. Quorū faucibus in febre inliditur spiritus: his instat neruorū distentio. Si anguina subito finita e in pulmone id malum transit: idq; sepe intra septimum diem occidit.

Que ualetudo ex qua oriatur.

QVOD nisi incidit sequitur ut aliqua parte suppuret. deinde post alui longam resolutione tormi

na. Post hec intestinoru leuitas oritur. post nimias distil
lationes tabes. post lateris dolores uicia pulmonu. post
hec insania. post magnos feruores corporis: neruoru rigor
aut distentio. Vbi uehementer uene super ulcera mouen
tur: sanguinis profluuium etiu. Suppuratio uero pluribꝰ
modis excitatur. Nam si longe febres sine dolore sine
manifesta causa remanent: in aliqua partem id malum
incumbit. Iunioribus tame: nam in senioribus ex eiusmo
morbo quartana fere nascitur. Eadem suppuratio fit: si
precordia dura dolentia ante uicesimu diem hominem no
sustulerint. Neq; sanguis ex naribus fluxit maxime q;
in adolescentibus: utrq; si inter principia aut oculoru cali
go: aut capitis dolores: sed tum inferioribus partibus ali
quid abscessit. Aut si precordia tumorem mollem habet
neq; habere intra xl. dies desinunt. hereq; per omne
id tempus febris: sed tum in superioribus partibus fit ab
scessus. ac si inter ipa uiscera ulcera non fuit: circa au
res erumpit. Cumq; omnis longus tumor ad suppuratio
nem fere spectet. magis contendit is qui in precordijs q;
is qui in uentre est. Is qui supra umbilicum q; is qui infra
est: si lassitudinis etia sensus in febre uel in maxillis uel in
articulis aliquid abscedit. Interdum quoq; urina tenuis et
rubra sic diu fertur: ut alia salutaria signa sint. Ex quo eo
casu plerumq; infra transuersum septum
greci nominant fit abscessus. Dolor etiam
pulmonis si neq; per sputa cucurbitulas. neq; per sanguinis
detractionem: neq; per uictus rationem finitus est: uomi
cas aliquas intus excitat: aut circa uicesimu diem aut cir
ca tricesimu. non nuq; ergo circa sexagesimu numerabi
mus etia ab eo die quo primu febricitauit. aliquis aut in

horruit: aut grauitatem eius partis sensit: sed ee uomice mo
do a pulmone modo a contraria parte nascuntur: quod sup
putat ab ea parte quā adsicit: dolorem inflationemq; con
citat ipm calidus est: et si in partem sanam aliquis decubu
it: onerare eam ex pondere aliquo uidetur. Omnis etiam
suppuratio que nondum oculis patet sic deprehendi post
si febris non dimittit. Caq; interdiu lenior noctu increscit.
Multus sudor oritur: cupiditas tussiendi est: et pene nihil i
thussi excreatur: oculi caui sunt male rubent. uene sublin
gue inalbescunt. In manibus fiunt adunci ungues digiti maxi
meq; summi pallent. in pedibus tumores: spiritus difficilius
trahitur: cibi fastidium est. pustule toto corpore oriuntur.
Qd si protinus initio dolor et tussis fuit et spiritus difficultas
uomica uel ante uel circa uicesimū diem erumpet. Si ser
uis ista ceperunt necesse est qdem increscant. Sed quo mi
nus cito affecerint eo tardius soluentur. Solent etiā in gra
ui morbo pedes cum digitis unguibus nigrescere. Quod si nō
est mors consequuta et reliquum corpus inualuit: pedes
tamen decidunt.

Que notam spem salutis pericula ostendunt.

SEQVITVR ut in quoq; morbi genere proprias no
tas explicem que uel spem uel periculum ostendat,
ex uesica dolente si purulenta urina processit inq;
ea leue et album subsedit metum detrahit. In pulmonis mor
bo si sputo ipe leuatur dolor. q̄uis id purulentum est: tamen
eger facile spirat facile excreat: morbum ipm non difficul
ter fert. Potest ei secunda ualetudo contingere. Neq; inter
initia terreri conuenit si protinus sputum mixtum est rufo
quodam et sanguine dummodo statim sedetur. Laterum
dolores suppuratione facta deinde intra quadragesimum

diem purgata finiuntur. Si in iocinere uomica est et ex ea fertur pus purum et album salus ei facilis: id ei malum in tunica est. Ex suppurationibus uero ee tolerabiles sunt que in exteriorem partem feruntur et acuuntur. Ex his quoq; que intus procedunt ee leuiores: que contra se cutem nō afficiunt eamq; et sine dolore esse et eiusdem coloris cuius reliquae partes sunt esse. Pus quoq; quacūq; parte erumpit: si est leue album et unius coloris sine ullo metu est. Ex quo effuso febris protinus conquieuit. Desieruntq; urguere cibi fastidium et potionis desiderium. Si quando etiā suppuratio descendit in crura sputum eiusdemq; factum pro rufo purulentum est periculi minus est. At in tabe eius qui saluus futurus est: sputum esse debet album: equale totum eiusdem coloris sine pituita eiq; etiam simile esse oportet.

. DE FLVXVNARIVM .

SI QVID in nares a capite distillat longe optimū est febrem omnino nō esse. secundum est tantulum esse ut neq; cibum impediat: neq; crebram sitim faciat: aluus in hac ualetudine ea tuta est que quotidie coacta ea que conuenientia his que adsumuntur reddit. Corpus id quod minime tenue maximeq; lati pectoris atq; setosi est: cuiusq; cartelago exigua et carnosa est super tabem.

. DE MENSTRVIS FEMINARVM .

SI mulieri quoq; oppressa menstrua fuerunt: et circa pectus atq; spatulas dolor mansit: subitoq; sanguis erumpit leuari morbus solet. Nam et tussis minuitur et sitis atq; febricule desinunt. Sed hisdem fere nisi redit sanguis uomica erumpit. Que quo cruentior eo melior est.

.. DE AQVA INTER CVTEM ..

AQVA inter cutem minime terribilis est: que nullo antecedente morbo cepit. Deinde que longo morbo superuenit. Vtiq; si firma uiscera sunt. si spiritus facilis. si nullus dolor: si sine calore corpus est equaliter ī extremis partibus macrum est: si uenter mollis: si nulla tussis nulla sitis: si lingua ne super somnum qdem inarescit. si cibi cupiditas est: si uenter medicamentis mouetur. si per se excernit mollia et figurata: si extenuatur: si urina et uini mutatione in potiones aliquibus medicamentis mutatur. Si corpus sine lassitudine est et morbū facile sustinet: si qdem in quo omnia hec sunt: is ex toto tutus est. in quo plura ex hijs sunt. is in bona spe est.

De articulis et podagra.

ARTICVLORVM uero uicia ut podagre, cherogreq; si iuuenes temptarunt neq; callum induxerunt solui possunt: maximeq; torminibus leniuntur: et quocunq; modo uenter fluit.

De morbo comiciali.

ITEM morbus comicialis ante pubertatem ortus non egre finitur: et in quo ab una parte corporis uenientis accessionis sensus incipit. optimū est a manibus pedibus ue initium fieri: deinde a lateribus pessimū inter hec a capite atq; in his quoq; ea maxime prosūt, que per deiectiones exceruntur. Ipsa autē deiectio sine ulla noxa est, que sine febre est si celeriter desinit: si contracto uentre, nullus motus eius sentitur. Si extremam aluum spiritus sequitur.

De torminibus.

ACRIA tormina qdem periculosa sunt: si sanguis et strigmata descendent dum febris cetereq; acces

siones huius morbi absint: adeo ut etiã grauida mulier
non solum reseruari possint. sed etiã partum reseruare. Pro
desteq; in hoc morbo si tam etate aliquis processit.

.. De leuitate intestini ..

CONTRA intestinorum leuitas faciliusa teneris
etatibus depellitur. utiq; si fieri urina et ali cibo
corpus incipit. Eadem etas prodest. et in coxe dolo
re et humeroru. et omni resolutione neruorum. Ex qui
bus coxa si sine corpore est leuiter friget. quis magnos do
lores habet, tame et facile et mature sanatur. resolutum
q; membrum. si nihil dominus aliter fieri sanum potest. Oris
resolutio etiã aliuo cita finitur. omnisq; deiectio lippien
ti prodest. ac uarix ortus uel per ora uenarum subita profu
sio sanguinis uel tormina insaniam tollunt.

.. De humeris ..

HVMERORVM dolores qui ad scapulas uel manus
tendunt uomitu atrebilis soluuntur. Et quisquis
dolor deorsum tendit sanabilior est.

.De singultis ..

SINGVLTVS sternutamento finitur. Longas
deiectiones supprimit uomitus.

De mulieribus sanguinem mouentibus.

MVLIER sanguinem uomens profusi menstrui libe
ratur. Que menstruis non purgatur si sanguinem
ex naribus fudit omni periculo uacat: que locis la
borat aut difficulter partum edit sternutamento leuatur.

. De quartanis in estate ..

ESTIVA quartana fere breuis est: cui calor et tre
mor est. saluti delirium est. lienosi bono tormina
sunt. Deniq; ipa febris. quod maxime mirum.

uideri potest, sepe presidio est: nam et precor dolores si sine inflammatione fuerit finit: et in iocinoris dolore succurrit et neruorum distentionem rigoremque si postea cepit ex toto tollit. Et ex difficultate urine morbum tenuioris intestini ortum: si urinam per calorem mouet leuat.

De capitis dolore.

AC dolores capitis quibus oculorum caligo et rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, sanguinis profusione uel fortuita uel etiam petita sunt mouentur. Si capitis ac frontis dolores ex uento uel frigore aut estu sunt grauedine et sternumentis finiuntur.

De febribus.

FEBREM autem ardentem quam greci uocant: subitus error exsoluit: si in febre aures obtruse sunt: si sanguis a naribus fluxit: aut uenter resolutus est: illud malum desinit ex toto nihil plus aduersus surditatem quam biliosa aluus potest.

De fisse urine.

QVIBVS in fistula urine minuti apices: quos ϕymata greci uocant esse ceperunt: his ubi pus ea parte profluxit sanitas redditur. Ex quibus cum plura per se proueniant: scire licet inter ea quoque que ars adhibet natura plurimum posse. Contra siue caput febre continenti dolet neque quicquam reddit, malum atque mortiferum est maxime que id periculum pueris a septimo anno ad quartum decimum.

De pulmonum morbis.

IN pulmonis morbo si sputum primis diebus non fuit deinde a septimo die cepit et ultra septimum mansit periculosum est. Quantoque magis mixtos neque inter se diductos colores habet tanto deterius est. Tamen nihil

peius est, q̄ sincerum id edi. siue rufum est siue cruentum, si ue album siue glutinosum siue pallidum siue spumans: nigrū tamē pessimum est. In eodē morbo periculosa sunt: tussis distillatio etiā quod als salutare habetur sternutamentū periculosissimū est: si hec secuta subita deiectio est.

De signis laterum.

FERE uero que in pulmonis eadem in lateris doloribus et mitiora signa et asperiora esse consueuerunt. Ex iocinere si pus cruentum exit mortiferum est.

De suppurationibus.

AT ex suppurationibus ee pessime sunt que intus tendunt: sic ut exteriorem quoq; cutem decolorent. Ex his deinde que in exteriorem partem prorumpunt ee pessime que maxime queq; planissime sunt. Quod si ne rupta qdem uomica uel pure extrinsecus emisso febris quieuit: aut q̄uis quieuerat tamen repetit. Item si suis est si cibi fastidium siue interliquidus: si pus est liuidum et pallidum: si nihil eger excreat nisi pituitam spumantem periculum certum est. Atq; ex his qdem suppurationibus quas pulmonum morbi concitarunt, sere senes moriuntur ex ceteris iuniores. At in tabe sputum mixtum purulentum febris assidua que et cibi tempora eripit et sui affligit: in corpore tenui periculum subesse testatur. Si quis etiā in eo morbo diutius traxit ubi capilli fluunt: ubi urina quedam arancis similia subsidentia ostendit. atq; in his odor fedus est maxime q; ubi post hec orta deiectio est protinus moritur. Vtiq; si tempus autumni est: quo fere qui cetera parte anni traxerunt resoluuntur. Item pus expuisse in hoc morbo deinde ex toto spuere desisse mortiferum est. Solent etiā in adolescentibus ex eo morbo uomice fistuleq; oriri: que non faci

le sanescunt nisi si multa signa bone ualetudinis subsecu
ta sunt.

De mulieribus.

EX reliquis uero minime facile sanantur uirgines
aut ee mulieres quibus super tabem menstrua
suppressa sunt. Cui uero sano subitus dolor capitis
ortus est: deinde somnus oppressit sicut stertat: neq ex
pergiscatur intra septimum diem pereundum est. magis
cum alius citra no antecesserit. Si palpebre dormientis
non coeunt: si album oculorum apparet: quos tamen ita
mors sequitur si id malum non est febre discussum.

De aqua in cute.

AT aqua inter cutem si ex acuto morbo cepit: ad
sanitatem raro perducitur uirq: si contraria his q
supra proposita sunt subsequuntur eque: in ea quo
q: tussis spem tollit. Item si sanguis sursum deorsumq: erupit: et aqua medium corpus impleuit. quibusdam etiam
in hoc morbo tumores oriuntur deinde desinunt. dein
de rursus adsurgunt. Hi qdem tutiores sunt q qui sup
comprehensi sunt si auendunt sed fere fiducia secun
de ualetudinis opprimuntur. Illud iure aliquis mira
bitur: quomodo queda: simul et affligunt nostra corpo
ra et parte aliqua tueantur. Nam siue aqua inter cu
tem quem impleuit: siue in magno abscessu multum
puris coijt: simul id omne effudisse eque mortiferum
est: ac si quis sani corporis uulnere factus exanguis e.

De articulis.

ARTICULI uero qui sic dolent ut super hos ex
callo quedam tubernacula innata sunt nunqm
liberantur. queq eorum uicia uel in senectute ce
perunt uel ad senectutem ab adolescentia peruenerut.

ut aliquando leniri possint: sic nunq̄ ex toto finiuntur.

. De comiciali morbo.

MORBVS quoq; comicialis post annum xxv. ortus egre curatur. multoq; egrius is qui post. xl. annū cepit: adeo ut in ea etate aliquid in natura spei uix quicq̄ in medicina sit. In eodez morbo si simul totum corpus adficitur: neq; ante in partibus aliquis uenientis mali sensus est. Sed homo ex improuiso concidit cuius cunq; is etatis est uix senescit. Si uero aut mens lesa est aut neruorū facta resolutio, medicine locus non est.

D eiectionibus quoq; si febris accessit si inflāmatio iocineris aut precordiorū, aut uentris, aut immodica sitis, si longius tempus. Si aliuis uaria est, si cū dolore est etiā mortis periculum subest. maximeq; si inter hec tormina uetera esse ceperunt. isq; morbus maxime pueros absumit: usq; ad annum decimū cetere etates facilius sustinent. Mulier quoq; grauida eiusmodi casu rapi potest: atq; etiam si ipsa conualuit partum tamen perdit.

. De atrabile cum tormina.

QVI Netiam tormina ab atrabile orsa, mortifera sunt: aut si sub his extenuato iam corpore, subito nigra aliuis profluxit: aut intestinorum leuitas periculosior est. Si frequens deiectio est: si uenter omnibus horis et cum somno et sine hoc profluit, si similiter noctu et interdiu, si quomō excernitur aut crudum est aut nigrum: et preter id etiā leue et mali odoris sit. Si sitis urget: si post potionem urina nō redditur: quod euenit quia tunc liquor omnis nō in uesicam sed in intestina descendit. Si os exulceratur, rubet facies, et qualis maculis quibusdam locorum omniū distinguitur. Si uenter

est quasi fermentatus, pinguis atq; rugosus: si et cibi cupiditas non est: si iam longum quoq; id uicium. maxime q; si et in corpore senili sit. Si uero in tenuiore intestino morbus est: uomitus est singultus neruorum distentio, delirium mala sunt. At in morbo arquato durum fieri iecur perniciosissimum est.

DE LIENE.

QVOS lienis male habet, si tormina penderunt deinde uersa sunt: uel in aquam inter cutem, uel intestinorum leuitatem uix ulla medicina periculo subtrahit.

De intestino tenuiore.

MORBVS intestini tenuioris nisi resolutus est intra septimum diem occidit.

De mulieribus fetis.

MVLIER ex partu si cum febre uehementibus etiam et assiduis capitis doloribus premitur in periculo mortis est. Si dolor atq; inflamatio est in his partibus quibus uiscera continentur frequenter spirare signum malum est. Si sine causa longus dolor capitis est: et in ceruices atq; ad scapulas transit: rursusq; in caput reuertitur aut a capite ad ceruices scapulasq; peruenit: perniciosus est. nisi uomicam liquidam excitauit: sic ut pus extussiretur: aut nisi sanguis aliqua ex parte prorupit: aut nisi in capite multa prurigo toto ue corpore pusule orte sunt. eque magnum malum est. ubi torpor atq; prurigo peruagatur, modo per totum caput, modo in parte aut sensus alicuius ibi quasi frigoris est. eaq; ad sumam quoq; linguam perueniunt. et cum in hisdem abscessibus auxilium sit: eo difficilior sanitas est. Quominus sepe sub his malis illi subsequuntur.

De coxis.

IN coxe uero doloribus si uehemens torpor est: frigescit

q; crus. et coxa aluus nisi coacta non reddit. idq; quod excernitur muscosum est: iamq; etas eius hominis quadragesimū annum excessit: is morbus erit longissimus minimeq; annuus neq; finiri poterit: nisi aut uere aut autūno eque difficilis curatio est in eadem etate ubi humerorū dolor uel ad manus peruenit: uel ad scapulas tendit corporemq; et dolorem creat. neq; bilis uomitu leuata est.

DE RESOLVTIONE.

QVACVNq; uero parte corporis: membrum aliquod resolutum est. si neq; mouetur et emacrescit: in pristinum habitum nō reuertitur: eoq; minus quo uetustius id uicium est: et quo magis in corpore senili nihil est. Omniq; resolutioni neruorū ad medicinam non idonea tempora sunt hiems et autumnus: aliquid sperari potest uere et estate. is morbus mediocris uix sanatur. Vehemens sanari non potest. Omnis enim dolor minus medicine patet qui sursum procedit.

De feminis grauidis.

MVLIERI grauide si subito mamme emacuerunt: abortus periculum est. Que neq; peperit neq; grauida est si lac habet a menstruis desecta est.

De quartana autumnali.

QVARTANA estiua breuis: autumnalis fere longa et maxime que cepit hieme appropinquante. si sanguis profluxit. deinde secuta est dementia cuī distentione neruorū periculum mortis est. Itemq; si medicamentis purgatum, et adhuc mane neruorum distentio oppressit. aut si in magno dolore: extreme partes frigent.

De his que suspendio liberantur.

NEq; id ad uitam redit, qui ex suspendio spumante ore

detractus est: aliuis nigra sanguini atro similis, repentina siue cum febre siue etiam sine hac est.

De curationibus.

COGNITIS indicijs que nos uel spe consolentur, uel metu terreant: ad curationes morborū transeundum est. Ex his quedaꝫ cōmunes sunt. quedaꝫ proprie. Cōmunes que pluribus morbis opitulantur. proprie que singulis.

Que sunt cōmunes cure.

ANTE de cōmunibus dicam ex qbus tamē quedam nō egros solum sed sanos quoq; sustinent. quedaꝫ in aduersa tm̄ ualetudine adhibentur. Omne uero auxilium corporis, aut demit aliquā materiam aut adicit aut euocat, aut reprimat, aut refrigerat, aut calefacit simulq; aut durat aut mollit. Quedam non uno modo tantū sed etiā duobus inter se non contrarijs adiuuant. Demitur materia sanguinis detractione cucurbitali deiectione, uomitu, frictione, gestatione, omniq; exercitatione corporis, abstinentia, sudore, de quibus protinus dicam.

De sanguinis incisione per uenam.

SANGVINEM incisa uena mitti, nouum non est: Sed nullum pene morbum esse in quo nō mittatur nouum est. Item mitti iunioribus et feminis uterum nō gerentibus uetus est. In pueris uero idem experiri et in senioribus, et in grauidis quoq; mulieribus uetus nō est. Si qdem antiqui prima ultimamq; etatem sustinere non posse hoc auxilij genus iudicabant. Persuaserūtq; sibi mulierem grauidam que ita curata esset abortū esse facturam. Postea uero usus ostendit nihil ex his ee perpetuum: aliasq; potius obseruationes adhibendas esse ad quas dirigi curantis consilium debeat. Interest

enim nō que etas sit neq; quid in corpore intus geratur;
sed que uires sint. Ergo si iuuenis imbecillis est: aut si mu
lier que grauida nō est parum ualet. male sanguis emitti
tur: emoritur n. uis si que his supererat hoc modo erepta
est. At firmus puer et robustus senex et grauida mulier
ualens tuto curatur. Maxime tamē in his medicus impe
ritus falli potest: quia fere minus roboris illis etatibus sub
est. Mulier q; pregnans post curationem quoq; uiribus
opus est: non tantū ad se sed etiā ad partum sustinendū;
nō quicquid aure intentionem animi aut prudentiam
exigit protinus faciendum est: cū precipua in hoc artis sit
que nō annos numeret: neq; conceptione solam uideat
sed iures estimet et ex eo conligat. possit nec ne super
esse quod uel puerum uel senem uel in una muliere qd
duo corpora sustineat. Interest n. inter ualens corpus
et obesum inter tenue et infirmū. Tenuioribus magis
sanguis plenioribus caro magis habundat. facilius ut ra
q; illi detractionem eiusmodi sustinent: celeriusq; ea si
minimū est: pinguis aliquis affligitur. Ideoq; uis corpo
ris melius ex uenis q̄ ex ipa spetie estimatur. Neq; n. solū
hec consideranda sunt: sed etiā morbi genus quod sit: V
trum superans an deficiens materia lesa sit. corruptum
corpus sit an integrum. Nam si materia uel deest uel inte
gra est: istud alienum est. At si uel copia sui male habet
uel corrupta est: nullo modo melius succurritur.

Que indicia sunt morbi que sanguinis emissionem requirūt.

ERGO uehemens febris ubi ruber corpus pleneq;
uene tument: sanguinis detractionem requirit.
Item uiscerum morbi nerworūq; resolutio et rigor
et distentio: quicquid denique fauces difficultate spiritus

strangulat. Quicquid subito supprimit uocem: quisquis intolerabilis dolor est: et quacunque de causa ruptum aliquid intus atque conlisum est. Item malus corporis habitus omnesque acuti morbi qui modo ut supradixi non infirmitate sed onere nocent.

An egro sanguis tollendus sit.

FLERI tamen potest ut morbus quidem id desideret. Corpus autem iux pati posse uideatur: sed si nullum tamen appareat aliud auxilium: periturusque sit qui laborat: nisi temeraria quoque uia fuerit aduitus. in hoc statu boni medici est ostendere. Quam nulla spes sine sanguis detractione sit fateriq; quantus ui hac ipsa re metus sit. Et tum demum si exigetur sanguinem mittere: de quo dubitari in eiusmodi re non oportet. Satius est enim anceps auxilium experiri quam nullum.

Quando sine ulla obseruatione mittendus est sanguis.

IDque maxime fieri debet ubi nerui resoluti sunt. Vbi subito aliquis obmutiuit, ubi angina strangulatur. Vbi prioris febris accessio pene confecit paremque subsequi uerisimile est. Neque eandem uidentur sustinere egri ui res posse.

Si cui post cibum sanguis mittendus est.

CVM sit autem minime crudo sanguis mittendus: tamen ne id quidem perpetuum est. Neque enim semper concoctionem res expectat. Ergo si ex superiore parte aliquis decidit si contusus est. Si ex aliquo subito casu sanguinem uomit quis paulo ante sumpsit cibum: tamen protinus ei demenda materia: ne si subsederit corpus affligat idemque etiam in alijs casibus repentinus qui strangulabunt dictum erit. At si morbi ratio patietur: tum demum nulla cruditatis suspitione remanente id fiet. Ideoque ei rei uidetur aptissimus aduerse ualetudinis dies secundus aut tertius.

sed ut aliquando etiam primo die sanguine mittere necesse est: sic nunq̄ utile post diem quartū est: cum iam spatio ipō materia et exhausta est et corpus corrumpit: ut detractio imbecillum id facere possit non possit integrum. Quod si uehemens febris urget in ipso metu eius sanguinem mittere hominem uigilare est. Expectanda ergo remissio est: si non decrescit sed crescere desijt: neq; speratur remissio. Tūc quoq; q̄uis peior sola tamē occasio non omittenda est.

Subtrahendum per biduum si necesse est sanguinem.

FERE etiā ista medicina ubi necessaria est in biduum diuidenda est. Satius est .n. in primum leuare egrum. deinde perpurgare. qua simul omni ui effusa fortasse precipitare. qd̄ si in cura quoq; aqua que inter curem est ista respondet: quanto magis necesse est in sanguine respondeat. Mitti uero is debet si totius corporis causa fit ex brachio. Si partis alicuius ex ea ipā parte: aut certe q̄ proxima: quia non ubiq; mitti potest. sed in temporibus et in brachijs iuxta talos. Contra eos qui dicunt longe ab eo loco qui lesus est sanguinem mittendum.

NEq; ignoro quosdam dicere. q̄ longissime sanguinem inde ubi ledit esse mittendum. Sic .n. auerti materie cursum ab illo modo in id ipm̄ quod grauat euocari sed id falsum est. Proximū .n. locum primo exhaurit: ex ulterioribus autē eatenus sanguis sequitur quatenus emittitur. Vbi is suppressus est quia non trahitur ne uenit quidem. videtur tamen usus ipse docuisse.

Capite fracto de capite mittendus est sanguis.

SI caput fractum est: ex brachio potius sanguinem esse mittendum. Que uena percuti debeat.

SI quod in humero uiciū est ex altero brachio. Credo quia

si quid parum cesserit: oportuniores ee partes iniurie sunt quanq̄ iam male habent. Auertitur quoq; interdum sanguis ubi alia parte prorumpens, alia emittitur. Desinit enim fluere qua nolumus. inde obiectis que prohibeant, alio dato itinere. :-

Que pericula sint cum uena male percutitur. :-

MITTERE autē sanguinem cum sit expertissimū usum habenti. Tum ignaro difficillimum est. Juncta enim est uene arteria his nerui. Ita si neruū scapellus adtigit sequitur neruorum distentio eaq; hominem crudeliter consumit. At arteria incisa, neq; coit neq; sanescit. Interdum etiā ut sanguis uehementer erumpat, efficit. Ipsius quoq; uene si forte precisa est: capita comprimuntur, neq; sanguinem emittunt. At si timide scapellus dimittitur: summā cutem lacerat, neq; uenam incidit non nunq̄ etiam ea latet: neq; facile reperitur, ita multe res id difficile inscio faciunt, quod perito facillimum est. :-

Qui locus uene feriendus sit qualis color sanguinis esse debeat. :-

INcidenda autē ad medium uena est ex qua cum sanguis erumpit: colorem eius habitumq; oportet attendere: nam si is crassus et niger est, uiciosus est, ideoq; utiliter effunditur. Si ruber et perlucet integer est. Eaq; missio sanguinis non prodest ut etiā noceat protinusq; is supprimendus est. Sed id euenire non potest sub eo medico qui scit ex quali corpore sanguis mittendꝰ sit. Illud magis fieri solet ut eque niger assidue ac primo die profluat: quod q̄uis ita est. Tamen si iam satis satis fluxit supprimendus est. Semperq; ante finis facien

dus est q̄ anima deficiat deligandumq; brachium super
imposito expresso ex aqua frigida penicillo et postero die
auerso medio digito uena ferienda ut recens coitus eius re
soluatur: iterumq; sanguinem fundat.

Tamdiu est tollendum q̄ diu rubere ceperit ul' ꝑducere

SIVE aute primo siue secundo die sanguis qui cras
sus et niger initio fluxerat et rubere et perlucere
cepit satis materie detractum est: atq; superest
sincerum est. Ideoq; protinus brachium deligandum haben
dumq; ita est: donec ualens cicatricula sit, que celerrime
in uena confirmatur.

De cucurbitis medicinalibus.

CVCVRBITVLARVM uero duo genera sunt ene
um et corneum: enea altera parte patet altera
clausa est. Cornea altera parte aque patens, alte
ra foramen habet exiguum. In eneam liniamentū ardēs
coicitur. ac sic os eius corpori aptatur: imprimiturq; donec
inhereat. Cornea per se corpori imponitur: deinde ubi ea
parte qua exiguum foramen est ore spiritus adductus ē.
Superq; cera cauum id clausum est: eque inherescit utraq;
nō ex his tantū materie generibus sed etiam ex quolibet
alio recte fit ac sic cetera deferunt. Caliculus quoq; aut
pultarius oris compressioris ei rei cōmode aptatur. Vbi in
hesit si concisa ante scapello cutis est sanguinem extrahit.
Si integra est spiritum. Ergo ubi materia que intus est le
dit illo modo. ubi inflatio hoc imponi solet. Vsus autem cu
curbitule precipuus est. ubi non in toto corpore sed in par
te aliqua uicium est, quam exhauriri ad confirmandan
dam ualetudinem satis est. Idq; ipm̄ testimonium est
etiā scalpello sanguinem. Vbi membro succurritur ab ea po

tissimu parte que lesa est esse mittendum. Quod nemo cucurbitulam aduerse parti imponit nisi cum profusionem sanguinis eo auertit. Sed et ipi que dolet queq; liberanda est. Opus etia esse cucurbicula potest in morbis longis q̃uis etiam spatium aliquid accessit siue corrupta materia siue spiritu male habente. In acutis quoq; quibusdam si et leuari corpus debet: et ex uena sanguinem mitti uires non patiuntur idq; auxilium ut minus uehemens ita magis tutum. neq̃ unq̃ periculosum est. etia si in medio febris impetu etia si in cruditate adhibetur. Ideoq; ubicuq; sanguine mitti opus est. si incisa uena preceps periculum est. aut si in parte corporis etia uicium est. huc potius confugiendum est. Cum eo tamen ut sciamus. hic ut nullum periculum ita leuius presidium esse. nec posse uehementi malo nisi eque uehemens auxilium succurrere.

De deiectione.

DEIECTIONEM aute antiqui uarijs medicamentis crebraq; alui ductione in omnibus pene morbis moliebantur. dabantq; aut nigrum ueratrum aut filiculam aut squamam eris quam greci uocant. aut lactuce marine lac. cuius guta pani adiecta habunde purgat.

Que ad soluendum uentrem ueteres dabant.

AVT lac uel asininum uel bubulum uel caprinam eiq; salis paulum adiciebant. decoquebantq; id et sublatis his que coierant quod quasi serum superabat bibere cogebant.

Dari qualiter debeat ad uentrem.

SED medicamenta stomachum fere ledunt: ideoq; omnibus cartaticis aloe miscenda est. Aliuis si uehemens fluit aut sepius ducitur hominem infirmat. Ergo nu

q̄ in aduersa ualetudine medicamentum eius rei causa: rec te datur nisi ubi is morbus sine febre est. Vt cum uenatrum nigrum aut atrabile uexatis aut cum tristitia insanientib9 aut his quorū nerui parte aliqua resoluti sunt datur. At ubi febres sunt satius est eius rei causa cibos potionesq; ad sumere qui simul et alant et uentrem molliant. Suntq; ua letudinis genera: quibus ex lacte purgatio conuenit.

De subtrahendo uentre in quibus causis necessarium max ime est.

PLERVMq; uero aliuis potius ducenda est quod ab as clepiade medico quoq; sic uituperatum ut tamē ser uatum sit. Video plerūq; seculo nostro preteriri. Est autē ca moderatio quam is sequutus uidetur aptissima. Vt neq; ea sepe medicina temptetur. Et tamē semel summū uel bis nō omittatur. Si caput graue est si oculi caligant. Si morbus maioris intestini est quod greci nominant. Si in imo uentre aut in coxa dolores sunt. Si in stomachum que dam biliosa concurrunt uel etiam pituitas eos humor ue a liquis aque similis confert. Si spiritus difficilius redditur. si nihil per se uenter excernit.

Quale sit quod uenter fecerit.

VTiq; si iuxta quoq; stercus est et intus remanet: aut si stercoris odorem nihil deiciens eger ex spiritu suo sentit. Aut si corruptum est quod excernitur: aut si prima inedia febrem non sustulit: aut si sanguinem mitti cū opus sit uires non patiuntur: tempusue eius rei preteriit. aut si multum ante morbum aliquis portauit. aut si is qui sepe uel sponte uel casu purgatus est: subito habet aliuum suppres sam. Seruanda uero illa sunt: ne ante diem tercium ducat.

Ne ulla cruditate sustante: ne in corpore infirmo: diuq; in ad

uersa ualetudine exhausto. ne ue in eo cui satis aluus reddit quotidie: qui in eam liquidam habebit. Ne in ipo accessionis impetu: quia quod tum infusum est aluo continetur regestumq; in caput multo grauius periculum efficit.

Qualiter iniciendus obseruari debeat.

PRIDIE uero abstinere debet eger ut aptus tali curationi sit: eodem die ante aliquot horas aquam calidam bibere: ut superiores eius partes madescant tum immittenda aluus est.

Quid ad soluendum uentrem per curam parandum sit.

SI leui medicina contentisumus pura aqua. Si paulo ualentior mulsa. Si leni ex aqua in qua fenum grecum uel tisana uel malua decocta sit. Si reprimendi causa ex uerbenis. Acris autē est marina aqua uel alia sale adiecto atq; utraq; decocta cōmodior est. Acrior fit adiecto uel oleo uel nitro uel melle quoq;. si acrior est eo plus extrahit: sed minus facile sustinetur: idq; quod infunditur neq; frigidum esse oportet neq; calidum: neq; alterutro modo ledat cū infusum est: quantum fieri continere se in lectulo debet eger: nec prime cupiditati deiectionis protinus cedere. Vbi necesse est tum demū desidere, fereq; eodē modo dempta materia: superioribus partibus leuatis morbum ipm mollit.

Cum uero quotiens eos res coegit desidendo aliquis se exhausit paulisper debet conquiescere: et ne uires deficiant. Vtiq; eo die cibum adsumere: qui plenior an exiguus sit claudus: ex ratione eius accessionis que expectabitur aut metu non erit estimari oportebit.

De uomitu.

ATuomitus in secunda quoq; ualetudine sepe neces-

sarius biliosus est. Sic etiā in his morbis quos bilis concita uit. Ergo omnibus qui ante febres horrore et tremore ꝛ uexantur, omnibus qui colera laborant, omnibus etiam cū quadaꝫ hilaritate insanientibus: et comitiali quoq; morbo oppressis necessarius est. Sed si acutus morbus est, sicut in colera. si febris est, ut inter horrores: asperioribus medica mentis opus non est. Sicut in deiectionibus quoq; supra dictum est. Satisq; est uomitus causa sumi: que sanis quoq; sumenda esse proposui. At ubi longi ualentesq; morbi sine febre sunt et comitialis: aut insania ueratro quoq; albo utendum est. Id neq; hieme neq; estate recte datur, op time uere tollerabiliter autumno. Quisquis daturus e rit: id agere ante debet: ut accepturi corpus humidius sit. Illud scire oportet omne eiusmodi medicamentum quod potui datur. Non semper egris prodesse, semper sanis nocere.

De frictione.

DE frictione et gestatione uero adeo multa ascle piades, tanqm̄ inuentor eius posuit, quod in eo uo lumine quod comunium auxiliorum scripsit.

De gestatione.

CVM trium tantū faceret mentionē huius et equi et gestationis tamē maximam partem in hoc consup serit. Oportet autē neq; recentiores uiros nihil fraudare que repperterunt uel recte sequuti sunt, et tamen ea que apud antiquiores aliquos posita sunt, auctoribus suis red dere. Neq; dubitari potest quin qdem et dilucidius, ubi et quomodo frictione utendum esset, asclepiades prece perit, nihil tamen repperterit.

Quid hyppocrates de frictione senserit.

QVOD non a uetustissimo auctore hippocrate pau

cis uerbis comprehensum sit qui dixit. frictione si uehemes sit durari corpus. si lenis molliri. si multa minui. si modica impleri. Sequitur ergo ut tum utendum sit: cum aut astringendum corpus quod fluens est. aut molliendum quod induruit: aut digerendum in eo quod copia nocet. aut alendu id quod tenue et infirmum est. Quas tamē species si quis curiosius estimet quod iam ad medicum non pertinet facile intelliget omnes ex una causa pendere que demit.

Nam et adstringitur aliquod eo dempto quod interpositum ut id laxaretur effecerat. et mollitur eo detracto quod duriciem creabat: et impletur non ipa frictione: sed eo cibo q postea usq; ad cutem digestione quadaz relaxatam penetrat. Diuersarum uero rerum in modo causa est.

Quid inter frictionem et unctionem intersit.

INTER unctionem autē et frictionem multum interest. Vngi n. leniter et pertractari corpus etiam in acutis et recentibus morbis oportet in remissione tamen et ante cibum. Longa uero frictione uti neq; in acutis morbis neq; in crescentibus conuenit: preterq̄ cum freneticis somnus ea requiritur. Amat autē hoc auxilium ualitudo longa etia a primo impetu inclinata. Neq; ignoro quosdam dicere omne auxilium necessarium esse in crescentibꝫ morbis. non iam cum per se finiuntur quod non ita se habet. Potest n. morbus etiam qui per se finem habiturus est citius tamen adhibito auxilio tolli. Quod duabus de causis necessarium est, ut et q̄ primū bona ualetudo contingat: sed cauendum ne morbus qui manet. Iterum q̄uis leui de causa exasperetur. potest morbus minus grauis esse q̄ fuerit: neq; ideo tamen solui, sed reliquis quibusdam inherere. quas ad motum aliquod auxilium discutit. Sed ut leuata quo

q; aduersa ualetudine recte frictio adhibetur. Si nuq; ad
hibenda est febre crescente. Verum si fieri poterit cu ex
toto corpus euacuauit. minus certe cum ea remiserit. Ca
dem aute modo in partibus, aut quia ipius eius membri i
becillitas id requirit. Aut quia alterius. Nam et capitis lon
gos dolores ipsius frictio leuat no impetu tame doloris et
membrum aliquod resolutum ipsius frictione confirmat.
Longe tame sepius aliud perfricandum est cum aliud dolet
maximeq; cum a summis aut e medijs partibus corporis e
uocate materiam uolumus: ideoq; extremas ptes pfricamus.

Contra eos qui unctionem numero implendum poterant.

NEq; audiendi sunt qui numero finiunt quotiens aliqs
perfricandus sit. id. n. ex uiribus hominis conligen
dum est. Et si id per infirmius est potest satis esse qn
quagesies. Si robustior potest ducentie esse faciendum. In u
triuq; deinde prout uires sunt: cui sit ut etia minus sepe in
muliere q̃ in uiro: minus sepe in puero uel sene q̃ in uiuene
manus dimouende sunt. Deniq; si certa membra perfrican
tur multa ualentiq; frictione opus est. Nam neq; totum
corpus infirmari cito per partes potest et opus est q̃ pluri
mum materie digeri. Siue id ipm membrum siue per id ali
ud leuamus. At ubi totius corporis imbecillitas ad hanc cura
tionem per totum id exigit: breuior esse debet et lenior, ut
tantumodo summam cutem emolliat. Quo facilius capax ex
recenti cibo noue materie fiat in malis iam egrum esse ubi
exterior pars corporis friget interior cum siti calet suprapo
sui. Sed tunc quoq; unicum in frictione presidium est que
si calorem in cutem euocauit. potest alicui medicine locu;
facere.

De utilitate gestandi.

GESTATIO quoq; longis etia et inclinatis morbis ap-

tissima est. utilisq; est et his corporibus que iam ex toto fe
bre carent. Sed adhuc exerceri per se non possunt et his
quibus lente morborum reliquie remanent neq; aliter e
liduntur. Asclepiades etiā in recenti uehementiq; febre
precipueq; ardentem ad discutiendam eam, gestatione
dixit utendum esse. Sed id periculose fit: meliusq; quiete
eiusmodi impetus sustinetur. Si quis tamē experiri uolet
sic experiatur. Si lingua non erit aspera. si nullus tumor
nulla duricies nullus dolor uisceribus aut capiti aut pre
cordijs suberit: et ex toto nunq̄ gestari corpus dolens de
bet. Siue id in toto siue in parte est nisi tamen solis neruis
dolentibus: neq; umq̄m in recente febre sed in remissione
eius. Quot genera gestandi sunt.

GENERA gestationis plura sunt adhibenda que
sunt et pro uiribus cuiusq; et pro opibus ne aut im
becillum hominem nimis digerant aut humili obsint.
Gestationum leuissima est naui uel in portu uel in flumine ue
hementior in alto mari naui uel lectica aut scamno acrior
uehiculo: atq; hec ipa et tendi et leniri possunt. Si nihil hoꝝ
est suspendi lectus debet et moueri. Sine id qdem aut certe
unipedi lecti subiciendus funiculus est. atq; ita lectus huc et
illuc manu impellendus. et leuia qdem genera exercitatio
nis infirmissimis conueniunt. Valentiora uero his qui iam
pluribus diebus febre liberati sunt. aut his qui grauium mor
borum initia sic sentiunt: ut adhuc febre uacent: quod ī mor
bo regio fit. Aut ubi qdam morbi: qualis comicialis. qualis
insania est sine febre q̄uis diu manent. in quibus affectibꝰ
ea quoq; genera exercitationū necessaria sunt, que com
prehendimus eo loco quo quēadmodum sani neq; firmi
homines se gererent precepimus.

. DE ABSTINENTIA .

ABSTINENTIE uero duo genera sunt: alterum ubi nihil adsumit eger. alterum nō nisi quod oportet. Initia morborum primū famem sitimq; desiderant. Ipsi deinde morbi moderationem ut neq; aliud q̄ expedit neq; eius ipius nimium sumatur. Neq; n. conuenit uiuere inediam protinus satietatem esse. Qd̄ si sanis quoq; corporibus inutile est: ubi aliqua necessitas famem fecit. Quāto inutilius est in corpore etiā egro. Neq; ulla res magis adiuuat laborantem q̄ tempestiua abstinentia. Intempantes homines apud nos ipi cibi tempora curantibus dant. Rursus alij tempora medicis pro dono remittunt: sed ipi modum iudicant. Liberaliter agere se credunt qui cetera illorū arbitrio relinquunt. in genere cibi liberi sunt, quasi quaerat quid medico liceat. nūquid ergō salutare cui uehementer nocet quotiens in eius quod adsumitur uel tempore modo uel genere peccatur.

. De sudore eligendo .

SVDOR etiā duobus modis elicitur, aut sicco calore aut balneo. Sic calor est et hareneē calide et laconici et clibani et quarūdam naturalium sudationes, ubi e terra profusus calidus uapor edificio includitur, sicut super uias in muretis habemus preter hec sole quoq; et exercitatione is mouetur. Vtiliaq; hec genera sunt quotiens humor intus nocet isq; digerendus est: ac neruorum quoq; quedam uicia sic optime curantur. Sed cetera infirmis possunt conuenire. Soler exercitatio tantum robustioribus, qui tamen sine febre uel initio morbi: uel etiam grauibus morbis tenentur. Cauendum autem est ne quid horum uel in febre uel in cruditate tempetur.

De balneis qualiter egris conueniant. :-

AT balnei duplex usus est. Nam modo discussis febribus initium cibi plenioris qui infirmioris ualetudinis facit modo febrem ipam tollit fereq; adhibetur ubi summam cutem relaxari euocariq; corruptum humorem et habitum corporis mutari expedit. Antiqui timidius eo utebantur. Asclepiades audacius: neq; terrere autē ea res si tempestiua est debet et ante tempus nocet. Quisquis febre liberatus est simul atq; ea uno die non accessit eo qui proximus est post tēpus accessionis toto lauari potest. At si circuitum habere ea febris solita est: sic ut tercio quarto ne die reuertatur. Quādocūq; non accessit tutum est balneum. Manentibus uero adhuc febribus si he sunt lente benesq; iam diu male habent recte medicina ista temptatur. Cum eo tamen ne precordia dura sint: neue lingua aspera sit: neue aut in medio corpore aut in capite dolor ullus sit. Neue tum febris increscat atq; in his qdem febribus que certum circuitum habent. Duo balnei tempora sunt. Alterum ante horrorem. alterum febre finita. In his uero qui lentis febriculis diu detinentur: cum aut ex toto aut recessit accessio: aut si id non solet certe finita est.

Iamq; corpus tam integrum est q̄ maxime esse in eo genere ualetudini solet. Imbecillus homo iturus in balneum uitare debet ne ante frigus aliquod experiatur. Vbi in balneum uenit paulisper resistere expeririq; num corpora astrigantur. et an sudor aliquis oriatur. Illud si incidit hoc non secutum est. inutile eo die balneum est: perunguendus est is leniter et auferendus est. Vitandumq; omnino frigus et abstinentia utendum. At si temporibus integris primū ibi: deinde alibi sudor incipit. foueudum os aqua calida tum in solio descendendum est: atq; ibi uidendum: num primo contrac

tu aque calide summa cutis inhorrescit quod uix tamē fieri potest: si priora recte accesserunt. Certum id autem signum inutilis balnei est. Ante uero an postea q̄ se in calidum dimittit aliquis perungui debeat: ex ratione ualetudinis sue cognoscit. Fere tamē uisi ubi nominatim ut postea fiat id precipitur. Modo sudore leuiter corpus perungendum deinde in aquam calidam demittendum est. Atq; his quoq; habenda uirium ratio est. Neq; cōmittendum ut p estum anima deficiat. sed maturius is auferendus: curiosoq; in uestimentis inuoluendus est. Vt neq; ad eum frigus aspiret: et is ibi quoq; anteq̄m aliquid adsumat insudet.

De fomentis.

FOMENTA quoq; calida sunt milium sal. harena quodlibet eorū calfactum et in linteum coniectum si minore ui opus est etiā solum linteum. At si maiore extinctiones inuolutiq; panniculis et sic circudati. qn et calido oleo replentur utriculi et in uasa fictilia ad silitudinē lenticulas uocant. aqua coicitur. et sal sicco linteo excipitur dimittiturq; in aquam bene calidam. Tum super id membrum quod fouendum est conlocatur. Laxataq; igne ferramenta duo sunt: capitibus paulo latioribus. alterūq; ex his dimittitur. in eum salem et aqua super leuiter aspergitur. Vbi frigere cepit ad ignem refertur et idem in altero fit. Deinde inuicem in utroq; inter quem descendit salsus et calidus succus qui contractis aliquo morbo neruis opitulatur. His omnibus cōmune est digerere id quod uel precordia onerat. uel fauces strangulat. uel in aliquo membro nocet. quando autem quoq; utendum sit in ipsis morborum generibus dicetur.

DE CIBIS ET POTIONIBVS.

CVM de his dictum sit que detrahendo iuuant: ad ea ueniendum est que nos alunt idest cibum et potionem. hec autem non omnium tantum morborum: sed etiam secunde ualetudinis communia presidia sunt. Pertinetque ad rem omnium proprietates nosse. primum ut sani sciant quomodo his utantur deinde ut ex sequentibus nobis morborum curationes: liceat speties rerum que assidue necessarie erunt subicere. Neque necesse est subinde singulas eas nominare. Scire igitur oportet que sunt generis fortiores. Omnia legumina que ex frumentis panificia sunt generis ualentissima esse. Id ualentissimum uoco in quo plurimum alimenti est. Item omne animal quadrupede dominatum, omnem grandem feram quales sunt capre ceruus aper onager: omnem grandem auem, quales sunt anser et pauo et grus. omnes beluas marinas. Ex quibus certum est que his pares sunt. Item mel et caseum quo minus mirum est opus pistorium ualentissimum esse quod ex frumento adipe melle caseo constat. In media uero materia numerari ex holeribus debere ea quorum radices uel bulbos adsumimus. Ex quadrupedibus leporem aues omnes a minimis ad phoenicopterum.

Item pisces omnes qui salem patiuntur uel solidius saliuntur. Imbecillissima uero esse materia omne olus: et quicquid in cauliculo nascitur qualis est cucurbita et cucumis et capparis omnia poma oleas cocleas itemque conchilia. Sed quamuis hec ita discreta sunt tamen etiam que sub eadem specie sunt magna discrimina recipiunt: alia que res uel ualentior est uel infirmior. Si quidem plus alimenti est in pane quam in ullo alio.

Que annona firmior uel leuior.

FIRMIVS est triticum, q̄ milium: id ipm̄ q̄ ordeum: et ex tritico firmissima siligo: deinde similia. deinde cui nihil demptum est, quod aut greci uocant. Infirmiores ex polline. Infirmissimus cibarius panis.

De Legumine.

EX leguminibus uero ualentior faba uel lenticula q̄m̄ pisum. Ex holeribus ualentior rapa napiq; et omnes bulbi in quibus cepa quoq; et allium numero, quā pastinata uel que specialiter radicula appellatur. Item firmior brassica et beta et porrum q̄ lactuca uel cucurbita uel asparagus. At ex frugibus surculorū ualentiores uue.

DE POMIS.

FICVS, nuces, palmule, q̄ que poma proprie nominantur. Atq; ex ipis firmiora que sucosa q̄m̄ que fragilia sunt. Itemq; ex his auibus que in media specie sunt. ualentiora ea que pedibus q̄ que uolatu magis nituntur: et ex his que uolanti media specie sunt ualentiores.

DE AVIBVS.

QVE grandiores aues q̄ que minute sunt ut fiscedula et turdus, atq; he quoq; que in aqua degunt, leuiorem cibum prestant: q̄ que natandi scientiam non habent. Inter domesticas uero, quadrupedes leuissima suilla est: grauissima bubula. Item ex feris quo maior quodq; animal eo robustior ex eo cibus est. Pisciumq; eorum qui ex media materia sunt quibus maxime utimur. Tamen grauissimi sunt ex quibus salsamenta quoq; fieri possunt. qualis lacertus est: deinde qui q̄uis teneriores tamen duri sunt: ut aurata, coruus, scarus, oculata. Tunc plani post quos etiā leuiores lupi, muliq; et post hoc omnes saxatiles.

Neq; uero in generibus rerum tantūmodo discrimen est. sed etiam in ipis quod erare sit et membro et solo et celo et habitu. Nam quadrupes animal omne si lactans est: minus alimenti prestat. Itemq; quo tenerior pullus cohortalis. In piscibus quoq; media etas: que nondum summam magnitudinem impleuit. Deinde ex eodem sue ungule, rostrum aures cerebellum ex agno hedo ue cum petiolis totum capur aliquanto q̄ ceteria membra leuiora sunt: adeo ut in media materia poni possint. Ex auibus pectora colla ale ue recte infirmissimis annumerantur: quod ad solum uero pertinet.

Discretio leuium et grauium locorū.

FRUMENTUM quoq; ualentius est collinum q̄ campestre. Leuior piscis inter saxa editus q̄ in harena. leuior in harena q̄ in limo. quo fit ut ex stagno uel lacu uel flumine eadem genera grauiora sint. Leuiorq; q in alto q̄ qui in uado uixit. Omne etiā animal ferum domestico leuius: et quodcunq; humido celo q̄ quod sicco natum est. Deinde eadem omnia pinguia q̄ macra: recentia q̄ salsa: noua q̄ uetusta plus alimenti habent. Tum res eadem magis alit uirulenta q̄ assa: magis assa q̄ frixa. Ouum durum ualentissime materie est. molle uel sorbille imbecillissime. Cumq; panificia omnia firmissima sint: elora tamen quedam genera frumenti: ut halica oriza tisana: uel ex hisdem facta sorbitio uel pulticula et aqua de que madēs panis imbecillissimus adnumerari potest.

DE POTIONIBUS.

EX potionibus uero quecunq; ex frumento facta e. Item quecūq; lacte mulsum de fructum passum. Vinu aut dulce aut uehemens: aut mustum: aut magne uetustatis, ualentissimi generis est. At acetum et id uinū

quod paucorum annorũ uel austere uel leue est in media materia est. Ideoq; infirmis nunq̃ generis alterius dari debet. Aqua omnium imbecillissima est: firmiorq; ex frumẽto potio est. quo firmius fuit ipm frumentum firmior ex eo uino quod bono solo q̃ quod tenui. quodq; temperato celo q̃ quod aut nimis humido aut calido natum est. Mulsum qd plus mellis habet. Defrutum quo magis exeditum est. Passu; quo ex sicciore uua est eo ualentius est. .. DE AQVIS ..

AQVA pluuialis leuissima est: deinde fontana. tum ex flumine: tum ex puteo post hec ex niue aut glacie. Grauior ex his lacu: grauissima ex palude. Facilis etiã et necessaria cognitio est naturam eius requirentibus. Nam leuis pondere ipsa aqua apparet. ex his que pondere pares sunt ea melior: queq; est que celerius ut calefit et frigescit. queq; ex ea legumina percoquuntur. Fere uero sequitur. ut quo ualentior queq; materia est: eo minus facile concoquatur: sed si concocta est plus alat. Itaq; utendum est materie genere pro uiribus. modusq; omnibus pro genere sumendus. Ergo imbecillis hominibus. rebus infirmissimis opus est. Mediocriter firmos media materia optime sustinet. Et robustissimis apta ualidissima est. Plus deinde aliquis adsumere ex leuioribus potest. Magis in his que ualentissima sunt temperare sibi debet. .. Que res pituitam faciat uel qualis.

NEq; hec sola discrimina sunt: sed etiã alie res boni suci: alie mali sunt quas greci uocant. Alie lenes alie acres. alie crassiorem pituitam in nobis faciunt. alie tenuiorem. Alie idonee sunt stomacho. alie aliene sunt. Item que nos alie inflant. alie ab hoc absunt. alie calefaciunt. alie refrigerant. alie facile in stomacho acescunt. alie non facile intus corrumpuntur.

Alie mouent aluum. alie supprimunt. alie citant urinam. alie tardant. Quedam somnum mouent. quedam sensus excitant. Que omnia ideo nascenda sunt. quoniam aliud aliter uel corpori uel ualetudini conuenit. Boni suci sunt tritticum, siligo, alica, oriza, hamilum. Item et leues sunt apte et calefaciunt, tragij, tisana, lac, caseus mollis, omnes uenationes. Aues q; ex media materia sunt. Ex maioribus quoq; he que supra nominauimus: medij inter teneros durosq; pisces. Vt mulus et lupus, uerna, lactuca, urtica, malua, cucumis, cucurbita. Ouum sorbile, portulaca, cochlee, palmule. Ex pomis quodcũq; neq; acerbum neq; acidum est. Vinum dulce uel leue, passum defrutum, olee que ex his duobus in alterutro seruate sunt. Value rostra trunculiq; in summa omnis pinguis caro, omnis glutinosa, omne secur. Mali uero suci sunt milium, panicu, ordeum, legumina. Caro domestica per macra, omnisq; caro salsa: omne salsamentum garum, uetus caseum, cicer, radicula, rapa, napi, bulbi, brassica magisq; etiam cima eius, asparagus, beta, cucumis, porrum, eruca, nasturcum, thimum, nepita, satureia, hisopum, ruta, anetum, feniculum, cuminu, anesum, lapatum, senape et aleum, cepa, lueses, reses, intestina, pomum quodcũq; acidum uel acerbum est, acetum, omnia acra, acida, acerba, oleum, pisces quoq; saxatiles, omnesq; qui ex tenerrimo genere sui. Aut hi qui rursus nimis duri uiriosiq; sunt quos fere q; quos stagna lacus, limo siue rui ferunt, qui ue in nimia magnitudinem excesserunt. Leues aut sunt sorbitiones, pulticula, laganum, hamilum, tisana, pinguis caro et que cũq; glutinosa est. quod fere qdem in omni que domestica sit, precipue tamẽ in ungulis trunculisq; suum in pec-

tiolis caputulisq; hedorum et uitulorum et agnorum omni
busq; cerebellis. item si qui propere bulbi nominantur. lac
defrutum passum nuclei pinei. Acria sunt omnia nimis
austera omnia acida omnia salsa mel et qdem quo meliq;
est eo magis. Item oleum cepa eruca nasturcium cucumis
beta brassica asparagus sinape radicula intubus ocimum
lactuca maximaq; olerum pars. Grassiorem autem pitui
tam faciunt oua sorbilia halica oriza hamilum tisana lac
bulbi omniaq; fere glutinosa extenuant eandem omnia
salsa atq; acria et acida. Sthomacho autem apertissima sunt
quecūq; austera sunt. etiam que acida sunt. queq; contracta
sale modice sunt. Item panis sine fermento et elota ali
ca uel oriza uel tisana omnis auis omnis uenatio atq; u
traq; uel assa uel elixa. ex domesticis animalibus bubula.
S i quid ex ceteris sumitur: mactum potius q̄ pinque ex sue
ungule rostra, autem uulue sterilesq; ex holeribus intu
bus lactuca pastinaca cucurbita elixa. Ex pomis cerasi
um morum sorbum pirum fragile quale crustuminum
uel neanianum est. Item pira que reponuntur tarentina
atq; siginina: malum orbiculatum aut spaudianum uel ame
rinum uel coroneum uel punicum. Vue ex olla molle oui
palmule nuclei pinei olei albe ex dura muria eadem ace
to tincte uel nigre que in arbore bene permaturauerunt,
uel que in passo defrutoue seruate sunt. Vinum auste
rum licet iam asperum sit: idem resinatum duri ex media
materia pisces ostrea pectines muricesq purpure cibi potio
nesq; uel frigide uel ferventes absinthium. Alienauero
stomacho sunt omnia tepida omnia salsa omnia uiculen
ta predulcia omnia dulcia sorbitio panis. item uel ex mi
lio uel ex oleo. oleum radices olerum: et quodcūq; uis oleo

garoq; est. mel mulsum, defuturum passum: lac omne, caseum uua recens ficus et uiridis et arida, legumina omnia, queq; inflare consuetunt. Item thimum, nepeta, satureia, hisopū nasturcium lapatium. ex his autē intelligi potest: nō quicquid boni succi est protinus stomacho conuenire. Non quicquid stomacho conuenit boni suci esse. Inflant autē omnia fere legumina, omnia pinguia, omnia dulcia, omnia uirulenta: mustum atq; etiā id uinum cui nihil adhuc etatis accessit. Ex holeribus allium cepa, brassica: omnesq; radices excepto sisere et pastinaca bulbi: ficus etiā arida. sed magis uirides, uue recentes, nuces omnes, exceptis nucleis pineis. lac omnisq; caseus. quicquid deinde subcrudum aliquis assumpsit. Minima inflatio fit ex uenatione, aucupio, piscibus, pomis, oleis, conchilis, ouis uel mollibus uel sorbilibus uino uetere. finiculum uero et anetum: inflationes etiam leuant. At calefaciunt piper, caro omnis uirulenta, allium, cepe, ficus arida, salsamentu uinum et quo meratius est. eo magis refrigerant oleta quorū crudicales adsumuntur, ut intubus et lactuca. Item coriandrum cucumis, elixa cucurbita, beta, mora, cerasia, mala austera, pira fragilia, caro elixa precipueq; acetum: siue cibus ex eo siue potio adsumitur. facile autē intus corrumpuntur. panis fermentatus, et quisqs alius q̄ ex tritico est. lac mel ideo lactantia atq; omne pistorium opus: teneri pisces, ostrea holera, caseus et recens et uetus, crassa uel tenera caro, uinum dulce, mulsum, defrutum passum, quicquid deinde uel uirulentum est, uel nimis dulce uel nimis tenue. At minime intus uiciantur panis sine frumento: aues et ee potius duriores, duri pisces: neq; solum aurata tuta aut scarus, sed etiā lolligo locusta polypus. Item bubula omnisq; dura caro eademq; aptior est: si macra si salsa

est: omniaq; salsamenta coclee murices purpure uinum au
sterum uel resinatum.

Que res aluum mouent.

AT aluum mouent panis fermentatus magisq; si cibarius
uel ordeacius est. brassica si subcruda est. lactuca anetu
nasturcium ocimum urtica portulaca radicula cap
parris alium cepa malua lapatium beta asparagus cucurbita
cerasia mora uua omnia mitia: ficus etiā arida sed magis ui
rides. Vue recentes pingues minute aues coclee garum salsa
menta ostrea pelorides echini musculi omnes fere cochilie:
maximeq; uis earum saxatiles et omnes teneri pisces: sepiaru
attramentum: si qua caro adsumitur pinguis eadem uel uirulen
ta uel elixa. aues que natant mel crudum lactantia omnia
mulsum uinum dulce uel salsum aqua: tenera omnia tepida
dulcia pinguia elixa uirulenta salsa diluta.

Que res adstringunt aluum.

CONTRA astringunt: panis ex siligine uel ex simila:
magis si sine fermento est: magis etiam si ustus est.
Intenditurq; uis eius etiā si bis coquitur pulticula uel ex
alica uel ex panico uel ex milio. Item ex hisdem sorbitio. et
magis si hec ante fricta sunt. Lenticula cui uel beta uel intu
bus uel ambubaia uel plantago adiecta est: magisq; etiā si
illa antefricta est per se etiā intubus uel ex plantagine uel a
bubeia facta minuta holera brassica bis decocta. dura oua
magisq; si assa sunt: minute aues merula palumbus. magisq;
si in pusca decoctus est. Grus omnes aues que magis currūt
q̄ uolant. lepus caprea iecur ex his que seuum habent maxi
meq; bubulum ac seuum ipm caseus qui uehementior uetusta
te fit: uel ea mutatione quam in caseo transmarino uide
mus: aut si recens est ex melle mulsoue decoctus. Item mel

coctum pirum matura sorba magisq; ea que torminalia uo
cantur, mala citonia uel punica. olee uel albe uel perma
ture mirta palmule, purpure murices. uinum resinatum
uel asperum, idem meratum acetum mulsum quod infer
ruuit. Item defrutum passum aqua uel tepida, uel prefrigida
dura idē ea que putrescunt. ideoq; pluuia potissimū. Omnia
dura macra, austera, aspera, tosta. et in eadem carne assa
potius q̄ elixa. Que res urinam mouent.

VRINAM autē mouent quecūq; in orto nascentia
boni odoris sunt, ut apium ruta anetum ocimum
menta hisopum, anesum, coriandrum nasturcium
eruca feniculum, preter hec asparagus, capparis, nepeta thi
mu, satureia, lapsanum, pastinaca, magisq; agrestis radicu
la, sifer cepa, ex uenatione maxime lupus uinum tenue, pi
per rotundum et longum sinapi absinthium nuclei pinei.
Que somno apta sunt.

SOMNO uero aptum est papauer, lactuca maxime
q; estiua, cuius cauliculus iam lacte repletus est, mo
rum, porrum. Sensus excitant nepeta, rhimus, sa
tireia, hisopum, precipue oculos, puleium ruta et cepa.
Euocare uero materiam multa ad domu possunt. Sed ea
que ex peregrinis medicamentis maxime constant. Alijs
q; magis q̄ quibus ratione uictus succurritur opitulatur
in presentia differam. Ponam ea uero que prompta et his
morbis de quibus protinus dicturus sum sunt apta. Corpo
erodunt et sic eo quod mali est extrahunt. Habent autē
hanc facultatem semina eruce, nasturcij radicule, preci
pue tamē ononium sinapi: salis quoq; effici eadem uis est.
Leniter uero simul et reprimunt et molliunt, lana succida
uel aceto et uino oleum adiectum. Contrite palmule fur

fures in salsa aqua uel aceto decocte. At simul reprimunt et refrigerant herba muralis uel uel appellant. Serpillum, puleium, ocimu, herba sanguinalis quam greci uocant, portulaca, papaueris folia capyfoliq; uicium, coriandri folia muscus siser, apium, solanum quam greci uocat, brassice folia, intubus, plantago, feniculi semen, contrita pira uel mala, precipueq; cydonia, lenticula aqua frigida maximeq; pluuialis, uinu acetum: et ex horu aliquo madens magis uel panis uel farina uel spongia uel cinis uel lana succida uel etiā linteolum, creta cimola, gypsum, melinu, myrteum, rosa, acerbum oleum uerbenaru contusa cum teneris caulibus folia, olea cupressus, myrtus, lentiscus, tamaris ligustrum, rosa rubus, laurus, hedera, panicum, malum. Sine frigore aut reprimunt cocta mala cydonea, mali corium, aqua calida in qua uerbene cocte sunt quas supra proposui puluis uel ex fece uini, uel ex myrti folijs amare nuces.

Que calefaciunt in cathaplasmatis.

CALEFACIT uero ex qualibet farina cathaplasma siue ex tritici, siue ex farrinis siue ordei, siue herui, uel lolij, uel milij, uel panici, uel lenticule, uel fabe uel lupini uel herui, uel lini uel feni greci est ubi ea deferuuit calidaq; imposita est: ualentior tamen ad id omnis farina est ex mulso q̄ aqua cocta. preterea cyprinum irinum medulla adeps ex felle iuncta oleo magisq; si uetus est, salnitrum, gut. piper, qnq; folium fereq; que uehementer et reprimunt et refrigerant dura que calefaciunt et digerunt et emolliunt precipueq; ad emolliendum potest cataplasma ex lini uel feni greci semine. His aute omnibus et simplicibus et permixtis, uarie medici utuntur: ut magis qd

quisq; persuaserit sibi qm̃ quod euidenter compererit.

Artium Aurelij Cornelij celsi Liber viij. idem medicine Liber Tertius Incipit feliciter.

De instantibus morbis. Capitulum Primum.

ROVISIS OMNIBVS QVE pertinent ad uniuersa genera morborum: ad singularum curationes ueniam. Hos autem in duas species greci diuiserunt. Alios ex his acutos. Alios longos esse dixerunt: Idq; quoniam no semper eodem modo respondebat. eosdem aly inter acutos: aly inter longos retulerunt. Ex eo plura eorum genera esse manifestum est. Quidam enim breues utiq; sunt. qui cito uel tollunt hominem uel ipsi cito finiuntur. Quidam longi sub quibus neq; sanitas in propinquo neq; exitium est. Tertiumq; genus eorum est: qui modo acuti modo longi sunt: idq; non in febribus tantumodo in quibus frequentissimu est. Sed in alijs quoq; fit atq; etiã preter hos quartum est: quod neq; acutum dici potest quia non permit neq; utiq; longum quia si occurrerit facile sanatur. Ego cum de singulis dicam qui cuiusq; generis sit indicabo. Diuidam autem omnes in eos qui in totis corporibus consistere uidentur et eos qui oriuntur in partibus.

De singulis morbis uel curis.

INCIPIAM a prioribus pauca prefatus de omnibus in

nullo qdem morbo minus fortuna sibi uindicare q̄ ars potest: ut pote cum repugnante fortuna nihil medicina proficiat. Magis tamē ignoscendum medico est parum proficienti in acutis morbis qm̄ in longis. Hic. n. breue spatium est intra quod si qd̄ auxilium non profuit eger extinguitur. ibi et deliberationi et mutationi remediorū tempus patet: adeo ut raro inter initia medicus accessit. obsequens eger sine illius uicio pereat.

Longus tamē morbus cū penitus insedit quod ad difficultatem pertinet: acuto par est: et acutus qdem quouetustior est. Lōgus autē quo recentior eo facilius curatur. Alterum ignorari illud non oportet. quod non omnibus egris eadem auxilia conueniunt. Ex quo incidit ut alia atq; alia summi auctores quasi sola uindicarint prout cuiq; cesserant. Oportet itaq; ubi aliquid non respondit: non tanti putare auctorem quanti egrum expeririq; aliud atq; aliud. Sic tamē ut in acutis morbis cito mutetur quod nihil prodest: in longis quod tempus ut facit sic etiā soluit: non statim condemnetur. Si quid non statim profuit: minus uero remoueatur. Si quid paulum sta saltem uiuat: quia profectus tempore expletur.

Qua ratione morborum genus nascatur.

PROTINVS autē initia scire facile est. Quis acutus morbus. quis longus sit: non in his solis in quibus semper ita se habet. sed in his etiā in quibus uariat. Nam ubi sine intermissionibus accessionum dolore graui urgentur: acutus morbus est. Vbi lenti dolores, lente ue febres sunt et spatia inter accessiones porriguntur. Acceduntq; ea signa que in priore uolumine exposita sunt. Longe hūc futurum esse manifestum est.

Hec signa in secundo libro require.

VIDENDVM etiā est: morbus an crescat an constat.

an minuatur: quia quedam remedia increscentibus morbis plura inclinantibus conueniunt. Eaq; que decrescentibus apta sunt. Vbi acutus increscens urget in remissionib; potius experienda sunt. Increscit autem morbus dum grauiores dolores accessiones q; ueniunt. Hecq; et anteq; proxime reuertuntur et postea desinunt. Atq; in longis quoq; morbis etiam tales notas non habentibus scire licet increscere. Si somnus incertus est: si deterior concoctio. si fediores deiectiones. si tardior sensus. si pigrior mens. si per curtus corpus frigus aut calor. si id magis pallet. Ea uero que contraria his sunt. decedentis eius note sunt. preterhec in acutis morbis. serius egere alendus est. Nec nisi iam inclinatis. ut primo dempta materia impetum frangat. In longis maturius. ut sustinere spatium aduenturi mali possit. ac si quando is nō in toto corpore sed in parte est: magis tamen ad rem pertinet uim tocius corporis moliri q̄ proprie partes egre sanentur. Multum etiam interest ab initio quis recte curatus sit. an perperam: quia curatio minus his prodest: in quibus assidue frustra fuit. Si quis temere habitus adhuc integris uiribus uiuit. admota curatione momento restituitur.

De cura morbi leuioris.

SED cum ab his ceperim que notas quasdam future aduerse ualetudinis exhibent. Curationem quoq; principium ab animaduersione eiusdem corpo temporis faciam. Igitur si quid ex his que proposita sunt incidit: optima omnium sunt quies ab abstinentia. Si qd bibendum aqua. id q; interdum uno die fieri satis est. interdum si tertiana manent etiam biduo. proxime q; abstinentie sumendus est cibus exiguus. bibenda aqua.

postero die etiā uinum. Deinde inuicem alternis diebus modo aqua modo uinum: donec omnis cause metus finiatur. Per hec n. sepe instans grauis morbus discutitur.

Plurimiq; falluntur dum se primo die protinus sublaturos langorem aut exercitatione aut balneo aut coacta deiectione, aut uomitu, aut sudationibus aut uino sperāt. Non quo nō interdum id incidat, aut nō decipiat: sed quo sepius fallat. Solaq; abstinentia sine ullo periculo medeatur. Cum presertim etiā pro modo terroris moderari liceat: et si leuiora indicia fuerint satis sit a uino tm̄ abstinere: quod subtractum plusq̄ si cibo quid dematur adiuuat. Si paulo grauiora facile fit, nō aquam tm̄ bibere: sed etiā cibo carnem subtrahere. Interdum panis quoq; minus q̄ pro consuetudine adsumere: humidoq; cibo esse contentum et holere potissimum: satisq; sit tum ex toto a cibo a uino, ab omni motu corporis abstinere: cum uehementer note terruerint. Neq; dubium est quin uix quisq̄ qui non dissimulauit: sed qui hec mature morbo occurrit egrotet.

De curatione ueri morbi uel agnitiōe.

Atqui hec quidem sanis facienda sunt tantum causam metuentibus sequitur uero curatio febrium quod et in toto corpore et uulgare maxime morbi genus est.

Genera febrium.

Ex his una quotidiana, altera tertiana, tertia quartana, interdum etiā longiore circuitu quedam redeunt. Sed id raro euenit in prioribus et morbi sunt et medicina.

De quartana febre.

At quartane q̄dem simpliciores sunt incipiunt fere abhorrore: deinde calor erumpit. finitaq; febre biduum integrū est. ita quarto die reuertitur.

DE TERTIANA FEBRE.

Tertianarū uero duo genera sunt. alterū eodē modo quo quartana et incipiens et desinens. illo tantū interposito discrimine. quod unū diem prestat integrum, tercio recedit. Alterum longe pernitiosius quod tertio quidem die reuertitur. Ex quadraginta autē et octo horis fere xxxvi. per accessionem occupat. Interdum etiā uel minus uel plus. neq; ex toto in remissione desistit. sed tantum leuius est. id genus plerique medici hemitritaicon appellant.

De quotidiana febre.

QVOTIDIANE uero uarie sunt et multiplices. Alie a frigore. alie n. protinus a calore incipiunt. alie ab horrore. Quid sit frigus, et quid horror.

FRIGVS uero ubi extreme partes membrorū inalgescunt. Horrorem ubi totum corpus intremit. rursus alie sic desinunt ut ex toto sequatur integritas. Alie sic ut aliquantū qdem minuatur ex febre. Nihil ominus tamē queda; reliquie remanent donec alte accessio accedat. Ac sepe alie uix quicq̄ aut nihil remitant sed ita ut continuent. Deinde alie feruorem ingentem habent. alie tollerabilem. alie quotidie fiunt. alie impares. Atq; inuicem altero die lenior altero uehementior. Alie tempore eodem postridie reuertuntur. alie uel serius uel celerius. Alie diem noctemq; accessionem et decessionem implent. alie minus. alie plus. alie cum decedunt sudorem mouent. alie non mouent. Atq; alias per sudorem ad integritatem uenitur. alias corpus tantū imbecillius redditur.

Accessiones etiā modo singule singulis diebus fiunt. modo bine plure sue concurrunt. Ex quo sepe euenit ut quotidie plures accessiones remissionesq; sint. Sic tamen ut

unaqueq; alicui priori respondeat. Interdum uero accessiones quoq; confunduntur: sicut non notari neq; tempora eorū neq; spatia possint. Neq; uerum est quod dicitur a quibusdam, Nullam febrem inordinatam esse: nisi aut ex uomica, aut ex inflammatione aut ex ulcere. facilior .n. semper curatio foret si hoc uerū esset. Sed quod euidentes cause faciunt, facere etiā abdite possunt. Neq; de re sed de uerbo controuersiam mouent. qui cum aliter aliterq; in eodē morbo febres accedant. non easdem inordinate redire: sed alias aliasq; subinde oriri dicunt. Quod tamē ad curandi rationem nihil pertineret: etiā si uere diceretur. Tempora quoq; remissionum modo liberalia modo uix ulla sunt. :-

De febrium cura que supra exposita nunc dicit. :-

ET febrium quidem ratio maxime talis est. Curationum uero diuersa genera sunt prout auctores aliquos habent. .. Asclepiades quod officium medici dixerit. :-

ASCLEPIADES officium esse medici dicit ut tuto et celeriter et iocunde curet id notum est. Sed fere periculosa esse nimium et festinatio et uoluptas solet. Qua uero moderatione utendum sit: ut quantū fieri potest omnia ista contingant. Prima semp habita salute in ipis partibus curationum considerandum erit. et ante omnia queritur primis diebus eger qua ratione continendus sit. Antiqui medicamentis quibusdam datis concoctionem moliebantur. eo q; cruditatem maxime horrebant. Deinde etiā materia que ledere uidebatur. ducendo sepius aluum subtrahebant. Asclepiades medicamenta sustulit aluum nō tociens sed fere tamē in omni morbo subduxit. febre uero ipa precipue se ad remedium eius uti professus est. Conuellandas eniz

uires egri putauit luce uigilia, siti ingenti: sic ut ne os
qdem primis diebus elui sineret: quo magis falluntur q
per omnia iocundam eius disciplinam esse contendunt: et is
n. ulterioribus qdem diebus curantis etiā luxurie subscripsit
primis uero cū tortoris uicem exhibuit. Ego autē medi
camentorū dari potiones et aliuum duci non nisi raro de
bere concedo: et id nō ideo tn̄ agendum, ut egri uires con
uellantur existimo. quoniam et in imbecillitate summū
periculum est. minui ergo tantū materiā supantem opor
tet que naturaliter detrahatur ubi nihil noui accedit.

. Obseruatio prime febris.

ITAq; abstinendus a cibo primis diebus est in luce ha
bendus eger nisi infirmus dum interdiu est. quoni
am corpus ista queq; digerit isq; cubare q̄ maxīe
conclaui debet. Quod ad sitim somnūq; pertinet modera
dum est: ut interdiu uigilet: noctu si potest conquiescat.
A c neq; potet: neq; nimium siti crucietur. Os etiā eius elui
potest ubi et siccum est, et ipi fetet, q̄uis id tempus aptū
potioni nō est. Cōmodeq; Erasistratus dixit. Sepe infe
riorem partem humorem non requirentem, os et fauces
requirere neq; ad rem male haberi egrum pertinere.

A Qualiter eger cibandus sit.

APRIMO quidem sic tenendus est: optimū uero me
dicamentū est oportunus cibus datus: qui quādo
primū dari debeat queritur, pleriq; ex antiquis tarde da
bant sepe quinto die sepe sexto: et id fortasse uel in asia
uel in egypto celi ratio patitur.

A Asclepiades quarta die cibum dabat.

ASclepiades: ubi egrum triduo per omnia fatiga
rat quarto die cibo destinabat.

Themison quando desisset uel leuata esset febris.

THemison nuper nō quando cepisset febris sed quādo desisset aut certe leuata esset considerabat et ab illo tempore expectato die tertio si non accesserat ubi ea uel desierat, uel si assidue inherebat: si certe se inclinauerat, cibum dabat. Nihil aut horum utiq; perpetuu ē.

Nam potest primo die, primus cibus dandus esse potest sedo, potest tertio. potest nō nisi quarto aut quinto. potest post unam accessionem, potest post duas, potest post plures. Refert n. qualis morbus sit, quale corpus, quale celum, que etas, quod tempus anni: minimeq; in rebus multu inter se differentibus perpetuum esse preceptum temporis potest in morbo qui plus uirium aufert, celerius cibus dandus ē.

Calidum celum magis digeret et ideo in africa eger abstinendus est.

ITEMq; eo celo quo magis digerit. ob quā causam in africa nullo die eger abstineri recte uidetur. Maturius etiā puero q̄ iuueni estate q̄ hieme dari debet. Vnum illud est semp quod ubiq; seruandum est: ut egri uires subinde adsidens medicus inspiciat: et q̄ diu supererunt abstinentia pugnet: si imbecillitatem uereri ceperit cibo subueniat. Id n. eius officium est ut egrum neq; superuacua materia oneret, neq; imbecillitate fami prodat.

Erasistrati de cibo dando.

ITAq; Erasistratum quoq; inuenio: qui q̄uis paru docuit, quando uenter quando corpus ipm̄ exinaniretur: dicenda tn̄ hec esse uisenda. et tum cibum dandum cum corpori deberetur: satis ostendit dum uires superessent dari non oportere. Ne deficerent consulendum esse ex his autem intelligi potest.

Medicum multos simul non posse curare.

AB uno medico multos non posse curari: eumq; si artifex est idoneum esse qui non multum ab egro recedit. Sed qui questui seruiunt quoniam is maior est populo. Libenter amplectuntur ea precepta que sedulitatem non exigunt ut in hac ipa re. facile est. n. dies ul accessiones numerare. His quoq; qui egrum raro uident ille adsideat necesse est: qui quod solum opus est. iusurus est quando nimis imbecillus futurus sit nisi cibum acceperit in pluribus tamen ad initium cibi, dies quartus aptissimus esse consueuit. De diebus egrorum.

EST aute alia etiam de diebus ipis dubitatio: quoniam antiqui potissimu impares sequebatur: eosq; tanq̃ tunc de egris iudicaretur nominabant. In his erat dies tercius .v. vij. viiij. xi. xiiij. xxi. ita ut summa potentia septimo deinde xiiij° deinde xxj° daretur. Superuacue imparem numerum obseruare.

IGITVR sic egros nutriebant ut dieru imparium accessiones expectarent. Deinde postea cibu quasi leuioribus accessionibus instantibus darent. Adeo ut hyppocrates. si alio die febris desisset: recidiuam timere sit solitus id asclepiades ut uanum repudiauit. neq; in ullo die quia par imparue esset uel minus periculum dixit. Interdum. n. peiores dies pares fiunt: et oportunius post eoru accessiones cibus datur. Non nuq̃ etiam in ipo morbo, dierum ratio mutatur. fitq; grauior qui remissior esse consueuerat: aiq; ipse xiiij. par est. in quo esse magnam uim antiqui fatebantur. Qui cum octauu primi naturam habere contenderent: ut ab eo secundus septenarius

numerus inciperet ipi sibi repugnabant. Non octauum neq; decimu neq; duodecimu diem sumendum quasi potentiorem plus.n. tribuebant viiij° et xj° quod cum fecissent sine ulla probabili ratione ab xi.no ad xiij. sed ad xiiij transibant. Est etia apud hyppocratem et quem vij. dies liberaturus sit quartu esse grauissimu. Ita illo quoq; auctore in die pari et grauior febris esse potest et certa futuri nota. Atq; idem alio loco quartum queq; diem: ut in utrumq; efficacissimu apprehendit. idest iiij. vij. xi. xiiij. xvij. in quo et ab impari ad paris numerationem transit.

Et ne hoc qdem propositum conseruauit, cum a septimo die undecimus non quartus sed quintus sit. Adeo apparet quacunq; ratione ad numerum respeximus: nihil rationis sub illo quidem auctore reperiri.

Pythagoras imparem numerum infaustum esse dixit parantem malum.

VERVM in his qdem antiquos tunc celebres ad modu pythagorici numeri fefellerunt: cum hic quoq; medicus non numerare dies debeat sed ipsas accessiones intueri: ex hysq; coniectare quando dandus cibus sit. Illud aute ad rem magis pertinet scire. Tum oporteat dari. cum iam bene uene conquieuerunt. Aut etia num manentibus reliquijs febrium. Antiqui.n.q integerrimis corporibus alimetum offerebant. Asclepiades inclinata qdem febre sed adhuc tame herente: in quo unam rationem sequutus est. No quo non sit interdum maturius cibus dandus si inature timetur altera accessio. Sed quo scilicet q sanissimo dari debeat. minus.n. corrumpitur quod integro corpori infertur.

Neq; tame uanum est quod themison uidebatur. Si duabus horis integer futurus esse eger satius esse tunc dare: ut

ab integro corpore potissimu diduceretur. Nam si didu
ci tam celeriter posset, id esset optimu. Sed cum hoc breue
tempus non prestet, satius est principia cibi a decedente
febre q̄ reliquias ab incipienti excipi: ita si longius tem
pus secundum est, q̄ integerrimo dandum est, si breue
etiā anteq̄ ex toto integer fiat. Quo loco uero integri
tas est, eodem est remissio. Si qua maxime in febre con
tinua potest esse. Atq; hic quoq; queritur, utrum tot ho
re expectande sint, quot febrem habuerunt. An satis
sit prima partem earu preteriri, ut egris iocundius
insidat: quibus interdum non uacat. tutissimu est aut
ante totius accessionis tempus preteriri: q̄uis ubi longa
febris fuit potest indulgeri egro maturius: dum tn̄ an
te minime pars dimidia pretereatur: idq; non in ea so
la febre de qua proxime dictum est: sed in omnibus ita
seruandum est. In qua febre quo tempore cibus dan
dus est.

HEC magis per omnia genera febrium perpetua sut:
nunc ad singulas earu species descendam. Igitur
si semel tm̄ accessit: deinde desijt: eaq; uel ex inguine
uel ex lassitudine uel ex estu aliaue simili re fuit: sic ut
interior nulla causa metum fecerit: postero die cu; tem
pus accessionis ita transijt ut nihil moueret cibus dari
potest. At si ex alto calor uenit, et grauitas uel capitis
uel precordiorū sequuta est: neq; apparet quid corpus in
fuderit: q̄uis unam accessionem sequuta integritas est,
tamē quia tertiana timeri potest expectandus est dies
tertius. Et ubi accessionis tempus preterijt cibus dandus
est sed exiguus: quia quartana quoq; timeri potest: et
die quarto demu. si corpus integrum est eo cu fiducia ute

dum. Si uero postero tercio ue aut quarto die sequita fe
bris est: scire licet morbum esse. Sed tertianarū quartana
riq; quartū et certus circuitus est. et finis integer est: et
quia liberaliter quieta tempora sunt: expeditior ratio est.
de quibus suo loco dicam. Nunc uero eas explicabo que quo
tidie urgent. Igitur tertio quoq; die cibus egro comodissi
me datur: ut alter febrem minuat: alter uiribus subueniat.
S ed is dari debet si quotidiana febris est que ex toto desinat
simul atq; corpus integrum factum est. Si quis nō accessio
nes febres tamen iungunt et quotidie qdem increscunt:
sed sine integritate tamen remittunt. cum corpus ita se
habet: ut maior remissior non expectetur. Si altero die
grauior: altero leuior accessio est. post grauiorem fere ac
cessionem. leuior nox sequitur. quo fit ut grauiorem ac
cessionem nox quoq; tristior antecedat.

S i continua febris leuior non sit et dari cibum necesse e.

AT si continuatur febris: neq; leuior iniq; fit et da
ri cibum necesse est. quando dari debeat dissensio
est qdem: quia fere remissius matutinū tempus
egris est: tunc putant dandum. Qd si respondet nō quia
mane est: sed quia remissior est eger dari debet. Si uero
ne tunc quidem nulla requies egris est: hoc ipo peius id
tempus est. Quod cū sua natura melius esse debeat mor
bi uitio nō est. Simulq; insequitur tempus meridianum
a quo cum omnis eger fere peior fiat: Timeri potest: ne
ille magis etiam q ex consuetudine urgeatur. Igitur alij
uespere tali egro cibum dant. Sed cum eo tempore fere
pessimi si egrotant uerendum est: ne si quid tunc moue
rimus fiat aliquid asperius. Ob hec ad mediam noctem
decurro: id finito iam grauissimo tempore eodemq; lon

gissime distante. Secuturi uero ante lucanis horis quibus omnes fere maxime dormiunt: deinde matutino tempore qd natura sua leuissimu est. Si uero febres uage sunt quia uerendum est ne cibum statim subsequantur. Quando cūq; quis ex accessione leuatus est, hunc debet assumere. Ar si plures accessiones eodem die uenuint considerare oportet pares ne per omnia sint. qd uix fieri potest: an impares si per omnia pares sunt. Post eam potius accessionem cibus dari debet: que non inter meridiem et uespem desinit. Si impares sunt considerandum est quod instet. Nam si altera grauior altera leuior est post grauiorem dari debet. Si altera longior altera breuior post longiorem. Si altera grauior altera longior est considerandum uerū magis affligat illa an hec tempore et potest eam dandum. Sed plene plurimū interest quate qualesq; inter eas remissiones sint. Nam si post alteram febrem motio manet: post alteram integrum corpus est: integro corpore cibo tempus aptius est. Si semper febriculē manet: sed alterum tamē longius tempus remissionis est id potius eligendum est adeo ut ubi accessiones continuantur protinus inclinara priore dandus cibus sic. et.n. perpetuum est ad quod omne consilium dirigi potest. Cibum qm̄ maxime semper ab accessione futura reducere. et hoc saluo dare q̄ integerrimo corpori. Quod non inter duas tantū sed etia inter plures accessiones seruabitur. Sed cum sit aptissimū tertio quoq; die cibum dare: tamen si corpus infirmum est quotidie cibus dandus est. Multoq; magis si continentes febres sine remissione sunt. Quanto magis corpus affligunt aut si due plureue accessiones eodem die uenunt que res efficit ut et a primo die protinus quotidie dari debeat si protinus uene concideruint et sepius eode; die

si inter plures accessiones subinde uis corpori deest. Illud tn in his seruandum est, ut post eas febres minus cibi detur, post quas si per corpus liceret omnino nō daretur. Cum ergo febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat: deinde in decessione consistat aut finiatur. Scire licet optimū cibo tēpus esse febre finita. deinde cum decessio eius consistit:

Tercium si necesse est quandocūq; decedit: cetera omnia periculosa esse. Si tamē propter infirmitatem necessitas urget. Satius esse instante q̄ incipiente: cum eo tn ut nullo tempore is qui deficit non fit sustinendus: neq; hercule satis est ipsas tm̄ febres medicum intueri. sed etiam tocius corporis habitum: et ad eum dirigere curationem: seu super sunt uires seu desunt: seu quidam.. Si aliqua grauioris nuncij egro necesse est nunciari post cibum et somnum esse dicenda.

MALI affectus interueniunt cum uero semper egros securos agere conueniat ut corpore tantū non etiā animo laborent. Tum precipue ubi cibum sumpserunt. Itaq; si qua sunt que ex asperatura eorū animos sunt. optimū est eadem egro tantum noticie subtrahere. Si id fieri non potest sustinere tamen potest cibum usq; somni tempus: et cum experrecti sunt tum exponere.

Quo tempore febrienti potio dari debeat.

SED de cibo facilior quidem cum egris ratio est quorum sepe stomachus hunc respuit, etiā si mens cōcupiscit. De potione uero ingens pugna est. eoq; magis q° maior febris est. Hec enim sitim accendit: et tum maxime aquam exigit cum illa periculosissima est: sed docendus eger est ubi febris quieuerit protinus sitim quoq; quieturā longioremq; accessionem fore. Si quod ei datum fuerit

alimentum ita celerius eum desinere sitire: qui non bibit necesse est tamen quanto facilius etiā sani famem q̄ sitim sustinent tanto magis egris in potione q̄ in cibo indulgere. Sed primo qdem die nullus humor dari debet, nisi subito sic uene conciderunt: ut cibus quoq; dari debeat. Secundo uero ceterisq; etiam quibus cibus non dabitur, tamen si magna sitis urget potio dari potest.

Heraclidis tarentini de potione.

AC ne illud qdem ab heraclide tarentino dictum ratione caret. ubi aut bilis aut egrum, aut cruditas male habet: expedire quoq; per medicas potiones misceri nouam materiam corrupte. Illud uidendum est ut qualia tempora cibo leguntur: talia potioni quoq; ubi sine ullo datur deligantur: aut cum egrum dormire cupiemus: quod uero sitis prohibet, satis autem conuenit.

Feminam post partum febricitantem satis bibere nō debē.

CVM omnibus febricitantibus nimis humor alienus sit: tum precipue esse feminis que ex partu in febres inciderunt. Sed cum tempora cibo potioniq; febris et rationis ratio det: non est expeditissimum scire quando eger febricitet. quando melior fit, quando deficiat: si quibus dispensari illa non possunt. Venis etiam maxime credimus fallacissime rei. quia sepe iste leniores celeriores ue sunt et etate et sexu et corporum natura. Et plerūq; satis sano corpore: si stomachus infirmus est non nūqm̄ etiam incipiente, subeunt et quiescunt ut imbecillus is uideri possit: cui facile adhuc instat accessio.

Quo genere ratio febris agnoscatur.

CONTRA sepe eas concitat et resoluit: sol balneum et exercitatio, et metus, et ira, et quilibet

alius animi affectus. Adeo ut cum primu medicus uenit, sollicitudo egri dubitantis. quomodo ille se habere uideatur. eas moueat. Ob quam causam periti medici est: non protinus ut uenit apprehendere manu brachium. Sed primu residere hilari uultu percunctariq; quēadmodum se habeat. et si quis eius metus est: eum probabili sermone lenire. Tum deinde eius corpori manum admouere. quas uenas aute conspectus medici mouet. q̄ facile mille res turbant. Altera res est cui credimus. Calor eque fallax.

Nam hic quoq; excitatur estu labore somno metu sollicitudine. Igitur intueri qdem omnia etiā ista oportet. Sed his no omnia credere. Ac protinus qdem scire non febricitare eu cuius uene naturaliter ordinate sunt. Teporq; talis est qualis esse sani solet. Non protinus aute sub calore motuq; febrem sese concipere: sed ita si summa quoq; arida inequaliter cutis est. Si calor et in fronte est et ex imis precordijs oritur. Si spiritus ex naribus cum feruore prorumpit. si calor aut rubore aut pallore nouo mutatus est: si oculi graues et aut persicci aut subhumidi sunt. Si sudor cum sit inequalis est: si uene non equis interuallis mouentur.

Medicum contra sedere debere ut faciem egri uideat.

Ob quam causam medicus neq; in tenebris: neq; a capite egri debet residere. sed in lustri loco aduersus ut omnis notas ex uultu quoq; cibantis prospiciat.

Quando eger cibandus sit.

Vbi uero febris fuit atq; decreuit expectari oportet. Num tempora partesue corporis alie paulum madescant: que sudorem uenturu esse testentur. Ac si qua nota est: tunc demū dari potui calidam aquam: cuius salubris effectus est. si sudorem per omnia membra diffudit.

Huius autē rei causa continere eger sub ueste satis multa manus debet. eademq; crura pedesq; contegere: qua male pleriq; egros in ipo impetu febris pessimeq; ubi ardens est male habent. si sudare corpus cepit. interim tepefacere oportet paulatimq; singula membra detergere. At ubi sudor omnis finitus est: aut si is non uenit ubi q̄ maxime potuit idoneus esse cibo eger uidetur. Sub ueste leniter ingendus est: tum detergendus deinde cibus dandus. His autē febricitantibus humidus est aptissimus aut humori certe q̄ proximus. uriq; ex materia leuissima maximeq; sorbitio eaq; si magne febres fuerint q̄ tenuissima esse debet: mel quoq; despumatum huic certe adicitur quo corpus magis nutriatur. Sed si id stomachum offendit superuacuū est: sicut ipa quoq; sorbitio. Dari uero inuicem eius potest: uel intrita ex aqua calida uel alica eluta. Si firmus est stomachus et compressa aluus ex aqua mulsa. Si uel ille languet uel hec profluit ex pusca: et primo qdem cibo ita satis est. Secundo uero aliquid adici potest ex eodem tn̄ genere materie: uel olus uel condalium uel pomū et cum febres qdem increscunt: hic solus idoneus cibus est. Vbi uero aut desinunt aut leuantur: semper quidem incipiendū est ab aliquo ex materia leuissima adiciendum uero aliquid ex media ratione habita subinde et uirium hominis et morbi.

Varios cibos dandos egro Asclepiades iussit.

PONENDI uero egro uarij cibi sicut Asclepiades precepit: tum demū sunt ubi fastidio urgentur. Neq; satis uires sufficiunt: ut paulum ex singulis degustando famem uiret. At si neq; uis neq; cupiditas deest: nulla uarietate sollicitandus eger est: ne plus adsumat q̄ concoquat.

Neq; uerum est quod ab eo dicitur facilius concoqui cibos uarios. eduntur .n. facilius. Ad concoctionem autē materie

genus et modus pertinet. Neq; inter magnos dolores aut neq; increscente morbo: tutum est egrum cibo impleri, sed ubi inclinata in melius ualetudo est. Sunt alie quoq; obseruationes in febribus necessarie: atq; id quoq; uidendum est, quod quidaz solum precipiunt. An strictum corpus sit, an profluat. Quorū alterū strangulat quod continet, alterū digerit. Nam si ad strictum est, ducenda alius est mouenda urina. eliciendus omnimodo sudor: in hoc genere morborum sanguinem etiam misisse concussisse uehementibus gestationibus corpus in lumine habuisse imperasse famem sitim uigiliam prodest. Vtile est etiam ducere in balneum prius dimittere non solium tum unguere. Iterum ad solium redire: multaq; aqua fouere inguina, interdum etiā oleum in solio cum aqua calida miscere: uti cibo rarius et serius tenui simplici molli calido exiguo maximeq; holeribus qualia sunt lapatium urtica malua: ul' iure etiā concharum musculorūue aut locustarum: neq; danda caro nisi elixa est. At potio esse debet magis liberalis et ante cibum et post hunc et cum hoc ultra q̄ sitis coget. Poteritq; a balneo etiā pinguius aut dulcius dari uinum: poterit semel aut bis interponi grecum salsum. Contra uero si corpus profluit sudor coercendus qui es adhibenda erit. tenebris somnoq; quando uelit utendum. Non nisi leni gestatione corpus agitandum et pro genere mali subueniendum.

De uentre fluido.

NAM si uenter fluit aut stomachus non continet. Vbi febris decreuit liberaliter oportet aquam tepidam potui dare et uomere cogere: nisi aut fauces aut precordia, aut latus dolet aut uetus morbus est. Si uero sudor exercet duranda cutis est uel nitro uel sale, que cuz oleo miscentur. at si leuius id uitium est, oleo corpus im

guendum est. Si uehementius rosa, uel melino uel mur
teo: cui uinum austerum sit adiectum. Quisquis autem
fluore eger est: cum uenit in balneum prius unguendus
deinde in solium dimittendus est. Si in cute uicium est fri
gida quoq; q̄ calida aqua melius utetur. Vbi ad cibum ue
tum est dari debet is ualens frigidus simplex, qui q̄ mini
me corrumpi possit, panis tostus, caro assa, uinum aspe
rum uel certe subausterum. Si uenter profluit calidu;
si sudores nocent uomitusq; sunt frigidus.

De curandis febribus.

DEsiderat etiā propriam animaduersionem in fe
bribus pestilentie casus in hac minime utile est,
aut fame aut medicamentis uti aut ducere aluum si
uires sinunt. sanguinem mittere optimū est precipueq;
si cum dolore febris est: si id parum tutum est, ubi febris le
uata est: uomitu pectus purgare: sed in hoc maturius q̄
in alijs morbis: ducere in balneum opus est. Vinum calidū
et meratius dare et omnia glutinosa interque carnem
quoq; generis eiusdem. Nam quo celerius eiusdē modi
tempestates corripiunt eo maturius auxilia etiā cum
quadam temeritate rapienda sunt.

Aliter pueros esse curandos.

QVOD si puer est qui laborat. neq; tm̄ robur eius e
ut sanguis mitti possit. siti ei utendum est. duce
da aluus uel aqua uel tisane cremore. Tum demū leui
bus cibis nutriendus: et ex toto nō sic pueri ut uiri cura
ri debent. Ergo in alio quoq; genere morborū partius
in his agendum est: non facile ducere aluum: non cru
ciare uigilia fameue, aut nimia siti: nō uino curari sa
tis conuenit. Vomitus post febrem eliciendus est. dein dā

dus cibus ex leuissimis. tum is dormiat. Postero quoq; die
si febris manet abstineatur. Tertio ad solem cibum redeat.
D andaq; opera est quantu fieri potest: ut interdum opor
tunam abstinentiam: cibosq; oportunos omissis ceteris nu
triatur. Si uero ardens febris extorqueat: nulla medicame
ti danda potio est. Sed in ipsis accessionibus, oleo et aqua
refrigerandus est: que miscenda manu sunt donec albe
scant: eo conclaui tenendus quo multum et purum aera tra
here possit. Neq; multis uestimentis strangulandus: sed
ad modum leuibus tantu uelandus est. Possunt etia super
stomachum imponi folia uitis in aqua frigida tincta: ac
ne siti qdem nimia uexandus est. Atendus est maturius,
idest adie tertio. et ante cibum hisdem perunguendus.
S i pituita in stomacho coijt: inclinata iam accessione: uome
re cogendus est. et tunc dandum frigidum holus, aut po
tum ex his que stomacho conueniunt. Si siccus manet
stomachus protinus uel tisane uel alice uel orize cre
mor dandus est. cum quo recens adeps cocta sit. Cum ue
ro in summo incremento morbus est idest utiq; no an
te diem. iiij. magna siti antecedente: frigida aqua copio
se prestanda est ut bibat etia ultra satietatem. et cum
iam uentet et precordia ultra modum repleta: satisq;
refrigerata sint uomere debet. Quidam ne uomitum
qdem exigunt: sed ipa aqua frigida tm ad satietatem da
ta pro medicamento utuntur. Vbi ut libet factum est,
multa ueste operiendus est et conlocandus ut dormi
at. fereq; post longam sitim et uigiliam: post multam
satietatem: post infractum calorem, plenus somnus ue
nit: per quem ingens sudor effunditur. Idq; prestantis
simu auxilium est. Sed in his tame in quibus preter ar

dorem nulli dolores nullus precordiorū tumor. nihil prohibent uel in torace uel in pulmone uel in faucibus non uleus non deiectio nō profluuium alui fuit. Si quis autē in ciusmodi febre leniter tussit. is neq; uehementi siti confligatur: neq; bibere aquam frigidam debet. Sed eo modo curandus est: qui in ceteris febribus precipitur.

De emitritis.

A Tubi ingens tertiana est quam medici appellant. magna cura opus est ne id fallat. Habet n. plerūq; frequentiores accessiones decessionesq; ut aliud morbi genus uideri possit. porrigitq; febris inter horas xxiiij. et xxxvi. ut quod id est nō idem esse uideatur. et magnopere necessarium est neq; dari cibum nisi in ea remissione que uera est: et ubi ea uenit protinus dari: pluriq; sub alterutro curantis errore moriuntur. Ac nisi magnopere aliqua res prohibet. inter initia sanguis mitti debet. tum dari cibus qui neq; incitet febrem: et tamē longum eius spatium sustineat.

De lentis febribus.

NON nunq̄ lente febres sine ulla remissione corpus tenent. ac neq; cibo neq; ulli remedio locus est: in casu medici cura esse debet ut morbum mutet. fortasse n. curationi oportunior est. Sepe igitur ex aqua frigida cui oleum sit adiectum: corpus eius retractandum est. Quoniam interdum sic euenit ut horror oriatur et fiat initium quiddam noui motus. Ex quo eo cū magis corpus incaluit. sequatur etiā remissio: in his frictio quoq; ex oleo et sale utilis uidetur. Ac si diu frigus est. et torpor et iactatio corporis non alienum est in ipsa febre dare mulsi tres aut quatuor cyathos. uel cum cibo uinum bene dilutum: intenditur n. sepe ex eo febris. et maior oritur calor simul et priora

mala tollit: et spem remissionis in ea curatione ostendit:
Neq; hercules ista curatio noua est qua nunc quidam traditor
sibi egros qui sub cautioribus medicis trahebantur: interdum
contrarijs remedijs sanant. Si quidem apud antiquos quoq;
ante herophilum et erasistratum maximeq; post hyppo
cratem fuit. Petro qualiter curabat.

PETRO quidam qui febricitantem hominem ubi acce
perat multis uestimentis operiebat: ut simul calo
rem ingentem sitimq; excitaret. Deinde ubi pau
lum remitti ceperat febris: aquam frigidam dabat: ac si
mouerat sudorem: explicuisse se egrum iudicabat. Si non
mouerat: plus etiam aque frigide ingerabat: et tum uome
re cogebat. Si alter utro modo febre liberauerat: protinus
siullam assam et uinum homini dabat. Si non liberabat: de
coquebat aquam sale adiecto: eamq; bibere cogebat: ut
mouendo uentrem purgaret: et intra hec omnis medici
na erat. Eaq; non minus grata fuit his quos hyppocratis
successores non refecerant quam nunc est his quos herophi
li uel erasistrati emuli diu tractos non expedierunt. Neq;
ideo tamen non est temeraria ista medicina quia plures si pro
tinus a principijs excepit interemit. Sed cum eadem omni
bus conuenire non possint fere quos ratio non restituit
temeritas adiuuat. Ideoq; eiusmodi medici melius alienos
egros quam suos nutriunt. Sed est circumspecti quoq; hominis
et nouare interdum et augere morbum et febres accen
dere: quia curationem ubi id quod est non recipit potest
recipere id quod futurum est.

Cura capitis in febribus.

CONSIDERANDVM etiam est febres ne sole sint: an
alia his quoq; mala accedant id est num caput dole

at: num lingua aspera: num precordia intenta sint. Si capitis dolores sunt: rosam cū aceto miscere oportet et in id ingerere: deinde habere duo putacia que latitudinem frontis longitudinemq; equent. Ex his inuicem alterum in aceto et rosa habere: alterū in fronte, aut cinctam hisdem lanam succidam imponere. Si acetum offendit pura rosa utendum est. Si rosa ipsa ledit oleo acerbo. Si ista parum iuuant teri potest.

VHyrisillitricis ad dolorem capitis.

EL hyris arida uel nuces amare uel quelibet herba ex refrigerantibus quorū quidlibet ex aceto impositū dolorem minuit. Sed magis aliud in alio. iuuat etiā panis cum papauere iniectus, uel cum rosa cerusa spumaue argenti: olfacere quoq; uel serpillum, uel anethum, nō alienum est. At si in precordijs inflammatio et dolor est, primo imponenda sunt cathaplasmata repimentia: ne si calidiora fuerint. plus eo materie concurrat. Deinde ubi prima inflammatio se remisit tunc demū ad calida et humida ueniendum est: ut ea que remanserint discutiant.

NOte uero inflammationis sunt quatuor rubor et tumor cū calore et dolore. Quo magis errauit erasistratus qui febrem nullam sine hac esse dixit. Ergo si sine inflammatione dolor est, nihil imponendum est. Hunc.n. ipa febris soluit. At si neq; inflammatio neq; febris sed tantū precordiorū dolor est: protinus calidis et siccis fomentis uti licet. Si uero lingua sicca est et scabra: detergenda primū penicillo est ex aqua calida, deinde unguenda mixtis inter se rosa et melle. mel

purgat, rosa reprimit, simulq; siccessere non sinit. At si scabra nō est sed arida: ubi penicillo detersa est ungui rosa debet. cui cere sit paulum adiectum. Solet etiam ante febres esse frigus, idq; uel molestissimū morbi genus est. ubi id expectatur omni potione prohibendus ē eger. Hec.n. pauloante data multū malici adicit: ita maturius ueste multa tegendus est. Admouenda partibus his pro quibus metuimus: sicca et calida fomentatio sit. Ne statim uehementissimi calores incipiant sed paulatim adcrescant. Perfricande quoq; he partes manibus unctis ex uetere oleo sunt. Eiq; adiciendum aliquid ex calefacientibus: contentiq; medici qdam una fricatione etiā ex quolibet oleo sunt. In harū febrium remissionibus non nulli.iij. aut quatuor sorbitionis cyathos etiā non manente febre dant. Deinde ea benefici ita restituunt stomachum cibo frigido et leni. Ego tum hoc puto temptandum: cū parum cibus semel et post febrem datus prodest. Sed curiose perspiciendum est: ne tempus remissionis decipiat.

Sepe.n. in hoc quoq; genere ualetudinis: iam minui febris uidetur: et rursus intenditur. Itaq; ei remissioni credendum est. que etiā immoratur: et iactationem fetoremq; quēdam oris quam ozen greci uocant minuit. Illud satis conuenit: si quotidie pares accessiones sunt: quotidie paruum cibum dandum. Si impares post grauiorem cibum post leniorem aquam mulsam.

De horroribus et curationibus.

HORROR autē eas fere febres antecedit que certum habent circuitum et ex toto remittuntur. Ideoq; tutissime sunt maximeq; curationes admittunt. Nam ubi incerta tempora sunt: neq; alui ductio neq; balneū,

neq; uinum: neq; medicamentu aliud recte datur. Incertu
est n. quando febris uentura sit: ita fieri potest. ut si subi
to uenerit summa in eo pernicies sit. Quod auxilij causa sit
inuentum nihilq; aliud fieri potest: q̄ ut primis diebus be
ne abstineatur eger. Deinde sub decessu febris eiusq; gra
uissima est cibum sumat. At ubi certus circuitus est. faci
lius omnia illa temptantur: quia facilius proponere nobis et
accessionum et decessionum uices possumus. In his aute cum
ueterauerunt utilis famis nō est. Primis tantumodo diebus
ea pugnandum est. deinde curatio est. Et ante horror tum
febris discutienda. Igitur cum primu aliquis inhorruit incalu
it: dare ei oportet potui tepidam aquam subsalsam et uome
re eum cogere. Nam fere talis horror ab his oritur que bilio
sa in stomacho resederunt. Idem faciendum est si proximo
quoq; circuitu eque cessit. Sepe n. sic discutitur. Iamq; quod
genus febris sit scire licet. Itaq; sub expectatione proxime
accessionis que instare tercia potest: deducendus in balneu
est: dandaq; opera est: ut per tempus horrotis in solio sit.
Si ibiq; senserit nihilominus idem sub expectatione accessio
nis quarte faciat. Si qdem eo quoq; modo sepe id discutitur.
Si nec balneum qdem profuit ante accessionem allium edat
aut bibat calidam aquam cum pipere. Si qdem ea quoq; adsup
ta calorem nō adinuitat. Deinde eo modo qui in frigore pre
ceptus est anteq̄ inhorrere possit operiatur. Fomentis que
se protinus ualidioribus totum corpus circūdare conuenit.
Maximeq; inuolutis extinctis testis et titionibus. Si nihilomi
nus horror perruperit multo oleo calefacto inter ipsa ue
stimenta perfundatur. Cui eque ex calefacientibus aliqd
sit adiectum: adhibeaturq; frictio quantam is sustinere po
terit maximeq; in manibus et pedibus et spiritum ipse con

tineat. Neq; desistendum est etiā si horror est. Sepe n. pertinē
tia iuuantis malum corporis uincit. Si quid euomuit: danda
aqua tepida. Iterūq; uomere cogendus est. Vtendumq; eisdē;
est donec horror finiatur. Sed preter hec ducenda aluus est:
si tardius horror quiescet. Si qdem id quoq; exonerato corpo
ri prodest: ultima quoq; post hec auxilio sunt gestatio et
frictio. cibus autē in eiusmodi morbis maxime dandus est.
qui mollem aluum prestet. Caro glutinosa: uinum eum dabit
austerum. hec ad omnes circuitus febrium pertinent. Discer
nende tn̄ singule sunt sicut rationem habent dissilēm. Si quo
tidiana est triduo primo magnopere abstinere oportet. tum
cibis altero quoq; die uti. Si res inueterauerit: post febrem
experiri balneum et uinum: magisq; si horrore sublato: hec
superest. Si tertiana uero que ex toto intermittit aut quar
tana est: mediis diebus et ambulationibus uti oportet: aliis
q; exercitationibus et unctionibus. ... ¶ artanes. ...

C leophantus ante asclepiadem remedium tertianis et qu

QVIDAM ex antiquioribus medicis cleophantus in hoc
genere morborū multo ante accessionem per caput
egri multa calida aqua perfundebat. deinde uinum
dabat. qd' q̄uis pleraq; eius uiri precepta secutus est asclepi
ades recte tamē preterit. Est n. anceps ipē si tertiana fe
bris est quotidie post accessionem dicit aluum duci oportere.
q uinto post horrorem uomitū elicere. Deinde post fe
brem sicut illi mos erat adhuc calidis dare cibum et uinum.
Sexto die in lectulo detineri. Sic n. fore ne septimo die
febris accedat. Id sepe fieri posse uerisimile est. Tutius tn̄
est ut hoc ipō ordine utamur tria remedia. Vomitus alui
ductionis uini potus per triduum idest die tertio et qnto
et septimo temptare: nec uinum nisi post accessionē diei

vij. bibat. Si uero primis diebus discussus morbus non est: in cuiusq; in uetustatem, quo die febris expectabitur in lectulo se contineat: post febrem perfricetur. Tum cibo adsumpto bibat aquam: postero die quo cibo uacat et ab exercitatione unctioneq; aqua contentus conquiescat: et id qdem optimu est. Si uero imbecillitas urgebit: et post febrem uinum et medio die paulum cibi debebit adsumere: Eadem in quartana facienda sunt. Sed cum hec tarde ad modum finiatur: nisi primis diebus discussa est: diligentius ab initio precipiendum est quid in ea debeat fieri. Igitur si cui cū horrore febris accessit ea que desijt: eodem die et postero tertioq; continere se debet. et aquam tnmodo calidam, primo die post febrem sumere biduo quantum fieri potest ne hanc qdem. Si quarto die cum horrore febris reuertitur: uomere sicut ante preceptum est. Deinde post febrem modicum cibum sumere: uini quadrantem, postero dieq; abstinere: aqua tnmodo calida si sitis est adsumpta: octaua die balneo frigus preuenire. Si febris redierit ducere alium. Vbi ex eo corpus conquieuerit in unctione uehementer perfricari: eodeq; modo sumere cibum et uinum: biduo proximo se abstinere frictione seruata. Decimo die rursus balneum experiri: et si postea febris accessit eque perfricari. Vinum copiosius bibere. Ac si proximus est quies tot dierum et abstinentia cum ceteris que p-cipiuntur febrem tollant. Si uero nihilominus remanet aliud ex toto sequendum curationis genus. Idq; a gendum ut quod diu sustinendum est corpus facile sustineat. Quominus etiā curatio probari heraclidis tarentini debet. qui primis diebus ducendam alium, deinde abstinendum usq; in septimū diem dixit: quod ut sustinere aliquis

posset. tamē etiam febre liberatus uix refectioni ualebit: adeo si febris sepius accesserit concidet. Igitur tertio decimo die morbus manebit. balneum neq; post eum temptandum erit: nisi interdum iam horrore discusso. horror ipe per eadem que supra prescripta sunt expugnandus. Deinde post febrem oportebit ungi et uehementer perfricari cibum et ualidum et fortiter adsumere. Vino uti quantū libebit.

P ostero die cum satis quieuerit ambulare exerceri, ungi, perfricari: fortiter cibum accipere sine uino. Tertio die abstinere. quo die uero febrem expectabit: ante surgere et exerceri dareq; operam non oportet ut in ipam exercitationem tempus febris incurrat. Sic n. sepe illa discussit ura si in opere occupauit: tum demum se recipere in eiusmodi ualetudine medicamenta sunt, oleum, frictio, exercitatio cibus uinum. Si uenter astrictus est soluendus est. Sed hec facile ualidiores faciunt. Si imbecillitas occupauit: pro exercitatione gestatio est. sine hanc qdem sustinet. adhibenda tamē frictio est. Si hec quoq; uehemens onerat. intra quietem et unctionem et cibum sustinendum est. dandaq; opera est ne aliqua crudelitas in quotidianā id malum uertat. Nam quartana neminem iugulat. Sed si ex ea facta quotidiana in malis eger est. quod tamen culpa uel egri uel curantis non nunqm̄ fit.

De duabus quartanis.

AT si due quartane sunt: neq; he quas proposui exercitationes adhiberi possunt: aut ex toto quiescere opus est. At si id difficile est. leniter ambulare cōsidere diligenter inuoluti pedibus et capite. Quotiens febris accessit et desijt cibum modicum sumere: et uinum reliquo tempore nisi imbecillitas urget abstinere. Aut si due

febres pene iunguntur. post utrāq; cibum sumere. deinde ua
cuo tempore et moueri aliquid et post unctionem cibo uti.
C um uero uetus quartana raro nisi uere soluatur. utiq; eo te
pore attendendum est. ne quid fiat quod ualetudinem impe
diat. Prodest q; in uetere quartana mutare subinde uictus
genus a uino ad aquam. ab aqua ad uinum: a lenibus cibis ad
acres: ab acribus ad lenes transire esse de re radicem deinde
uomere. Iure ue pulli gallinacei. uentrem resoluere: oleū
ad frictiones adicere: calefacientia ante accessionem sorbe
re. uel aceti cyathos duos uel unum senapis cum tribus gre
ci uini salsi uel mixta paribus portionibus et in aqua diluta
piper castoreum laser myrram: per hec.n. similiaq; corpus
agitandum. ut moueatur ex eo statu quo detinetur. Si febris
quieuit diu meminisse eius diei conuenit: eoq; uitare frigus
calorem. cruditatem. lassitudinem. Facile enim reuertitur
nisi a sano quoq; aliqm̄ diu timetur.

De quotidiana que ex quartana accessit.

AT si ex quartana quotidiana facta est. cum id uitio
inciderit per biduum abstinere oportet. frictione
uti aquam tm̄modo uespere potui dare tertio die sepe fit ne
febres accedat. sed siue fuit siue non fuit cibus post accessiōis
tempus est dandus. At si manet per biduum abstinentia qua
ta maxime imperari corpori potest fricatione quotidie u
tendum est.

De insania quam greci phrenesim uocant.

ET febrium qdem ratio exposita est. Supersunt uero
alij corporis affectus qui hinc superueniunt: ex qbus
eos qui certis partibus designari non possunt. protinꝰ
iungam. Incipiam ab insania. primāq; ipius eius partem
aggrediar. que et acuta et in febre est. greci
appellant. Illud ante omnia scire oportet interdum in ac

cessione egros desipere et loqui aliena. Quod non qdem leue est: neq; incidere potest nisi in febre uehementi. non tamē eque pestiferum est. Nam plerūq; breue esse consueuit: leuatoq; accessionis impetu protinus mens redit. Neq; ūl genus morbi remedium aliud desiderat: qm̄ quod in curanda febre preceptum est:

Quid sit phrenesis.

PHRENESIS uero tunc demum est cum continua dementia esse incipit: aut cum eger q̄uis adhuc sapiat tamē quasdam uanas ymagines accipit: perfecta est ubi mens illis ymaginibus addicta est. Cius autē plura genera sunt. Si qdem ex phreneticis: alij hilares alij tristes sunt alij facilius continentur et intra uerba desipiunt: alij consurgunt et uiolenter quedam manu faciunt: atq; ex his ipis: alij n̄ nihil nisi impetu peccant. alij etiā artes adhibent. Summāq; speciem sanitatis in captandis maiorum operum occasionibus prebent: sed exitu deprehenduntur. Ex his autē eos qui intra uerba desipiunt: aut seniter etiam manu peccāt onerare asperioribus coertionibus superuacuum est.

De cura insanie.

EOs uero qui uiolentius se gerunt uincire se conuenit: ne uel alteri uel sibi ipi noceant. neq; credendum est: si uinctus aliquis dum leuari uinculis cupit: sanum se fingat: q̄uis prudenter et miserabiliter loquatur. quoniam is dolus insanientis est. Fere uero antiqui tales egros in tenebris habebant: eo qd eis contrarium esset exterreri et ad quietem animi tenebras ipas conferre aliquid iudicabant. At asclepiades tanq̄ tenebris ipis terrentibus in lumine habendos eos dixit. Neutrum tamē quippe; tuum est.

A lium .n. lux alium tenebre magis turbant. Reperiuntur q; in quibus nullum discrimen deprehendi uel hoc uel illo modo

possit. Optimum uaq; est utruq; experiri et habere eum
qui tenebras horret in luce: eum qui lucem in tenebris.
A ubi nullum tale discrimen est: eger si uires habet loco
lucido si non habet obscuro continendus est. Remedia ue-
ro adhibere ubi maxime furor urgat superuacuum est.
Simul n. febris quoq; increscit. Itaq; tum nihil nisi conti
nendus eger est. Vbi uero uires patitur festinanter subue
niendum est. Asclepiades perinde esse dixit his sangui
nem mitti ac si trucidentur. Rationem hanc sequuntur qd
neq; insania esset nisi febre intenta. Neq; sanguis ni
si in remissione eius recte mitteretur sed ipe in his somni
multa structione quesiuit. Cum et intentio febris somnum
impediat et structio non nisi in remissione eius utilis sit. Ita
q; hoc quoq; auxilium debuit preterire. Quid igitur est
multa in precipui periculo recte fiunt: alias omittenda et
continuata quoq; febris habet tempora quibus et si non re
mittit non tamen crescit. Est q; hoc ut non optimum sic in
secundis remedij tempus. Qd si uires egri patiuntur san
guis quoq; mitti debet minus deliberari potest an aliuus
ducenda sit. Tum interposito die conuenit caput ad cu
tem tondere. Soranus nihil miscere aque siue oleo
iubet propter odorum noxam.

DEINDE aqua fouere in aqua uerbene alique de
coctae sint uel ex reprimentibus aut prius foue
deinde tondere et utru fouere ac nouissime rosa ca
put naresq; implere offerre etia naribus rutam ex a
cetto contritam mouere sternutamenta medicamentis
in id efficacibus quae tamen facienda sunt in his quibus
uires non desunt. Si tamen imbecillitas est rosa tm ca
put adiecto serpillo similiq; uel aliquo madefaciendus e.

Vtiles etiam in quibuscuq; utribus herbe due sunt solanum et muralis simul ex utraq; succo expresso caput impleat cum se febris remiserit frictione utendum est partius tamen in his qui nimis hilares q̃ in his qui nimis tristes sunt.

Adversus omnium autem sic insanientium animos gerere se pro cuiusq; natura necessarium est. Quorudam n. uanitatis leuandi sunt sicut in homine prediuite famem timente incidit cui subinde falsae hereditates nunciabantur. quorudam audacia coercenda est sicut in his fit in quibus continendis plagae quoq; adhibentur. Quorundam etiam in tempestiuis risus et obiurgatione et minis prohibendus est. Quorudam discutiende tristes cogitationes ad quod symphonie et cymbala strepitusq; prosiciunt. Sepius tamen ad sentiendum q̃ repugnandum est paulatimq; et nõ euidenter ab his que stulte dicentur ad meliora mentis eius abducenda est. Interdum etiam eliciendia ipsius intentio ut fit in hominibus studiosis litterarum quibus liber legitur aut recte si delectantur aut ꝓperam si id ipm eos offendit emendando n. conuertere animu incipiunt. quetiam recitare siqua meminerunt cogendi sunt ad cibum quoq; quosdam nõ desiderantes reduxerunt hi qui inter epulantes eos conlocauerunt omnibus uero sic affectis somnus et difficilis et precipue necessarius est. Sub hoc enim plerique sanescunt.

PSoranus his repugnat ut supra notatum est. RODEST ad id atq; etiam ad mentem ipam componendam crocinum unguentum cum hyrino in caput datur. De Somno.

SI nihilominus uigilant hi quidam somnii molimentum potui dant aquam in qua papauer aut hyo

scyamos decocta sit. Alij mandragore mala puluino subici
unt. Alij amomū uel sicamini lacrimam fronti inducunt:
hoc nomen apud medicos reperio: sed eum greci morum
CYRAMINON appellant: mori nulla lacrima est. Si uero
significatur lacrima arboris in egypto nascentis, quam ibi
moron scyon appellant. Plurimi decoctis papaueris corti
cibus: ex ea aqua subinde spongia os et caput fouent.:-

A Asclepiades his repudiatis hec precipit.:-

ASCLEPIADES ea superuacua esse dixit: quoniam i
letargum sepe compellerent: precipit autē ut primo
die a cibo potione somno abstineretur. Vespere n. daretur
potui aqua. tunc frictio amoueretur lenis ita ut ne tantū
manum quidem perfricaret: uehementer imprimeret. Po
stero deinde die hisdem omnibus facties.:-

V Soranus hec matutinis horis fieri iubet.

VESPERE ei daretur sorbitio. et aqua rursusq; frictio
adhiberetur. Per hanc n. nos consecuturos ut som
nus accedat: id interdum fit. et qdem adeo ut illo consiten
te nimia frictio etiā letargi periculum afferat. Sed si sic
somnus non accessit: tum demū illis medicamentis accersen
dus est. habita scilicet eadem moderatione que hic quoq;
necessaria est. Ne quem obdormire uolumus excitare
postea non possimus. Consert etiam aliquid ad somnum
si lanrum iuxta cadens. . . Gestatio omittenda.:-

VEL gestatio post cibum et noctu: maximeq; suspen
si lecti motus. neq; alienum est. Si neq; sanguis an
te missus est. neq; mens constat. neq; somnum acce
dit occipitio inciso: cucurbitulam admouere: que quia leuat
morbum, potest etiā somnum facere. Moderatio autē in
cibo quoq; adhibenda est. Nam neq; implendus eger est. ne

insaniat: neq; ieiuno utiq; uexandus est: ne imbecillitate in cardiacum recidat. Opus est autē cibo infirmo: maxiē q; sorbitione: potione aque mulse. cuius ternos cyathos bis hyeme: quater estate dedisse satis est.

De alio genere insanie quod sine febre est.

ALTERVM genus insanie est: quod spatium longius recipit: quia fere sine febre incipit. leues deinde febriculas excitat: et consistit in tristitia. quam uidetur bilis atra contrahere. In hac utilis purgatio sanguinis est. Si quid hunc prohibet: prima est abstinentia: secunda per album ueratrum uomitumq; purgatio.

Hoc in declinatione:

DEIECTIO post utrumlibet adhibenda bis die frictio est. Si magis ualet frequens etiā exercitatio. In ieiuno uomitus: cibus sine uino dandus ex media materia est. Quam quotiens posuero scire licet etiam ex infirmissima dari posse: dum ne illa sola quis utatur: ualentissima est tantūmodo esse remouenda. Hoc satis utile.

PRETER hec seruanda aliuis est: quam tenerrima remouendi terrores et potius bona spes afferenda. Querenda delectatio ex fabulis ludisq; quibus maxime capi sanus assueuerat. Laudanda si qua sunt ipsius opera et ante oculos eius ponenda. leuiter obiurganda uana tristitia. Subinde admouendus in his ipis rebus que sollicitat. Cur non potius leti qm̄ sollicitudinis causa sint. Si febris quoq; accessit sicut alie febres curanda est.

De tertio genere insanie qui sunt melancolici.

TERTIVM insanie genus est ex his longissimum adeo ut uitam ipam non impediat. quod robusti corporis esse consueuit. Huius autē speties due sunt.

Nam qdam imaginibus nō mente falluntur: qualem insanientem aiacem uel orestem poetarū fabule ferunt: quidam animo desipiunt: si imagines fallunt: ante omnia uidendum est: tristes an hilares sint. In tristicia nigrum ueratrum deiectionis causa. in hilaritate album aduomitum excitandum dari debet: idq; si in potione non accepit pani adiciendum est quo facilius fallat. Nam si bene se purgauerit ex magna parte morbum leuabit. Ergo et si semel datū ueratrum parum profecerit: interposito tempore iterū dari debet. Neq; ignorare oportet leuiorem esse morbum cū risu q̄ serio insanientium. Illud quoq; perpetuū est in omnibus morbis: ubi ab inferiore parte purgandus aliquis est. uentrem eius ante soluendum esse. ubi a supiore cōprimendū. Hoc utile.

Si uero consilium insanientem fallit tormentis quibusdam optime curatur. ubi ꝑpenitam aliqd dixit aut fecit. fame iunculis, plagis coercendus est. Remotis plagis omnia utilia.

Cogendus est et attendere et ediscere aliquid et meminisse. Sic n. fiet ut paulatim metu cogatur considerare quid faciat. Subito etiā teneri et expauescere in hoc morbo prodest. Et fere quicquid animū uehementer perturbat. Potest n. quedam fieri mutatio: cū ab eo statu mens in quo fuerat adducta est. Inter etiā is ipse sine causa subinde redeat an mestus dimissusq; sit. Nam demens hilaritas terroribus his de quibus supradixi melius curatur. Si nimia tristitia est prodest lenis et multa bis die frictio. Item per caput aqua frigida infusa dimissumq; corpus in aquam et oleum. Illa cōmunia sunt: insanientes uehementer exer-

ceri debere: multa frictione uti: neq; pinguem carnē neq; uinum adsumere. Cibis uti post purgationem ex media materia q̄ leuissimis: non oportere esse uel solos uel inter ignotos, uel inter eos quos aut contemnant aut neglegant. mutare debere regiones: et simens redit annua peregrinatione esse iactandos. Raro sed aliqn̄ tamen ex metu delirum nascitur: quod genus insanientiū specie similiq; uictus genere: curandum est preterq̄ quod in hoc sanie genere solo recte uinum datur.

De cardiacis.

HVIC morbo precipue contrarium est id genus qd' KAPMAKON agrecis nominatur, q̄uis sepe ad eum phrenetici transeunt. Si qdem mens in illis labat, in hoc constat. id autē nihil aliud est q̄ nimia imbecillitas corpis, qd' stomacho languente in modico sudore digeritur. Licet q; protinus scire id esse ubi uenarum exigui imbecilliq; pulsus sunt. Sudor autē supra consuetudinem et modo et tempore ex toto thorace et ceruicibus atq; etiā capite prorumpit. Pedibus tm̄modo et cruribus siccioribus atq; frigentibus. At ubi id morbi genus est. Curatio prima est supra precordia imponere que reprimant cathaplasmata. Secundo sudorem prohibere id prestat acerbum oleum uel rosa, uel melinum aut myrteum. quorū aliquo corpus leniter perungendum. Ceratumq; ex aliquo horum imponendum est. Si sudor uincit deliniendus homo est: uel gypso uel argenti spuma, uel cimolia creta: uel etiā subinde horū respargendus puluere. Idem prestat puluis ex contritis aridi myrti uel rubij folijs: aut ex austere et boni uini arida fece: pluraq; similia sunt, que si desunt: satis utilis est quilibet ex uia puluis iniectus.

Super hec uero quominus corpus insudet: leui ueste debet esse contectus loco no calido: fenestris patentibus: sic ut perflatus quoq; aliquis accedat. Tertium auxilium est imbecillitati iacentis cibo uinoq; succurrere. Cibus non multus qdem sed sepe tamē nocte ac die dandus est: ut nutriat neq; oneret. His esse debet ex infirmissima materia et stomacho aptus. Nisi autē necesse est ad uinum festinare non oportet. Si uerendum est ne deficiat: tum et intrita ex hoc et hoc ipm austerum qdem sed tamen tenue meratum. Egelidum subinde et liberaliter dandum est adiecta polenta: si modo is eger parum cibi assi adsumit. Idq; uinum esse debet neq; nullarū uirium, neq; ingentium: recteq; tota die ac nocte uel tres heminas eger bibet. Si uastus corpus est plus etiā. Si cibum nō accipit perunctum ante perfundere aqua frigida conuenit et tum dare. Qd si stomachus resolutus parum continet et ante cibum et post eum sponte uomere oportet.

Rursusq; post uomitum cibum sumere. sine id qdem manserit sorbere uini ciathum: interpositaq; hora sumere alterum. Si id quoq; stomachus reddiderit: totum corpus bulbis contritis super illinendum est. qd ubi maruerunt: efficiunt ut uinum in stomacho contineatur. Exq; eo toto corpori calor uenisq; uis redeat. Vltimū auxilium est in aliuum tisane uel alice tremorem ex inferioribus inicere. Si qdem id quoq; uires tuetur. Neq; alienum est: naribus quoq; estuantis id mouere quod reficiat: id est rosam et uinum: et si qua in extremis partibus frigent: unctis et calidis manibꝰ fouere: per que si consequi potuimus: ut et sudoris impetus minuatur et uita prorogetur. incipit iam tempus ipm esse presidio. ubi in tuto esse uidetur. uerendum est tn ne ad eadem imbecillitatem cito recidat. Itaq; humido tamū remo-

to quotidie ualidiorem cibum debet adsumere: donec satis uirium corpori redeat.

De alio morbo et insania et lethargo.

ALITER quoq; morbus est: aliter phreneticis contrarius. In illo difficilis somnus prompta ad omnem audaciam mens est. At in hoc marcor et inexpugnabilis pene dormiendi necessitas: lethargum greci nominat. Atq; id quoq; genus acutum est. et nisi succurritur celeriter iugulat. Hos egros qdem subinde excitare nituntur admotis his que per sternutamenta euocantur: et his que odore fedo mouent. Qualis est pix cruda lana succida piper ueratrum castoreum acetum allium cepa. Iuxta etiā galbanum incendunt aut pilos aut cornu ceruinum. Si id nō est quodlibet aliud. Hec n. cū comburuntur odorem fedum mouent. Tharrias uero qdam accessionis esse id malū dixit. leuariq; cū ea decessit. Itaq; eos qui subinde excitant sine usu male habere. Interest autē in decessione expergiscatur eger. An cum febris non leuetur: an leuata quoq; ea somnus urgeat. Nam si expergiscitur adhibere ei ut sopito superuacuu est: neq; n. iugilando melior fit: sed per se si melior est iugulat. Si uero continens ei somnus est utiq; excitandus est: sed his temporibus qbus febris leuissima est: ut et excernat aliquid et sumat. Excitat autē ualidissime repente aqua frigida insusa post remissionem. Itaq; perunctum oleo multo corpus: tribus aut quatuor amphoris totum per caput perfundendum est. Sed hoc utem si equalis egro spiritus erit. Si mollia precordia sint aliter hec erunt ea potiora que supra comprehensa sunt: et quod ad somnum qdem pertinet: cōmodissima hec ratio est. Medendi autē causa caput radendum deinde postea fouēdus

est aqua in qua laurus et ruta decocta sit. Altero die im
ponendum castoreum: aut ruta ex aceto contrita. aut lau
ri bacce: aut hedera cū rosa et aceto precipueq; proficit
et ad excitandum hominem naribus ad motum et ad mor
bum ipm depellendum capiti frontiue impositum senape.
G estatio etiā in hoc morbo prodest: maximeq; oportune
cibus datus, idest in remissione quanta maxima inueniri
poterit. Aptissima autē sorbitio est donec morbus decre
scere incipiat: sic ut si quotidie detur. Si alternis post
grauiorem sorbitio: post leuiorem mulsa aqua. Vinum
quoq; cū tempestiuo cibo datum nō mediocriter adiuuat.
Qd si post longas febres eiusmodi torpor corpori accessit
cetera eadem seruanda sunt. Ante accessionem autē tri
bus quatuorue horis castoreum. Si uenter adstrictus est
mixtum cū scamonea si non est: per se ipm cum aqua dandū
est. Et si precordia mollia sunt cibis utendum est pleniori
bus. Si dura in hisdem sorbitionibus subsistendum impo
nendumq; est precordijs. quod simul et reprimat et e
molliat. :- De hydropico. :-

SED hic qdem acutus est morbus. longus uero fie
ri potest: eorū quos aqua inter cutem male hab;
nisi primis discussus est. hydropa greci uocant. At
q; eius tres species sunt. Nam modo uentre uehementer
intento creber intentus ex motu spiritu sonus est. modo
corpus inequale est. humoribus aliter: aliterq; per totum
id orientibus: modo intus in unum aqua contrahitur: et
moto corpore ita mouetur: ut impetus eius conspici possit.

Hydropis tria genera.

PRIMVM tympanitem. Secūdum leucoflecman
tiam uel hyposarca. Tertium asciten greci nominat.

Comunis tamen omniu est humoris nimia habundantia. Ob quam ne ulcera qdem in his egris facile sanescunt. Sepe uero hoc malum per se incipit: sepe alteri uetusto morbo maxime quartane superuenit. Facilius in seruis qm in liberis tollitur. quia cum desideret famem sitim mille tedia longamq; patientiam promptius his succurritur qui facile coguntur. q̄ quibus inutilis libertas est. Sed ne hi qdem qui sub alio sunt. si ex toto si temperare no possu ad salutem perducuntur. Ideoq; non ignobilis medicus chrysippi discipulus apud antigonum regem amicum quēdam eius note intemperantie mediocriter eo morbo implicitu negauit posse sanari. Cumq; alter medicus eparotes philippus se sanaturum pollicerentur. respondit illum ad morbu egri respicere se ad animu. Neq; eum res fefellit. Ille n. cum summa diligentia non medici tantumodo sed etiā regis custodiretur tame malagmata sua deuoranda. bibendoq; suam urinam in exitium se precipitauit. Inter initia tame non difficillima curatio est. si imperata sunt corpori quies sitis inedia. At si malum inueterauerit no sine magna molestia discutitur.

Metrodorus epicurus hoc morbo sanatus est.

Metrodorum tame epicuri discipulum refertur cū hoc morbo temptaretur neq; equo animo ferret necessariam sitim: ubi diu abstinuerat bibere solitum deinde euomere. quod si redditur quicquid receptum est multum tedio deinit. Si a stomacho retentum est morbum auget. Ideoq; in quolibet temptandum no est. Sed si febris quoq; est hec in primis submouenda est per eas rationes per quas huic succurri posse propositū e.

Si sine febre eger est. tum demu ad ea ueniendum est que ipi

morbo mederi solent. Atq; hic quoq; quecuq; species est. Si nondum nimis occupauit hisdem auxilijs opus est, multum ambulandum currendum aliquid est: superiores maxime partes sic perfricande ut spiritum ipe contineat. Euocandus est sudor: non exercitatione tm modo sed etiā in harena calida uel laconico uel clibano, similibusq; alijs maximeq; utiles naturales et sicce sudationes sunt: quales super uias habemus, in myrtetis balineum atq; omnis humor alienus est. Ieiuno recte catapotia dantur facta ex absinthij duabus, myrre tertia parte. Cibus esse debet ex media materia, sed tamē generis durioris. Potio non ultra danda est, q̄ ut uitam sustineat. Optimaq; est que urinam mouet. Sed id tamē moliri cibo q̄ medicamento melius est.

Duriores siccioribus. :-

SI tamen res coget ut ex his aliquid detur: prestanter id decoquendu; eaq; aqua potui danda. Videntur aut hanc facultatem habere iris, nardum, crocum, cinamum, amomū, cassia, myrra, balsamū, galbanum, ladanum, oenante, panace, cardamomū, hebenus, cupressi semen: uua tymima quam greci nominant.

A brotanum rose folia acorum amare nuces, tragoriganum, storax, costus, iunci quadrati et rotundi semen. Illū exoinon hunc greci uocant. Que quotiens posuero nō que hic nascuntur: sed que inter aromata afferuntur significabo. Primo tn que leuissima ex his sr. Idest rose folia uel nardus spica temptanda sunt. uinum quoq; utile est et austerum sed qm̄ tenuissimū. Coinodu; est etiā lino quotidie uentrem metiri et qua comprehendit aluum, notam imponere, postero die uidere si plenius corpus sit an extenuetur. Id n. quod tenuatur medici

nam sentit. Neq; alienum est metiri et potionem eius et urinam. Nam si plus humoris excernitur qm̄ adsumitur: ita demum secunde ualetudinis spes est.

Exemplum Asclepiadis.

Asclepiades in eo qui ex quartana in hydropa decidera, se abstinentia bidui et frictione usum. Tercio die iam et febre et aqua liberato cibum et uinum dedisse memorie prodit. Hactenus communiter de omni specie dici potest. Si uehementius malum est diducenda ratio curandi est. Ergo si inflammatio et ex ea dolor creber est utilis quotidianus: aut alterno quoq; die post cibum uomitus est. fomentis siccis calidisq; utendum est. Si per hec dolor nō finitur, necessarie sunt sine ferro cucurbitule. Sine per has qdem tormentum tollitur: incidenda cutis e et cu his utendum ultimū auxilium est. si cucurbitule nihil profuerunt per aliuum infundere aquam copiosam calidam eamq; recipere. Quin etiā quotidie ter quater ue opus est uti frictione uehementi cum oleo et quibusdam .eccl. facientibus. Sed in hac frictione a uentre abstinendum est. Imponendum uero crebrius in eum sinapidon et cutem erodat. Ferramentisq; candentibus pluribus locis uenter exulcerandus est et seruanda ulcera diutius. Vtiliter etiā scylla cocta delenitur cutis. Sed diu post has inflammationes abstinendum est ab omnibus inflantibus.

De hydrope leucoflecmantia.

At si id uitium est cui nomen est eas partes que tument subicere soli oportet: Sed non nimium ne febricula incidat. Si is uehementior est, caput uelandum est utendumq; frictione: madefactis tantū manibus aqua cui sal uel nitrum et

olei paululum sit adiectum: sicut aut pueriles aut mu
liebres manus adhibebantur: quo mollior earu tactus sit.
Idq; si uires patiuntur ante meridiem tota hora: post me
ridiem semihora fieri oportet. Vtilia etia sunt cathaplas
mata que reprimunt. Maximeq; si corpora teneriora
sunt. Incidendum quoq; est super aliuum quatuor fere
digitis talum. Ex parte inferiore qua per aliquot dies fre
quens humor feratur atq; ipos tumores incidere altis pla
gis oportet. Concutiendumq; multa gestatione corpus
est: atq; ubi inducte uulneribus cicatrices sunt: addicien
dum et exercitationibus est et cibis: donec corpus ad pri
stinum statum reueriatur. Cibus ualens esse debet et
glutinosus maximeq; caro. Vinum si propter stomachum
licet dulcius. Sed ita ut inuicem biduo triduoue modo
aqua modo id bibatur. Prodest etia lactuce marine que
grandis iuxta mare nascitur, semen cu aqua potui datu.
Si ualens est qui id accepit ei scylla cocta detinguitur si
cut supra delinitur sicut dixi. Auctoresq; multi sicut
inflatis uesicis pulsandos tumores esse. Si uero id mor
bi genus est quo in uteru multa aqua contrahitur, am
bulare sed magis modice oportet. Malagina quod dige
rat impositum habere, idq; ipm super imposito triplici
panno: fascea tamen non nimium uehementer astrin
gere. . . Cura farrie. .

QVOD atharria profectum seruatum esse a plu
ribus uideo. . . De iecore et liene. .

Si iecur aut splenem affectum esse manifestum e
ficum pinguem contusam adiecto melle super
ponere. Si per talia auxilia uenter non siccatur
sed humor nihilominus habundat celeriore uia succur

tere ut is per uentrem ipsum emittatur. ..

N Erasistrato displicuit. :-

Neq; ignoro erasistrato displicuisse hanc curandi uiam. Morbum.n. hunc iocineris putauit. Ideoq; ita illum esse sanandum: frustraq; aquam emitti que uicia to illo subinde nascatur. Sed primu non huius uisceris unius hoc uicium est. Nam splene affecto et non tocius corporis malo habitu fit. deinde ut inde ceperit tamen aqua nisi emittitur que contra naturam ibi subsistit iocineri et ceteris interioribus partibus nocet. Conuenitq; corpus n nihilominus esse curandum. Neq; n. sanat emissus humor sed medicine locum facit: cu intus inclusus impedit: ac ne illud qdem in controuersiam uenit. Quin no omnes in hoc morbo sic curari possint. Sed iuuenes robusti qui uel ex toto carent febre: uel certe satis liberales intermissiones habent. Nam quoru stomachus corruptus est, quiue ex atrabile huc ceciderunt: quiq; malum corporis habitu habent: idonei huic curationi non sunt. Cibus aute quo die primu humor emissus est superuacuus est. nisi si uires desunt in sequentibus diebus et his uinum meracius qdem, sed non ita multum dari debet: paulatimq; euocadus eger est ad exercitationes frictiones, solem, sudationes, nauigationes, et idoneos cibos donec ex toto conualescat. Balneum rarum res amat frequentiorem in ieiunio uomitum si estas est: in mare natare comodum est. ubi conualuit aliquis diu tamen alienus ei ueneris usus est. .. :- .. De tabe. :-

D Iutius sepe et periculosius tabes eos male habet quos inuasit. Atq; huius quoq; plures species sunt. Vna est qua corpus no alitur et natura

liter semper aliquibus decedentibus: nullis uero in eum locum subeuntibus summa macies oritur tollit. Atrophia.

Aopoφian hanc greci uocant: ea fere duabus causis incidere consueuit. Aut n. nimio timore aliquis minus aut auiditate nimia plusq̄ debet adsumit. ita uel quod deest infirmat: uel quod supererat corrumpitur.

Greci cacexian.

Altera species est quam greci appellant kakeξian. ubi in alus corporis habitus est: ideoq; omnia alimenta corrumpuntur. quod fere fit cum longo morbo uiciata corpora. etiā si illo uacant. refectionem tamē non accipiunt: aut malis medicamentis corpus affectum est: aut cum diu necessaria defuerunt: aut cum inusitatos et inutiles cibos aliquis adsumpsit. aliquid uerisimile incidit: huic preter tabem illud quoq; non nūq̄ accidere solet ut per assiduas pustulas aut ulcera, summa cutis exasperetur. uel alique corporis partes intumescant.

Ptysi.

TERTIA est longeq; periculosissima species quam greci πειcιν nominauerunt. Oritur fere a capite. inde in pulmonem distillat. huic exulceratio accedit. ex hac febricula lenis fit: que etiā cum quieuit tamen et repetit. frequens tussis est. pus excreatur. interdum cruentum aliquid. Quēadmodu; ptysici possunt agnosci.

QVicquid excreatum est: si in ignem impositum est mali odoris est. itaq; qui de morbo dubitant, hac nota utuntur. Cum hec genera tabis sint animaduertere primū quid sit in quo laboretur. Deinde si tantūmodo non ali corpus apparet. causam eius attendere et si cibi an minus aliquis q̄ debet adsumit. adicere. Sed

paulatim ne si corpus insuetum subita multitudine onera
uerit concoctionem impediat. Si uero plus iusto quis adsu
mere solitus est abstinere uno die. Deinde ab exiguo cibo
incipere quotidie adicere: donec ad iustum modum per
ueniat. preter hec conuenit ambulare locis q̄ minime fri
gidis sole uitato. Per manus quoq; exerceri. Si infirmior
est gestari ungui perfricari: si potest maxime per se ipm̄.
Sepius eodem die et ante cibum et post eum. Sic ut inter
dum oleo quedam adieiantur calefacientia donec insu
det. prodest in ieiunio pretendere per multas partes cu
tem et attrahere ut relaxetur: ut imposita resina et abduc
ta subinde idem facere. Vtile est etiā interdum balneum s;
post cibum exiguum. Atq; in ipo solio recte cibi aliquid ad
sumitur: aut sine hoc frictio fuit post eam protinus. Cibi
uero esse debent ex his qui facile concoquuntur qui maxi
me alunt. Ergo iuni quoq; sed austeri necessarius usus est mo
uendi urina. At si malus corporis habitus est primū abstinen
dum est deinde aluus ducenda. Tunc paulatim cibi dandi
adiectis exercitationibus unctionibus frictionibus utilius
his frequens balneum est. Sed ieiunis etiā usq; sudorem. Ci
bi uero opus est copiosis uarijs boni succi. Quiq; etiā si minꝰ
facile corrumpantur iuno austero. Si nihil reliqua prosi
ciunt sanguis mittendus est. sed paulatim quotidieq; plu
ribus diebus. cum eo ut cetera quoq; eodem modo seruen
tur. qd si mali plus est et uera ptisis est inter initia pro
tinus occurrere necessarium est. Neq; enim facile morbus
cum inueterauerit euincitur. Opus est si uires patiuntur
longa nauigatione. Densius celum alexandrie q̄ Italie

CELI mutatione sic ut quid densius q̄ idem est ex
quo discedit eger petatur. Ideoq; aptissime alexan

driam ex Italia utur. fereq; id posse inter principia corpus
pati debet: cum his morbus etate firmissima maxime ori
atur. idq; ab anno xxij. ad annum xxxv. Si id imbecillitas
non sinit: aliter tamē non longe gestari cōmodissimū e.
S inauigationem aliqua res prohibet. lectica uel alio modo
corpus dimouendum est. Tum a negocijs abstinendum est,
omnibusq; rebus que sollicitare animū possunt, somno in
dulgendum. cauende distillationes: ne si quid cura leuarit
exasperent: et ob id uitanda cruditas: simulq; sol et frigus
os obtegendum, fauces uelande tussicula suis remedijs fi
nienda. et q̄ diu qdem febricula incursat. Huic interdū
etiā tempestiuis cibis medendum. Coq; tempore bibenda
aqua. Lac quoq; quod in capitis doloribus et in acutis febri
bus et per eos facta nimia sitis: siue biliosa urina est: siue
precordia tument siue sanguis fluxit pro ueneno est. In
ptisi tamē sicut in omnibus longis difficilibusq; febriculis
recte dari potest. Qd' si febris aut nondum incursat: aut
iam remisit: decurrendum est ad modicam exercitationē
maximeq; ambulationes. Item lenes frictiones balneum
alienum est. Cibus esse debet primo acer, ut allium, porrū
idq; ipm ex aceto uel ex eodem intubus ocimum, lactuca
dem lenis ut sorbitio ex tisana, uel ex alica, uel ex amilo, lac
te adiecto idem oriza quoq;. Et si nihil aliud est far pre
stat. Tum inuicem modo his cibis modo illis utendum est.
A diciendaq; quedam ex media materia precipueq; uel ex
pruna cerebellum uel pisciculus et his similia. Farina etiā
cum seuo ouilo mixta: deinde incocta, pro medicamento
est. Vinum adsumi debet leue austerum.

De tussis remedijs.

Hactenus non magna mole pugnatur. Si uehemēter

noxa est. ac neq; febricula neq; tussis quiescit: tenuariq; corpus apparet: ualidioribus auxilijs opus est: exulcerandus est ferro candenti uno loco submente, altero in gutture: duobus ad mammam utramq; .

Omoplata ime partes scapularum.

IEM sub imis ossibus scapularum quas greci uocant: sic ne sanescere ulcera sinamus: nisi tussi finita: cui per se quoq; medendum esse manifestum est. Tunc ter quater die uehementer extreme partes perfricande. thorax leni manu pertractandus. p9 cibum ītermittenda et perfricanda crura. brachiaq; interpositis decem diebus demittendus est eger in solium in quo sit aqua calida et oleum. Ceteris diebus bibenda aqua. tum et uinum si tussis non est potui frigidum dandum. Si estas est egelidum. Vtile est etiā cibos in remissionibus quotidie dari frictiones gestationesq;. Similiter adhiberi eadē acria iiij.° aut qnto die sumere. Interdum herbam sanguinalem ex aceto uel plantagine esse: medicamentū etiam est uel plantaginis succus per se: uel marrubium ex melle concoctum ita ut illius cyathus sobillo sumatur. huius cocleare plenum, paulatim delingatur uel inter se mixta et incocta resine therebintine pars dimidia butiri et mellis pars altera: precipua tamē ex his omnibus sunt uictus et nauis et sorbitio: aliuis cita utiq; uitanda est. Vomitus in hoc morbo si frequens est perniciosus est maximeq; sanguīs. Qui melior esse cepit adicere debet exercitationes frictiones cibos: deinde ipē se suppresso spiritu perfricare diu: abstinere a uino balneo uenere.

De morbo comiciali ipsi sunt lunatici.

INTER notissimos morbos est etiā is qui comitialis

uel maior nominatur homo subito concidit: ex ore spume
mouentur. Deinde interposito tempore ad se redit et per se
ipm consurgit. Id genus sepius uiros q̃ feminas occupat: ac
solet qdem longum esse usq; mortis diem et uite non pericu
losum. Interdum tame cum recens est hominem consumit. Se
pe eum si remedia non sustulerimus. In pueris ueneris: in pu
ellis menstruorum initium tollit: modo cum distentione ner
uorum probabitur aliquis. Modo sine illa qdem. hos quoq; is
dem quibus lethargicos excitare conantur: quod ad modu;
superuacui est. et quia ne lethargicis qdem his sanatur.
Et quia cum posset ille niq̃ expergisci atq; ira fame interi
re: hic ad se ubiq; reuertetur ubi concidit aliquis: si nulla ner
uorum distentio accessit. utriq; sanguis mitti debet. Si accessit
nõ utriq; mittendus est nisi alia quoq; hortantur. Necessari
um autem est ducere alium uel nigro uerratro purgare
uel utriuq; facere. Si uires patiuntur tunc caput tondere
oleoq; aceto perungere cibum post diem tertium. Simul et
transit hora qua concidit dare: neq; sorbitiones ante his
aliisq; molles et faciles cibi: neq; caro minime q; suilla conue
nit sed media materia. Nam et uiribus opus est et crudita
tes cauende sunt cui quibus fugere oportet solem balne
um ignem omniaq; calefacientia. Item frigus uinum ue
nenerem loci precipitis conspectum omniuq; terrentium.
Vomitum lassitudinem sollicitudines negotia omnia. Vbi
tertio die cibus datus est intermittere quartum et inui
cem alterum quoq; eadem hora cibi seruata donec qua
tuordecim dies transeant. Quos ubi morbus excessit a
cuti cum deposuit ac si manet curandus iam ut longus
est. Qd si non quo die primu id incidit medicus accessit. Sed
is qui cadere consueuit ei traditus est. protinus eo genere

uictus dabitur: qui supra comprehensus est: expectandus e
dies quo prolabatur. Vtendumq; tum uel sanguinis missione
uel ductione alui: uel nigro ueratro sicut preceptum est.
In sequentibus deinde diebus, per eos cibos quos proposui, ui
tatis omnibus, que cauenda dixi nutriendus. Si per hec mor
bus finitus non fuerit: confugiendum erit ad album uera
trum: ac ter quoq; aut quater eo utendum, non ita multis in
terpositis diebus sic tamen ne iterum unq̃ sumat nisi concide
rit. Medijs autē diebus uires eius erunt nutriende: quibus
dam preter ea que suprascripta sunt adiectis. ubi mane ex
perrectus est: corpus eius leniter ex oleo uetere cum capite
excepto uentre permulceatur. Tum ambulatione q̃ maxie
longa et recta utatur. Post ambulationem loco tepido ue
hementer ac diu ac non minus ducentes nisi infirmus erit
perfricetur. deinde multa aqua frigida perfundatur. Pau
lum cibi adsumat conquiescat: rursus ante noctem ambu
latione utatur. Iterum uehementer perfricetur. Sic neq;
uenter neq; caput contingatur. Post hec cenet interpositis
tribus aut quatuor diebus uno aut altero acria adsumat.
Sine per hec qdem fuerit liberatus, caput radat. Vnguatur o
leo uetere adiecto aceto et nitro: perfundatur aqua salsa bi
bat ieiunus ex aqua, castoreum. Nulla aqua nisi decocta po
tionis causa utatur. Quidam iugulati gladiatoris calido san
guine epoto tali morbo se liberarunt. Apud quos miserum
auxilium tollerabile miserius malum fecit: quod ad me
dicum pertinet: ultimū est iuxta talum ex utroq; crure
paulum sanguinis mittere: occipitium incidere: et cucur
bitulas admouere: ferro candente in occipitio quoq; et
infra qua summa uertebra cum capite cōmittitur adu
rere duobus locis: ut per ea pernitiosus humor euadat.

Quibus si finitum malum non fuerit: prope est ut perpetuu sit ad leuandum id tantumodo utendum erit exercitatione multa frictione. Cibisq; his qui supra comprehensi sunt: precipueq; uitanda omnia que ne fierent excepimus. De morbo arquato siue regio ipse auriginosus.

EQVE notus est morbus quem interdum arquatu interdum regium appellant.

Exemplum hyppocratis.

HIppocrates ait. Si post septimum diem febricitate egro superuenit tutum esse mollibus tantu modo precordijs sustantibus. Diocles.

DIocles ex toto si post febrem oritur etia prodesse. Si post hunc febris occidere. Color aute eus morbum detegit maximeq; oculorum: in quibus qd' album esse debet fit luteum. Soletq; accedere et sitis et dolor capitis et frequens singultus et precordiorum dextra parte duricies et ubi corporis uehemens motus est spiritus difficultas: membrorumq; resolutio. Atq; ubi diutius manet morbus: totum corpus cum pallore quodam inalbescit. Cura aurigitus.

PRIMO die abstinere egrum oportet. Secundo ducere aluum. Tum si febris est eam uictus genere discutere. Si non est scamoniam potui dare uel cu aqua mulsa, nuces amaras absinthium anesum: sic ut ps huius minima sit. Asclepiadis.

ASclepiades aquam quoq; salsam et qdem per biduum purgationis causa bibere cogebat his que urinam mouent reiectis. Quidam superioribus omissis qui per hec et per eos cibos qui extenuant idem se

consequi dicunt. ego ubiq; si satis uirium est ualidiora. Si
parum imbecilliora auxilia prefero. Si purgatio fuit post
eam triduo. Primo modice cibum oportet adsumere ex
media materia: et uinum bibere grecum salsum: ut re-
solutio uentris maneat. tum altero triduo ualidiores
cibos et carnis quoq; aliquid esse. intra aquam manere.
Deinde ad superius genus uictus reuerti cū eo ut magis
satietur: omisso greco uino bibere integrum austerum.
atq; ita per hec uariare: ut interdum acres quoq; cibos
interponat. Interdum ad salsum redeat uinū. Per om-
ne uero tempus utendum est. exercitatione. frictione.
S i hiems est balneo. Si estas frigidis nationibus. lecto
etiā et conclaui cultiore. clauso loco uti ludis. lasciuia
per que mens exhilaretur.

Vnde regius morbus dicatur.

OB que regius morbus dictus uidetur. Malagna
quoq; qd' digerat super precordia datum pdest
uel arida ubi ficus imposita si iecur aut splenis affectus e.

De elephantia.

IGnotus autē pene in italia frequentissimus in q-
bus regionibus is morbus est quem
greci uocant. isq; longus adnumeratur totū corpus afficit.
ita ut ossa quoq; uitiari dicantur. Sūma pars corporis cre-
bras maculas. crebrosq; tumores habet. rubor harū paula
tim in atrum colorem conuertitur. Summa cutis inequa
liter crassa tenuis dura mollisq; quas squamis quibusdam
exasperatur. corpus emacrescit. os sure pedes intumescūt.
V bi uetus morbus est. digiti in manibus. pedibusq; sub tumo
re conduntur. febricula oritur. que facile tot malis obru
tum hominem consumit. Protinus egro inter initia sanguis

per biduum muti debet: aut nigro ueratro uenter solui. Ad hibenda tum quanta sustineri potest inedia est. Paulum deinde uires reficiende et ducenda aliuus. post hec ubi corpus lenatum est, utendum exercitatione precipueq; cursu: sudor primū labore ipsius corporis: deinde etiā siccis sudationibus euocandus. frictio adhibenda moderandumq; inter hec ut uires conseruentur: balneum rarum esse debet. Cibus sine pinguibus sine glutinosis sine inflantibus. Vinum preterq̄ primis diebus recte datur. Corpus contrita plantago et illita tueri optime uidetur.

DE ATONITIS.

ATONITOS quoq; raro uidemus: quorū et corpus et mens stupet: fit interdum ictu fulminis: interdum morbo hunc greci appellant. his sanguis mittedus est. Veratro quoq; albo: uel alui ductione utendum. Tum adhibende frictiones: et ex media materia minime pingues cibi. quidam etiam acres, et a uino abstinendum.

De resolutione neruorum.

AT resolutio neruorū frequens ubiq; morbus est. Sed interdum tota corpora interdum partes infestat. Veteres auctores illud ΑΠΟΠΛΕΞΙΑΝ. hoc paralisim nominarunt. Nunc utrūq; paralisim appellari uideo. Solent aūt qui per omnia membra uehementer resoluti celeriter rapi: ac si correcti non sunt diutius qdem uiuunt: sed raro tamē ad sanitatem perueniunt: et plerūq; miserum spiritum trahunt: memoria quoq; amissa in partibus uero nūq̄ acutus sepe longus fere sanabilis morbus est. Si omnia membra uehementer resoluta sunt: sanguinis detractio uel liberat, uel occidit. Aliud curationis genus uix unqm̄ sanitatem restituit. sepe mortem tm̄ differt. uitam interi

infestat. Post sanguinis missionem si non redijt et motus, et mens nihil spei superest. Si redijt sanitas quoq; prospicitur. At ubi pars resoluta est, prouidet malo corporis ul' sanguis missus, uel aluus ducta. Cetera eadem in utroq; casu facienda sunt. Si qdem uitare precipue conuenit frigus: paulatimq; ad exercitationes reuertendum. Sic ut ingrediatur ipē protinus si potest. Si id crurum imbecillitas prohibet: uel gestetur uel motu lecti concutiatur: tū id membrū quod deficiet, si potest per se, si minus per alium moueatur. Et ui quadam ad consuetudinem suam redeat. Prodest etiā torpentis membri summā cutem exasperasse uel urticis cesam, uel imposito senape. Sic ut ubi rubere ceperit corpus, hec remoueantur. Scylla quoq; contrita bulbiq; cum ture contrito recte imponuntur. Neq; alienum est resina, cutem tertio quoq; die diutius uellere.

P luribus etiā locis: aliquādo sine ferro cucurbitulas admouere. Vnctioni uero aptissimū est: uetus oleum uel nitrum cū aceto et oleum mixtum. Quin etiam fouere aqua calida marina. Vel si ea nō est: tamē salsa magnope necessarium est. Aut si quo loco uel naturales uel etiam manufacte tales nationes sunt his potissimū utendu; est: precipueq; in his agitanda membra que maxime deficiunt. Si id non est balneum tamē prodest. Cibus esse debet ex media materia maximeq; ex uenatione. Potio sine uino aque calide. Si tamē uetus morbus est interponi quarto uel quinto die purgationis causa. uinum grecum salsum potest. Post cenam utilis uomitus est.

De dolore neruorū et remedio.

INterdum uero etiā neruorū dolor oriri solet. in hoc casu nō oporter uomere. nō medicamentis

urinam mouere: no sine exercitatione sudores ut qdam precipiunt expedit. bibenda aqua est bis in die. in lectulo leniter satis diu corpus perfricandum est. Deinde retento spiritu ab ipa exercitatione potius superiores partes mouende: balneo raro utendum: mutandum subinde per cortinationibus celum. Si dolor est ea ipa ps sine oleo nro ex aqua perungenda est. Deinde inuoluenda et subicienda pruna. lenis et sulphur. Atq; ita ad subfumigandum: idq; aliq; diu faciendum. Sed ieiuno cu bene iam concoxerit cucurbitule quoq; sepe dolenti parti admouende sunt: pulsanduq; leuiter inflatis uesicis bubulis is locus est. Vtile est etia seuum miscere cum et urtice contritis seminibus sicut omniu; par modus sit: idq; imponere. Fouere aqua in qua sulphur decoctum sit. Vtriculi quoq; recte imponiuntur aqua calida repleti: aut bitumen cu ordeacea farina mixtu: atq; in ipo potissimum dolore utendum gestatione uehementi est: quod in alijs doloribus pessimu est.

De tremore neruorum uel internis suppurationibus

TREMOR autē neruorum eque uomitu medicamentisq; urinam mouentibus impeditur. Inimicum etiā habet balneum assaq; sudationes bibenda aqua est. acri ambulatione utendum. Item unctionibus frictionibusq; maxime per se ipm. Pila similibusq; superiores partes dimouende cibo quolibet utendum. Dummodo concoctioni utiq; studeatur. Secundum cibum, cutis abstinendum. Rarissima uenere opus est. Si quando quis in eam prolapsus est. Tum oleo leuiter diuq; in lectulo p fricari manibus puerilibus potiusq; utilibus debet. Sup-

purationibus autē que in aliqua interiori parte oriunt, ubi note fuerunt: primu id agere oportet per ea cata plasmata que reprimunt. nec coctus inutilis materie fiat. Deinde si hec uicta sunt per ea malaginata que digerunt ut dissipentur. Qd' si consequuti non sumus sequitur ut euocetur. Deinde ut maturescat, omnis tunc tōmice finis est ut rumpatur. Indiciumq; est pus uel aluo uel ore reditum. Sed in his facere oportet quominus quicquid est puris excedat. Vtendum maxime sorbitionibus est et aqua calida. ubi pus ferri desijt transeundum ad faciles quidem. Sed tamen ualidiores et frigidos cibos. frigidamq; aquam: sic ut ab egelidis tamen initium fiat. Primoq; cū melle quedam edenda: ut nuclei pinei uel grece nuces uel auellane. Postea submouēdum id ipm̄ quo maturius induci cicatrix possit. medicamentū eo tempore ulceri est sucus adsumptus uel porri uel marrubij et omni cibo porrum ipm̄ adiectum. Oportebit autem uti in his partibus, que non adficientur
F rictionibus item ambulationibus lenibus. Vitandumq; erit ne uel luctando uel curendo uel alia ratione, sanescentia ulcera exasperentur: in hoc enim morbo pernitiosus ideoq; omni modo cauendus sanguinis uomitus est. :-

ARTIVM AVRELII CORNELII CELSI LIBER TERTIVS EXPLICIT EIVSDEM LIBER QVARTVS INCIPIT FELICITER. :-

Artium Aurelij Cornelij Celsi liber .x. idem medicine liber Quatus incipit feliciter .. De Capite. Caplm p^m. ..

HACTENVS REPERIVNTVR ea genera morborum que in totis corporibus ita sunt ut his certe sedes adsignari non possint. Nunc de his dicam que sunt in partibus. Facilius autē omniū interiorum morbi curationesq; in noticiam uenient: si prius eorū sedes breuiter ostendero.. Caput igitur eaq; que in ore sunt nō lingua tantūmodo palatoq; terminantur: sed etiam quatenus oculis nostris exposita sunt in dextra sinistraq; circa guttur.... Sphragitides. :-

VENE grandes que Sphragitides nominantur.. Cariatides. :-

ITEM arterie quas cariatides uocant sursum procedentes ultra aures feruntur atq; in ipsis ceruicibus.. Glandule.

GLandule posite sunt que interdum cum dolore intumescunt. De Arteria.

DEINDE duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant: alterū stomachū; Arteria exterior ad pulmonem. Stomachus interior ad uentriculum fertur: illa spiritum, hic cibum accipit. Quibus cum diuerse uie sint: qua coeunt exigua arteria sub ipis faucibus lingua est: que cum spiramus attollitur: cum ci

bum potionemq; adsummus arteriam claudit.

Qualis sit arteria.

IPSA autē arteria dura et cartilagnosa in gutture assurgit. ceteris partibus residit. constat ex circulis quibusdam compositis ad imaginem earū uertebrarum que in spina sunt. Ita tamen ut ex parte exteriore aspera. ex interiore stomachi modo leuis sit. eaq; descendens ad precordia. PVLMO.

CVM pulmone cōmutitur. is spongiosus. Ideoq; spiritus capax et a tergo spine ipsi iunctus in duas fibras ungule bubule modo diuiditur. COR.

HVIC cor adnexum est natura musculosum in pectore sub sinisteriore mamma situm. Duosq; quasi uentriculos habet. at sub corde atq; pulmone trāsuersum ex ualida membrana septum est. quod a precordijs uterum diducit. eque nerusum. Multis etiā uenis per id discurrentibus. a superiore parte non solum intestina sed iecur quoq; uenemq; discernit. ac uiscera proxima sed infra tamen posita dextra sinistraq; sunt. IECVR.

IECVR. a dextra parte sub precordijs ab ipō septo orum intrinsecus. cauum extrinsecus gibum quod prominens leuiter uentriculo insidet. et in quatuor fibras diuiditur. Ex inferiore uero parte ei fel inheret.

ATLienis sinistra non eidem septo sed intestino. Lienis innexus est. Natura mollis et rarus. longitudinis crassitudinisq; modice. usq; paulū a costarum regione in uterum excedens. et maxima parte sub his conditur atq; quidem iunctus sunt. RENES.

RENES uero diuersis qui lumbis summis coxis inheret apertis earum resimi.

. STOMACHVS .

AC uiscerum qdem he sedes sunt. Stomachus uero qui intestinorum principium est neruosus a septime spine uertebra incipit. Circa precordia cum uentriculo cōmittitur. Ventriculus.

AB altera rotundi qui et uenenosi sunt et uentriculos habent et tunicis super teguntur) Ventriculus at qui receptaculum cibi est, constat ex duobus tergoribus isq; inter lienem et iecur positus est utroq; ex his paulu; super eum ingrediente. Reticulus.

SVNTq; etiā membranule tenues: per quas inter se omnia ista connectuntur iunguntur que et septo qd' transuersum esse suprapositi. Inde ima uentriculi pars paulum in dexteriorem partem conuersa in intestinum coartatur. Pilas intestini.

HANC iuncturam ΠΥΛΟΥΡΟΝ greci uocant. quoniam porte modo in inferiores partes ea que excreturi sumus emittit. Intestinum ieiunum.

AB ea ieiunum intestinum incipit non ita implicitū cui tale uocabulum est quia nunq̄ quod accepit continet sed protinus in inferiores partes transmittit. Intestinum senilibus implicitum.

INDE tenue intestinum est in sinus uehementer implicitum. Orbes uero eius per membranullā singuli cum inferioribus connectuntur. Qui in dexteriorem partem conuersi: et e regione dexterioris coxe finiti superioris tamen partes magis complent.

Intestinum cecum.

DEinde id intestinum cum crassiore altero transuerso cōmittitur. quod a dextra parte incipiens in si

nisteriorem peruium et longum est in dexteriorem non est: ideoq; cecum nominatur. Intestinum peruium.

AD id quod peruium est: late fusum atq; sinuatum minusq; q̄ superiora intestina neruosum ab utraq; parte huc atq; illuc uolutum: magis tamen sinisteriores inferioresq; partes tenet contingit iecur atq; uentriculum ac deinde cum qbusdam membranulis a sinistro riene uenientibus iungitur atq; hinc dextra recuruatum in imo derigitur qua excernit.

I Rectum ideo dictum quia perdigeratur.

Deoq; id ibi rectum intestinum nominatur. contingit uero uniuersa hec. Omentum.

OMentum ex interiore parte leue et strictum ex superiore mollius. Adeps.

CVI adeps quoq; innascitur: que sensu sicut cerebrū quoq; et medulla caret. Vretene uene albe que a renibus a uesica feruntur due.

ATa renibus singule uene colore albe ad uesicam feruntur greci uocant qd' per eas inde descendentem urinam in uesicam distillare concipiunt.

V De uesica.

VESICA autem ipo sinu neruosa et duplex ceruice plena atq; carnosa iungitur per uenas cum intestino: eoq; osse quod pubi subest: ipsa soluta atq; liberior est. Aliter in uiris aliter in feminis posita uesica

ALiter in uiris atq; in feminis posita. Nam in uiris iuxta rectum intestinum est: potius in sinistrā partem inclinata. In feminis super genitalem earū sita est: supraq; elapsa ab ipā uulua sustinetur: tum in masculis iter urine spatiosius et compressius a

ceruice huius descendit. COLEM.

AD colem in feminis breuius et plenius super uul
ne ceruicem se ostendit. Vulua.

VVlua autem in uirginibus quidem ad modum exi
gua est. In mulieribus uero nisi ubi grauide sunt
non multo maior q̃ ut manu comprehendatur ea
recta continuaq; ceruice. Hunc canalem sensit auctor.

QVem canalem uocant contra mediam aluum orsa
inde paulum ad exteriorem coxa conuertitur.
Deinde super rectum intestinum progressa illi
femine latera sua iniecit. ipsa autem ita inter coxas et
pubem abdomi susum uersus ad precordia peruenit
ab exteriori euidenti cute ab interiore leui membrana
inclusum que omento iungitur
autem a grecis nominatur. His ueluti in conspectum
quedam quartum scire curanti necessarium est adduc
tis remedia singularum laborantiu partium exequar
Orsus a capite sub quo nomine nunc significo eam ptem
que capillo tegitur. Nam oculorum aurium dentium do
lor. et si quis similis est alias erit explicandus.

De capite quibus doloribus subiaceat.

IN capite autem interdum acutus et pestifer mor
bus est. quem greci uocant. Cuius
note sunt horror calidus neruorum resolutio oculorum
caligo mentis alienatio uomitus sicut uox supprima
tur uel sanguinis ex naribus cursus sicut corpus frige
scat, anima deficiat. Preter hec dolor intollerabilis
maxime circa tempora uel occipitium. Interdum at
in capite longa imbecillitas. Sed neq; grauis neq; pe
riculosa per hominis etatem est. Interdum grauior

dolor sed breuis: neq; tamē mortiferus, qui uel uino uel cruditate, uel frigore uel igne aut sole contrahitur. Hiq; omnes dolores modo in febre, modo sine hac sunt, modo in toto capite: modo in parte interdum sic ut oris queq; proximā partem excrucient. Preter hec etiā num inuenitur genus quod potest longum esse. Vbi humor cutem inflat, eaq; intumescit et prementi digito cedit.

Hydrocephalon cum in capite tumor est.

IAPOKEΦAΛON greci appellant. ex his id quo scdo loco positum est dum leue est qua sit ratione curādum dixi cum persequeret ea que sani homines in imbecillitate partis alicuius facere deberent.

De remedijs capitis.

QVE uero auxilia sint capitis ubi cum febre dolor ē, eo loco explicatum est quo febrium curatio exposita est. Nunc de ceteris dicendum est: ex quibus id quod acutum est. et id quod supra consuetudinem intēditur: idq; quod ex subita causa et si nō pestiferum, tamen uehemens est, primā curationem habet qua sanguis mutatur. Sed id nisi intollerabilis est dolor superuacuum est. Satiusq; est abstinere a cibo si fieri potest etiā a potione, si non potest aquam bibere. Si postero die dolor remanet, aluum ducere, sternutamenta euocare nihil adsumere nisi aquam. sepe enim dies unus aut alter totum dolorem hac ratione discutit.

Si ex uino uel cruditate caput dolet et quid fieri opus.

VTIq; si ex uino uel cruditate origo est. Si uero in his auxilij parum est tonderi oportet ad cutem, deinde considerandum est que causa dolorem excitarit.

Si caput de calore dolet.

SI calor aqua frigida multa perfundere caput expedit: spongiam concauam imponere: subinde in aqua frigida expressam, ungere rosa et aceto uel potius his tinctam lanam sucidam imponere. alia q; refrigerantia cathaplasmata.

Si de frigore caput dolet.

AT si frigus nocuit caput: oportet perfundere aqua calida marina uel certe salsa: aut in aqua in qua laurus decocta sit. Tum caput uehementer perfricare, deinde calido oleo implere, ueste uelare. Quidā etiā id deuinciunt: alij ceruicalibus uestimentisq; onerant et sic leuantur. Alios calida cathaplasmata adiuuant. Ergo etiā ubi causa incognita est, uidere oportet refrigerentia magis an calefacientia leniant ex his uti que experimentū approbant. At si parum causa discernitur, perfundere caput primū aqua calida sicut supra preceptum est uel salsa, uel ex lauro. Tum frigida pusca illa in omni uetusto capitis dolore cōmunia sunt.

Sternutamenta excitare, inferiores partes uehementer perfricare, gargarizare his que q; saluiam mouēt cucurbitulas temporibus ex occipitio admouere. Sanguinem ex naribus detrahere: resina subinde tempora peruellere: et imposito sinapi exulcerare ea que male habent. ante linteolo subiecto ne uehementer adrodat. Candentibus ferramentis ubi dolor est, ulcera excitare.

Cibum semper modicum cum aqua sumere. Vbi lenatus est dolor in balneum ire. ibi multa aqua prius calida, deinde frigida per caput perfundi. Si discussus ex toto dolor est etiam ad uinum reuertendum. Sed postea

semper anteqm̄ quicq̄ aliud aquam bibere.

Sin humor cutem inflat.

DIssimile est genus id quod humorem in caput cōtrahit: in hoc tondere ad cutem necessarium est. Deinde imponere sinapi sic ut exulceret: si id parū profuit scalpello utendum est: illa cum hydropicis communia sunt, ut exerceat, insudet, uehementer perfricetur, cibis, potionibusq; utatur urinam precipue mouentibus. circa faciem uero morbus innascitur, quē greci cynac nominant.

Cynas morbus in capite.

IS cū acuta fere febre oritur: os cū motu quodaꝫ peruertitur. Ideoq; nihil aliud est q̄ distentio oris: accedit crebra coloris in facie totoq; corpore mutatio, somnus in promptu est: in hoc sanguineꝫ mittere optimū est. Si finitum eo malum non est, ducere aluum. Si ne sic qdem discussum est albo ueratro uomitum uomouere. Preter hec necessarium est uitare solem, lassitudinem, uinum. Sed si discussum his nō est, utendum est cursu, frictione in eo qd̄ lesum est leni et multa in reliquis partibus breuiore, sed uehementi.

Prodest etiā mouere sternutamenta: caput radere id q; perfundere aqua calida uel matina uel certe salsa, sic ut ei quoq; sulphur adiciatur: post perfusionem iterum perfricari sinapi manducare: eodemq; tempore affectioris partibus, ceratum integris idem sinapi donec adrodat imponere: Cibus aptissimus ex media materia est.

DE LINGVA.

VT si lingua resoluta est qd̄ interdum per se, interdum ex morbo aliquo fit: sic ut sermo hominis non explicetur. Oportet gargarizare ex aqua

in qua uel thimū uel hisopum uel nepeta decocta sit aquam bibere: caput et os et ea que sub mento sunt et ceruicem uehementer perfricare: lasere linguam ipam lenire, manducare que sunt acerrima, idest sinapi allium, cepam, magna ui luctari ut uerba exprimantur, exerceri recento spiritu. Caput sepe aqua perfrigida perfundere. Non nūq̄ multam esse radiculam, deinde uomere. De Stillatione.

Distillat autē humor ex capite interdum in nares quod leue est. interdum etiam in pulmonem quod pessimū est. Si caput in nares distillat.

Si in nares distillauit tenuis per has pituita profluit caput leuiter dolet grauitas eius sentitur: frequentia sternutamenta sunt. Si in fauces.

Si in fauces has exasperat, tussiculam mouet. Si in pulmonem.

Si in pulmonem preter sternutamenta et tussim et etiam capitis grauitas, lassitudo sitis, estus biliosa urina. De grauedine.

Aliud autē q̄uis nō multum distans malum grauedo est: hec nares claudit, uocem obtundit, tussim siccā mouet: sub eadem salsa est saluia sonant aures: uene mouentur in capite turbida urina est.

Hgrauedinem hyppocrates corizam nominat.

HEC omnia hyppocrates nominat. Nunc uideo apud grecos in grauedine hoc nomen seruari catastaginon greci uocant. Catastaginon.

Distillationem appellari hec autem et breuia et si nec leta sunt longa esse consuerunt. Nihil pestiferum est nisi quod pulmonem exulceraut.

Qualiter curanda sunt que ex capitis distillatione uenium.

VBI aliquid eiusmodi sensimus protinus abstinere a sole: balneo, uino uenere debemus: inter que unctionem et assueto cibo nihilominus uti licet. Ambulatione tantu acri sed recta utendum est. et post ea caput atq; os supra qnquagesies perfricandum. Raro q; fit ut si biduo uel triduo nobis temperauimus id uicium non leuetur. Quo leuato si in distillatione crassa; facta pituita est uel in grauedine nares magis pallent balneo utendum est: multaq; aqua pritus calida, post egelida fouendum os caputq;. Deinde cu cibo pleniore uinum bibendum. At si eque tenuis die quarto pituita est uel nares eque clause uidentur: assumendum est uinum aminenum austerum. Deinde rursus biduo aq^a post que ad balneum et ad consuetudinem reuertendum est. Neq; tame illis ipis diebus qbus aliqua omitenda sunt. expedit tame egros agere. Sed cetera omnia quasi sanis facienda sunt. preterq; si diutius aliquem et uehementius ista sollicitare consuerunt. huic enim queda; curiosior obseruatio necessaria est.

Si in nares uel fauces caput distillat.

IGITVR huic si in nares uel in fauces distillauit preter ea que supra retuli protinus primis diebus multu ambulandu; est: perfricande uehementer inferiores partes: leuior fructio adhibenda thoraci etur, leuior capiti, demenda assueto cibo pars dimidia. Sumenda oua hamulu; similiaq; que pituitam faciunt crassiorem. Siti quanta maxime sustinere potest pugnandum est. Vbip hec idoneus aliquis balneo factus eoq; usus est, adiciendus est cibo pisciculus caro. Sic tame ne protinus iusty

modus cibi sumatur: uino merato copiosius utendum est.

Si in pulmonem caput distillat.

AT si in pulmonem caput distillat multo magis et ambulatione et frictione opus est: eadēq; adhibita ratione in cibis. Si non satis illi proficiunt, acrioribus utendum est: magis somno indulgendum abstinēdum q; a negocijs omnibus, aliquando sed serius et balneū temptandum. In grauedine autē primo die quiescere neq; esse bibere, caput uelare, fauces lana circundare. Postero die surgere, diu abstinere a potione: aut si res coegerit non ultra eminā aque adsumere. Tertio die panis non ita multū ex parte interiore cū pisciculo uel leui carne sumere, aquam bibere. Si quis sibi temperare non potuerit quominus pleniore uictu utatur. Vomere ubi in balneum uentum est: multa calida aqua caput et os fouere usq; ad sudorem. Tum ad uinum redire: postque uix fieri potest ut idem incōmodum maneat. Sed si manserit utendum erit cibis frigidis aridis leuibus: humore q̄ minimo seruatis frictionibus exercitationibusq; que in omni tali genere ualetudinis necessarie sunt.

De ceruice.

A CAPITE transitus ad ceruicem est que grauibus ad modum morbis obnoxia est. Neq; tamē alius importunior que morbus est q̄ is qui quodam rigore neruorū modo caput scapulis modo mentum pectori adnectit: modo rectam et īmobilem ceruicem intendit.

Opistoton.

PRiorum greci in sequentem ultimū appellāt q̄uis minus subtiliter qdam in discretis nomini

bus utuntur ea sepe intra quartū diem tollunt. Si hunc euaserunt sine periculo sunt. Omnia eadē ratione curantur idq; conuenit. Asclepiades dicit mittendus sanguis alij prohibent.

SED Asclepiades utiq; mittendum sanguinem credidit: qd' qdam uitandum esse dixerunt. eo qd' maxime tum corpus calore egeret is qui esset in sanguine. Verum hoc qdem falsum est. Neq; n. natura sanguinis est, ut utiq; caleat: sed ex his que in homine sunt hic celerrime uel calefit uel refrigescit. Mitiuero nec ne debeat. ex his intelligi potest que de sanguinis missione precepta sunt. Utiq; autē recte datur castoreum et cum hoc piperue laser. deinde opus est fomento humido et calido. Itaq; pleriq; aqua calida multa ceruices sub inde perfundunt id in presentia leuat. Sed oportunio res neruos frigori reddit. Quod utiq; uitandum est. Vtilius igitur est cerato liquido primū ceruicem perungere. Deinde admouere uesicas bubulas: uel nutriculos oleo calido repletos uel ex farina calidum cathaplasma uel piper rotundum cum fico contusum.

Hoc utilissimum.

VTilissimū tamen est humido sole fouere quod quomodo fieret iam ostendi ubi aliquid factum est admouere ad ignem: uel si estas est in sole egrum oportet maximeq; oleo uetere si id non est syriaco. Sine id qdem est, adipe q̄ uetustissima: ceruicem et scapulas et spinam perfricare. frictio cū omnibus in homine uertebris utilis sit. Tum his precipue que in collo sunt. Ergo die nocteq; interpositis tamē quibusdā temporibus hoc remedio utendum est. Dum id intermittitur impo

nendum malagina aliquod ex calefacientibus. Cauendū
uero precipue frigus ideoq; in eo conclaui quo cubabit
eger ignis continius esse debebit maximeq; tempore
ante lucano. Quo precipue frigus intenditur: neq; inu
tile erit caput attonsum habere. idq; hyrino uel cyprino
calido madefacere et super imposito pilleo uelare: non
nūq̄ etiam in calidum oleum totum descendere: uel in
aquam calidam in qua fenum grecū decoctum sit et
adiecta olei pars tercia aliuis quoq; ducta sepe superio
res partes resoluit. Si uero etiā uehementius dolor cre
uit admouende ceruicibus cucurbitule sunt: sicut cutis
incidatur edem aut ferramentis aut sinape adurende.
V bi leuatus est dolor moueriq; ceruix cepit. scire licet
cedere remedijs morbum. Sed diu uitandus cibus quis
quis mandendus est sorbitionibus utendum. Itemq; ouis
sorbilibus aut apalis mollibus ius aliquod adsumendū
id si bene processerit: iamq; ex eo recto se habere cer
uices uidebuntur incipiendum erit a pulticula uel
intrita bene madida celerius. tamen etiā panis maden
dus. q̄ uinum gustandus. Si qdem huius usus precipue pe
riculosus. ideoq; in longum tempus differendus est.

Hinc sinangitis remedia utenda.

VT autē hoc morbi genus circa totam ceruicem,
sic alterum eque pestiferum acutumq; in fau
cibus esse consueuit. Latini anginam.

NOSTRI anginam uocant apud grecos nomen
prout species est: interdum .n. neq; rubor neq;
tumor ullus apparet: sed corpus aridum est uix
spiritus trahitur membra soluuntur.

DE REMEDIIS FAVCIVM.

Id cynanxhn uocant. interdum lingua faucesq; cu rubore intumescunt. Vox nihil significat, oculi uertuntur. facies pallet. singultusq; est. id uocant illa comunia sunt: eger nō cibum deuorare non potionem potest. spiritus eius includitur. leuius est. ubi tumor tantūmodo et rubor est. cetera non sequuntur.

Id Парсунанхин appellant quicquid est. Si uires patiuntur sanguis mittendus est. Si non habundant scdm ē ducere aliuum cucurbitula quoq; recte sub mento et circa fauces admouetur. ut id quod strangulat euocet opus est: deinde fomentis humidis. nam sicca spiritum elidūt. Ergo admouere spongias oportet que in luis in calidum oleum q̄ in calidam aquam subinde dimittuntur.

Efficacissimus salis calidi succus.

Efficacissimusq; est hic quoq; salis calidi succus. Tum cōmodum est hysopum uel nepetam uel thimū uel absinthium uel etiā furfures aut ficus aridas aut mulsam aquam decoquere eaq; gargarizare. post hec palatum unguere uel felle taurino uel eo medicamento quod ex moris est. Pollinem etiā piperis id recte respergitur. Si per hec parum proficitur. ultimū est incidere satis altis plagis sub ipis maxillis sup̄ collum et in palato citra uuam uel eas uenas que sub lingua sunt ut per ea uulnera morbus erumpat. Quibus si non fuerit eger adiutus scire licet malo uictum ēē.

Si uero his morbus lenatus est iamq; fauces et cibum et spiritum capiunt. facilis ad bonam ualetudinem recursus est. atq; interdum natura quoq; adiuuat. Si ex angustiore sed ex uitium transit in latiorem itaq; rubore et tumore in precordijs orto scire licet fauces li

berari. Quicquid autē eas leuauit incipiendum est humidis maximeq; aqua mulsa decocta, deinde ad sumendi molles et non acres cibi sunt. donec fauces ad pristinum habitum reuertantur. :-

Vulgo audisse se dicit quot inter remedia fauciū ponit.

Vulgo audio si quis pullum hirundinis ederit angina toto anno nō periclitari. Seruatumq; eum ex sale cū is morbus urget comburi carbonemq; eius contritum in aquam mulsam que datur ī fricari et prodesse id cū idoneos auctores ex populo habeat: neq; habere quicq̄ periculi possit q̄uis in monumentis medicorū non legerim tamen inserendum huic operi meo credidi. :-

Remedia ad ista inquirenda.

EST etiā circa fauces malum quod apud grecos aliud atq; aliud nomen habet prout se intendit omne in difficultate spirandi consistit. Sed hec dum modica est neq; ex toto strangulat ayctinoia appellat cū uehementior est. ut spirare eger sine sono et anelatione nō potest annia cū accessit id quoq; nisi recta ceruice spiritus trahatur opeonnoia ex quibus id quod primū est potest diutius trahi. Duo in sequentia acuta esse consueuerunt his cōmunia sunt que propter angustias per quas spiritus euadit sibilum edidit, dolor in pectore precordijsq; est interdum etiā scapulis isq; modo decidit modo reuertitur. Ad he tussicula accedit: auxilium est nisi aliquid prohibet in sanguinis detractione. Neq; id satis est: sed lacte quoq; uenter soluendus est: liquanda aluus interdum etiā ducenda: quibus explicatum corpus incipit spiritum trahere

comodius. Caput autē etiam in lecto sublime habendu; est thorax fomentis cataplasmatisq; calidis aut siccis aut etiā humidis adiuuandus est. Et postea uel maligina super imponendum uel certe creatum ex cyprino ue hirino potui aqua mulsa cū aqua uel hysopus contrita uel cocta capparis radix sit. Datur etiā utiliter aut nitrum aut nasturtium frictum. Allium deinde contritum et cū melle mixtum simulq; coquatur mel galbanum resina therebintina et ubi coierunt ex his qd' fabe magnitudine habet quotidie sub lingua liquatur aut sulphuris ignem non experti P. x. quadrans abrotoni P. x. in uini cyatho terunt idq; tepefactum sorbetur. Etiam est non uana opinio uulpinum iecur ubi siccum et aridum factum est contundi oportere pulentamq; ex eo potionis aspergi uel eiusdem pulmonem q̄ recentissimū assum sed sine ferro coctum edendum est.

P reterea sorbitionibus et lenibus cibis utendum est. Interdum uino tenui austero nō nūq̄ uomitu prosunt etiam quecūq; urinam augent. Sed nihil magis q̄ ambulatio lenta pene usq; ad lassitudinem. Frictio multa precipue inferiorū partium uel in sole uel ad ignem et per se ipm et per alios usq; ad sudorem.

S i inferiores partes faucium dolent hinc querenda remedia.

IN interiore uero faucium parte interdum exulceratio esse consueuit in hac pleriq; extrinsecus cataplasmatis calidis fomentisq; humidis utuntur. Voluit etiā uaporem calidum ore recipi per que molliores alij partes eas fieri dicunt oportunioresq; uitio iam herenti.

S ed si bene sic uitari morbus potest tuta illa presidia si

metus est superuacua sunt. Vtiq; autē perfricare fau
ces periculosum est. Exulcerat. n. neq; utilia sunt que
urine mouende sunt apta. Quia possunt dum transeūt
ibi quoq; possunt pituitam extenuare quam supprimi
melius est. . . Asclepiades dicit. .

ASCLEPIADES multarum rerū quas ipi quoq; se
quuti sumus auctor bonus: acetum ait acetum q̄
acerrimū esse sorbendum. Hoc n. sine ulla noxa cō
primit ulcera. Sed id supprimere sanguinem potest ulce
ra ipā sanare non potest. Melius huic rei licium est qd
idem quoq; eque probat: uel marrubij succus uel nucis gre
ce cum trachanto contrita et cū passo mixta uel lini se
men contritum et cū dulci uino mixtum. Exercitatio quo
q; ambulandi currendiq; necessaria est. frictio a pectore
uehemens toti inferiori parti adhibenda. Cibi uero esse
debent neq; nimium acres neq; asperi mel lenticula tra
gum lac tisana pinguis quoq; caro precipue porrum et
quicquid cū hoc mixtum est: potionis q̄ minimū esse con
uenit: aqua dari potest uel pura uel in qua malum co
tonēm palmule ue decocte sunt. Gargarizationes quoq;
lenes sin he parum proficiunt reprimentes utiles sunt.
Hoc genus neq; acutum est et potest esse non longum: cu
rationem tamen maturam ne uehementer et diu ledat
desiderat. . . DE TVSSI. .

TVSSIS uero fere propter faucium exulceratione
molesta est, que multis modis contrahitur. Itaq; il
lis restitutis ipā finitur. Solet tamē interdum
per se quoq; malum habere: et uix cum uetus facta est
eliditur. Ac modo arida est: modo pituitam citat. Oportet
hysopum altero quoq; die bibere, spiritu retento currere,

sed minime in puluere: ac lectione uti uehementi. que pri
mo impeditur a tussi post eam uincet tum ambulare. Dein
de post manus quoq; exerceri et pectus diu perfricare.
P ost hec q̄ pinguissime ficus uncias tres supra prunas incoc
tas esse. preter hec si humida est prosunt frictiones ualide
cum quibusdam calefacientibus. Sic ut caput quoq; siccum
uehementer perfricetur. Item cucurbitule pectori admo
te. sinapi ex parte exteriore faucibus impositum donec
leuiter exulceret. Potio ex menta nucibusq; grecis et ami
lo, primoq; adsumptus panis aridus. deinde aliquis cibus le
nis. Ac si sicca tussis est cum ea uehementissime urget
adiuuat uini austeri cyathus adsumptus dum ne amplius
id interposito tempore aliquo q̄ ter aut quater fiat. Itez
laseris q̄ optimi paulum deuorare opus est porri uel mar
rubi succum adsumere. Scyllam delingere acetum ex ea
uel certe sorbere. aut cum spica alij contriti duos uno cya
thos. Vtilis etiā in omni tussi peregrinatio est: nauigatio
longa maritima natationes. Interdum lenis cibus. ut
malua, urtica. interdum acer ut lac cum allio coctum.
S orbitiones quibus laser sit adiectum. aut quibus porrum
incoctum tabuerit. Ouum sorbile sulphur adiectum po
tui primū aqua calida. deinde inuicem alijs diebus. hec
alijs uinum. Si quis sanguinem expuit remedium.

MAGIS terreri potest aliquis cū sanguinem expu
it. Sed id modo minus modo plus periculi habuit
exitu. Et modo ex gingiuis modo ex ore. et q̄dem
ex hoc interdum etiā copiose sed sine ulcere. sine gingiua
rum ullo uicio. ita ut nihil excreetur. Verum ut ex naribus
si ex ore aliqn̄ prorumpat atq; interdum et sanguis pro
fluit. interdum simile aque quiddam in qua caro recens

lota est. Non nūq̄ autem a summis faucibus fertur mo-
do exulcerate, sed aut ore uene alicuius adaperto aut
tuberculis quibusdam natis. Ex quibus sanguine rumpē-
te: quod ubi incidit neq; ledit potio aut cibus: neq; quicq̄
ut ex ulcere excreatus aliquando gutture et ex arte-
rijs exulceratis. Solere tussim ex pulmonibus aut
iocinere sanguinem excutere.

FRequens tussis sanguinem quoq; extundit. inter-
dum etiā fieri solet: ut aut ex pulmone, aut ex
pectore, aut ex latere, aut ex iocinere feratur. Sepe fe-
mine quibus sanguis per menstrua non respondet, hunc
expuunt auctoresq; medici hi sunt: uel ex ea parte ali-
qua sanguinem exire uel rupta uel ore alicuius uene
patefacto primā dyabrosin. secundum PHZIN. tercium
AMOCTWMCOCIN appellant.

VSi sanguinem pus sequatur.

VT sanguinem pus sequatur interdum autē qui
sanguinem ipm̄ compressit satis ad ualetudinem
profuit. Sed si sequuta ulcera sunt. Si pus si tussis est et
prout sedes ipā est ita uaria et periculosa genera mor-
borum sunt. Si uero sanguis tantū fluit expeditius ad
remedium et finis est. Neq; ignorari oportet eis quibus
fluere sanguis solet. Ibi sipina dolet.

VT quibus dolet spina coxaue: aut post cursum
uehementem uel ambulationem dum febris
absit. Non esse inutile sanguinis mediocre pro-
fluuium. idq; per urinam redditum, ipam quoq; lassitu-
dinem soluere: ac ne in eo qdem terribile esse, qui ex su-
periore loco decidit. si tamē in eius urinam nihil nouabit
neq; uomitum huius afferre periculum etiā cum repetit.

Si ante confirmare et implere corpus licuit. et ex toto nullum nocere qui in corpore robusto neq; nimius est, neq; tussim aut calorem mouet. hec pertinent ad uniuersum.

De gingiuis cruentis uiri.

NVNC ad ea loca que proposui ueniam. Si ex gingiuis exit portillacam manducasse satis est. Si ex ore continuisse eo metum iunum. si parum id proficit acetum. Si inter hec quoq; grauiter erumpit: quia consumere hominem potest. Cōmodissimum est impetum eius admota occipitio cucurbitula sicut cutis quoq; incidatur auertē.

Si id mulieri.

SI id mulieri cui menstrua non feruntur euenit, eandem cucurbitulam incisis inguinibus eius admouere. ac si ex faucibus interioribus ue partibus processit et metus maior est et cura maior adhibenda. Sanguis mittendus est: et si nihilominus ex ore processit iterū tertio quoq; et quotidie paulum aliquid. Protinus autē debet sorbere uel acetum uel cum ture plantaginis aut porri succum imponendaq; extrinsecus supra id quod dolet. lana succida ex aceto est. et id spongia sub inde refrigerandum.

Herasistratus.

HErasistratus horum crura quoq; et femora brachiaq; pluribus locis deligabat.

Asclepiades.

ID Asclepiades adeo non prodesse ut etiam inimicū esse proposuit. Sed id sepe cōmode respondere experimenta testantur neq; tamē pluribus locis deligari necesse est. Sed sat est infra inguina et super talos summosq; humeros etiā brachia. Tum si febris urget danda est sorbitio et potui aqua in qua aliquid ex his que aluum adstringunt decoctum sit. At si abest febris uel

eloza balica uel panis ex aqua frigida : et molle quoq;
ouum dari potest potui : uel idem quod supra scriptum est
uel uinum dulce uel aqua frigida. Sed sic bibendum e-
rit ut sciamus huic morbo sitim prodesse. Preter hec ne-
cessaria sunt quies securitas silentium. Caput huius
quoq; cubantis sublime esse debet. rectecq; tondetur fa-
cies sepe aqua frigida fouenda est. At inimica sunt ui
num balneum uenus. In cibo oleum acria omnia. Item
calida fomenta conclaue calidum et inclusum multa ue-
stimenta corpori intecta. etiā fricationes. ubi bene san
guis conqueuit. Tum uero incipiendum est a brachijs etu
tribusq; a thorace abstinendum in hoc casu per hiemem
locis maritimis per estatem mediterraneis opus est.

De Stomacho.

Fauibus subest stomachus in quo plura longa uitia
incidere consuerunt. Nam modo ingens calor modo
inflatio hunc modo inflāmatio modo exulceratio affi
cit interdum pituita interdum bilis oritur frequentissi
mūq; est eius malum quo resoluitur neq; ulla re magis
aut afficitur aut corpus afficit. Vt diuersa autē uicia ei
sic etiā remedia sunt. ubi exestuat aceto cū rosa extrin
secus subinde fouendus est. Imponendusq; puluis cu; oleo
et ea cathaplasmata que simul et reprimunt et molliunt.
P otui nisi quid obstat gelida aqua prestanda. Si inflatio
est prosunt admote cucurbitule. neq; incidere cutem ne-
cesse est : prosunt sicca et calida fomenta sed non uehe-
mentissima. Interponenda abstinentia est. Vtilis in tetanio po
tio est ablinthij aut hysopi aut rute exercitatio primo
lenis deinde maior adhibenda est : maximeq; que superi
ores partes moueat. Quod genus in omnibus stomachi

uicijs aptissimum est. Post exercitationem opus est unctione, frictione, balneo non nūqm̄ sed rarius interduz alui ductione. Cibis deinde calidis neq; inflantibus. Eodemq; modo calidis potionibus primo aque. post ubi resedit inflatio uini austeri. Illud quoq; in omnibus stomachi uicijs precipiendum est. Vt quomodo se quisq; eger refecerit, eo sanus utatur. Nam redit huic imbecillitas sua nisi isdem defenditur bona ualetudo quibus reddita est.

At si inflāmatio aliqua est quam fert tumor et dolor sequtur. Prima sunt quies et abstinentia, lana sulphurata circundata in ieiuno absinthium. Si ardor stomachum urget, aceto cum rosa subinde fouendus est. Deinde cibis qdem utendum modicis. imponenda uero extrinsecus, que simul et reprimunt et molliunt. Postea deinde his detractis utendum calidis ex farina cathaplasmatis, que uue reliquias digerant, interdum aluus ducenda adhibenda exercitatio et cibus plenior.

Remedia que faucibus dedit prodesse stomacho uulnerato.

At si exulceratio stomachum infestat: eadem fere facienda sunt que in faucibus exulceratis precepta sunt. Exercitatio.

Deficit in uetustissimo exemplarj.

uero tempore opus est gestari: maximeq; nauigare: perfricari ter aut quater in die, sic ut nitrum oleo misceatur perfundi aqua calida post cibum deinde sinapim imponere: per omnia membra excepto capite donec adrodatur et rubeat. Maximeq; si corpus durum et uirile est. paulatim deinde faciendus est transitus ad ea que uentrem

comprimunt. Assa caro danda ualens et que nō facile corrumpatur. Potus uero pluuiatilis aque decocte per binos ternosue cyathos bibatur. Si uetus uitium est oportet laser q̄ optimū ad piperis magnitudinem deuorare. Altero quoq; die uinum uel aquam bibere: interduz interposito cibo singulos uini cyathos sorbere. Ex inferiore parte infundere pluuiatilem egelidam aquam ꝛ maximeq; si dolor in imis partibus remanet.

Duo morbi inter ipsa intestina unus in tenuiore alius in pleniore.

INTER ipsa uero intestina consistunt duo morbi: quorum alter est in tenuiore intestino, alter in pleniore intestino: prior acutus est: insequens esse longus potest. DIOCLES.

DIOCLES carystius: tenuioris intestini morbum Κωλικον. plenioris ileon nominauit. A plerisq; uideo nunc illuz priorem ΣΙΛΕΩΝ. hunc Κωλικον nominari. Sed prior modo supra umbilicum. modo subumbilicum dolorem mouet. Fit ex alterutro loco inflāmatio, nec aluus, nec spiritus infra transmittitur. Si superior ps affecta est, cibus: si inferior stercus per os redditur: Si utrūlibet uetus est, adicitur periculo uomitus biliosus mali odoris, aut uarius, aut niger. Remedium est sanguinē mittere uel cucurbitulas pluribus locis admouere: non ubiq; cute incisa: id .n. duobus aut tribus locis satis est, ex ceteris spiritum euocare habunde est. Tum animaduertere oportet quo loco malum sit. Solet enim contra id tumere. Et si supra umbilicum est: alui ductio utilis non est: Si infra est aluum ducere.

Erasistrato placuit

ERASISTRATO placuit optimū est et sepe: id auxilij satis est. ducitur autē percolato tisane cremore cū oleo et melle: sic ut preterea nihil adiciat.

Si nihil tumet duas manus imponere oportet supra summū uentrem paulatimq; deducere. Inuenietur.n. mali locus qui necesse est renitatur. Et ex eodem librari poterit: ducenda nec ne aluus sit. Illa cōmunia sunt calida cathaplasmata admouere. eaq; imponere a mamis usq; ad inguina et spinam. ac sepe mutare brachia cruraq; perfricare. Demittere totū hominem in calido oleo. Si dolor non quiescit etiā in aluum ex parte inferiore tres aut quatuor cyathos calidi olei dare. Vbi per hec consequuti sumus. ut iam ex inferiore parte spiritus transmutatur. offerre potui mulsum tepidum nō multū. Nam ante magna cura uitādum est nequid bibat. Si id cōmode cessit, adicere sorbitionem. Vbi dolor et febricula quierunt: tum demum uti cibo pleniore. Sed neq; inflante. neq; duro neq; ualido: ne intestina adhuc imbecilla ledantur. Potui uero nihil preter q̄ puram aquam. Nam siue quid uinulentum siue acidū est: id huic morbo alienum est. ac postea quoq; uitare oportet balneum, ambulationem, gestationem, ceterosq; corporis motus. Nam facile id malum redire consueuit: et siue cum frigus subit siue aliqua iactatio: nisi bene iam cōfirmatis intestinis reuertitur.

De intestino pleniore.

IS autē morbus qui intestino pleniore est: in ea maxima parte est quam certam est proposui. uehemens fit inflatio, uehementes dolores dextra magis parte intestinū quod uerti uidetur, prope spiritū elidit. in plerisq; post frigora cruditatesq; oritur: deinde qescit

Et per etatem sepe repetens sic cruciat ut uite spatio nihil demat. Vbi is dolor cepit admouere sicca et calida fomenta oportet. Sed primo lenta deinde ualidiora simulq; frictiones. Ad extremas partes que sunt crura et brachia.

AD extremas partes idest crura brachiaq; materiam reuocare si discussum non est qua dolet cucurbitulas sine ferro defigere. Est etiā medicamentum eius rei causa comparatum quod Kωλικον nominatur.

Cassius colice inuenisse gloriabantur.

ID se repperisse Cassius gloriabatur: magis prodest potui datum sed impositum quoq; extrinsecus digerendo spiritum dolorem leuat nisi finito uero tormēto recte neq; cibus neq; potio adsumitur. Quo uictu sit utendum qui hoc genere temptantur iam mihi dictum est.

Confectio medicamenti quod Kωλικον nominatur ex his constat costi anesi castorei singl. p°. ℥. iii. petro selini p°. den. iii. piperis longi et rotundi singl. p°. ℥. ii. papaueris lacrime iunci rotundi myrre nardi singl. p°. ℥. vi. que melle excipiuntur. id autem et deuorari potest et ex aqua calida sumi. De Dissintericis.

PROXIMA his inter intestinorū mala tormina esse consueuerunt Λυσιν εστερια grece uocatur Intus intestina exulcerantur. Ex his cruor manat isq; modo cū stercore aliquo semper liquido modo cū quibusdam quasi muccosis excernitur. Interdum simul quedam carnosa descendunt frequens deiciendi cupiditas dolorq; in ano est cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur. Atq; eo quoq; tormentū intenditur: idq; p⁹ tempus aliquod leuatur exigua requies est. Somnus in

terpellatur, febricula oritur. longoq; tempore id malum cū inueterauerit, aut tollit hominem: aut etiā si finitur excruciat. Oportet in primis conquiescere, si qdem omis agitatio exulcerat: deinde ieiunium, sorbere uini cyathū cui contrita radix quinq; folij sit adiecta imponere catha plasmata super uentrem que reprimunt: quod in superioribus uentris morbis non expedit. Quotiens desidit subluere aqua calida: in qua decocte uerbene sint. Portilacam uel coctam uel ex dura muria edisse. Cibos potionesq; easq; adstringunt aluum. Si uetustior morbus est, ex inferioribus partibus tepidum infundere. uel tisane cremorem, uel lac, uel adipem liquatam, uel medullam ceruinam uel oleum. uel cū rosa butirum, uel cū eadem album crudum ex ouis: uel aquam in qua lini semen decoctum sit. Vel si somnus non accedit, uitellos cum aqua in qua rose floris folia cocta sint. Leuant. n. dolorem hec, et mitiora ulcera efficiunt maximeq; utilia sunt. si cibi quoq; secutum fastidium est.

Themisonis.

THemison muria dura q̄ asperrima: sic utendum memorie prodidit. Cibi uero esse debent qui leniter uentrem destringant: et ea que urinam mouent. Si ea consequuta sunt, noxam augent. Itaq; nisi in quibus prompte id facere consuerunt, non sunt adhibenda. Potui si febricula est aqua pura calida: uel ea que ipa quoq; adstringat dari debet. Si non uinum lene austerum. Si pluribus diebus nihil remedia alia iuuerunt. uetusq; iam uitium est. Aque bene frigide potio adsumpta, ulcera adstringit. et initium secunde ualetudinis facit. Sed ubi uenter suppressus est. protinus ad calidam potionem reuertendum est. Solet autē interdum etiā putris sanies,

pessimiq; odoris descendere. Soler puris sanguis profluere si superius uitium est: aliuis aqua mulsa ducidebet.
Tunc deinde eadem infundi que supra comprehensa sunt valensq; est etiam aduersus cancerem intestinorum minij oleba cum salis hemina contrita: si mixta his aqua in alium datur. Ac si sanguis profluit cibi portionesq; esse debent que adstringunt. De leuitate intestinorum.

Ex tormentis interdum intestinorum leuitas oritur: que continere nihil possunt. et quicquid assumptum est imperfectum protinus reddunt. id interdum egros trahit. interdum precipitat. in hoc utiq; adhibere oportet comprimentia: quo facilius tenedi aliquid in testinis iussit. Ergo et super pectus ponetur sinapi exulceataq; cute: malagina qd humorem euocet. et ex uerbenis decocis aqua desidat. et cibos portionesq; adsumat que aliuum adstringunt. Et frigidis utetur perfusionibus oporteat: tamen prospicere ne sit his omnibus admotis: uicium contrariu per immodicas inflationes oriatur. Paulatim ergo firmari intestina debebunt aliquibus quotidie adiectis. et cum in omni fluere uentris: tum in hoc precipue necessarium est non quotiens libet desidere sed quotiens necesse est: ut hec ipa mora in consuetudinem ferendi oneris intestina deducat.
Alterum quoq; quod eque ad omnes similes affectus pertinet: in hoc maxime seruandum est ut cum plera utilia insuaua sint: qualis est plantago et rubi et quicquid mali corio mixtum est. ea potissimum ex his dentur que maxime eger uoler. Deinde si omnia ista fastidiet: ad excitandum cibi cupiditatem interponatur aliquid minus utile sed magis gratum exercitationes, frictiones,

huic quoq; morbo necessarie sunt: et cum his soliginis bal
neum uomitus. Hyppocratis.

VT hyppocrati uisum est etiam albo ueratro si cete
ra parum proficient euocatus.

Si Lumbrici occupant aluum.

NON nunq; autem lumbrici quoq; occupant aluum.
Hi qui modo ex inferioribus partibus modo fedius
ore reduntur: atq; interdum latos eos qui peiores, inter
dum teretes uidemus. Si lati sint.

SI lati sunt aqua potui dari debet in qua lupinum
aut cortex mori decocta sit: aut cui adiectum sit
contritum uel hysopum uel piperis acetabulum uel
hysopum scamonie paulum. Vel etiā pridie cū multum
allium ediderit uomat. Posteroq; die mali punici tenues
radiculas colligat quantū manu comprehendet eas contu
sas in aque tribus sextarijs decoquat: donec tercia pars su
persit. huc adiciat nitri paulum et ieiunus bibat. Inter
positis deinde tribus horis duas potiones sumat. At aque
uel murie dure sit adiecta. Tum desidat subiecta calida
aqua in pelue. Si rotundi sunt.

SI uero teretes sunt qui pueros maxime exercet
et eadem dari possunt, et quedaꝫ leuiora: ut contri
tum semen urtice aut brasice aut cumini cū aqua
uel menta cū eadem uel absinthium decoctum uel hysopū
ex aqua mulsa uel nasturcij semen cū aceto contritum. E
disse etiā et lupinum et allium prodest uel in aluum ole
um subter dedisse. Tenesmos.

EST autē aliud leuius omnibus proximis: de quibus
supradictum est. quod et ΤΕΝΕϹΜΩΝ greci uocāt:
id neq; acutis neq; longis morbis adnumerari debet.

cum et facile tollatur neq; unq̄ per se iugulet. In hoc eque
atq; in torminibus frequens desidendi cupiditas est eque
dolor ubi aliquid excernitur. Descendunt autē pituite
muccisq; similia. Interdum etiā leniter subcruenta: sed his
interponuntur non nunq̄ ex cibo quoq; recte coacta de-
sidere oportet in aqua calida. Sepiusq; ipm̄ manu nutrite
cui plura medicamenta idonea sunt. butirum cum rosa
agatia ex aceto liquate in plaustrum id quod
greci uocant rosa liquatum alumen lana circūdatum et
ita appositum: eademq; ex inferiore parte indita que tor
minū auxilia sunt. Eadem uerbene decocte: ut inferio
res partes foueantur. Alternis uero diebus aqua: alter
nis leue et austerum bibendum est. potio esse debet egeli
da et frigida. Proprior ratio uictus talis qualem in tormi
na supra precepimus. leuior etiam dum recens deiectio est.

De fluxu uentris quomodo inimicus subueniatur.

VBI et liquida aluus et sepius q̄ ex consuetudine
fertur: atq; interdum tollerabilis dolor est inter-
dum grauissimus. idq; peius eius. Sed uno die fluere
aluum: sepe pro ualetudine est atq; etiā pluribus dum fe-
bris absit et intra septimū diem id conquiescat. Purgatur
eni; corpus: et quod intus lesurum erat utiliter effundi-
tur. Verū spatium periculosum est. Interdum n. tormina
ac febriculas excitat uiresq; consumit, primo die quie-
scere satis est: neq; impetum uentris prohibere. Si per se
desijt balneo uti paulum cibi capere. si mansit abstine-
re non solum a cibo sed etiā a potione. Postero die si nih
ilominus liquida aluus est est eque conquiescere, paulū
astringentis cibi sumere. tercio die in balneum ire. Ve-
hementer omnia preter uentrem perfricare ad ignē

lumbos scapulasq; admouere: cibis uti sed uentrem contra-
hentibus, uino non multo merato. Si postero quoq; die flu-
et, plus edisse sed uomere ex toto donec conquiescat. Con-
siti, fame, uomitu niti. uix.n. fieri potest: ut post hanc ani-
maduersionem aluus nō contrahatur. Alia uia est, ubi ue-
lis supprimere, cenare deinde uomere. postero die in lec-
to conquiescere. Vespere ungi sed leniter deinde panis cir-
ca se libram ex uino amineo sumere. Tum assum aliquid
maximeq; auem: et postea uinum idem bibere aqua pluui-
ali mixtum. idq; usq; qntam diem facere, uterūq; uomere.
frigidam autē assidue potionem esse debere. Contra prio-
res auctores Asclepiades affirmauit et qdem frigissimam.
Ergo experimentis queq; in se credere debere existimo: ca-
lida potius an frigida utatur. Interdum autē euenit ut
id pluribus diebus nec lectum curari difficilius possit. a
uomitu oportet incipere: deinde postero die uespere te-
pido loco ungi. Cibum modicum adsumere vinum mera-
tum q̄ asperrimū. impositam super uentrem habere cum
cerato rutam. In hoc aūt affectu corporis neq; ambulatio-
ne neq; frictione opus est, uehiculo sedisse, uel magis etiā
equo prodest. Neq; enim ulla res magis intestina cōfirmat.

Medicamentum ex pomis.

SI uero etiā medicamentis utendum: aptissimū est
id quod ex pomis fit. Vindemie tempore in gran-
de coicienda sunt pira atq; mala siluestria. Si ea non sūt
pira tarentīa uiridia: uel signa mala scandiana, uel ame-
rina, myrapia. hisq; adicienda sunt ceconea et cum ipsis
corticibus suis punica sorba et quibus magis utimur et tor-
minalia sic ut hec: terciam olle partem teneant. Tum
deinde ea musto implenda est coquendumq; id, donec om-

nia que indurasunt liquata unitatem quadam coeant:
id gusto non insuaue est. et quandocuq; opus est adsump
tum leniter sine ulla stomachi noxa uentrem tenet duo
aut tria cochlearia uno die sumpsisse satius est.

Aliud medicamentum.

ALterum ualentius genus est. murte bachas legere,
ex his unum exprimere id decoquere ut decima
pars maneat: eiusq; cyathum sorbere.

Tertium medicamentum.

TErtium quod quandocuq; fieri potest, malum pu
nicum excauare exempteq; omnibus seminibus
membranas que inter ea fuerunt iterum coicere. Tum
infundere cruda oua. tiduculaq; miscere. Deinde malu;
ipm super prunam imponere. qd dum humor intus est
non aduritur. Vbi siccum esse cepit remouere oportet,
extractumq; cochleari quod intus est edesse. Aliquibus ad
iectis maius momentu habet. Itaq; etia in piperatum
coictur misceturq; cum sale et pipere. Est quid ex
his edendum. Est pulticula etia cu; qua paulum ex fa
uo uetere cocti sit. et lenticula cum malicorio cocta
rubiq; cacumina in aqua decocta. et ex oleo atq; aceto
adsumpta efficacia sunt. Atq; ea aqua in qua uel palmu
le uel malum coroneum uel arida sorba uel rubi decoc
ti sunt potata. Notandum hoc.

QVOD genus significo quotiens potionem dandam
esse dico que adstringat. tritici quoq; emina in
uino amineo austero decoquitur: idq; triticum
ieiuno ac sicienti datur. superq; id uinum id sorbetur qd
iure ualentissimis medicamentis adnumerari potest. atq;
etia potui datur uinum signinu uel resinatum austeru.

pulticula

uel quodlibet austerum. Contunditurq; cū corticibus sem
nibusq; suis punicum malum uinoq; tali miscetur. idq;
uel merum sorbet aliquis uel bibit mixtum. Sed medi
camentis uti nisi in uehementibus malis superuacuū est.

De Vulua.

EX uulua quoq; feminis uehemens malum nascitur
proximeq; a stomacho uel afficitur hec uel corpus
afficit. Interdum etiā sic examinat ut tanq̄ comicia
li morbo prosternat. Distat tamē hic casus eo qd̄ neq; o
culi uertuntur: nec spume profluunt. nec nerui distendū
tur. Sopor tm̄ est: idq; quibusdam feminis crebro reuer
tens perpetuum est. Vbi incidit si sacis uirium est, sanguis
missus adiuuat. Si parum est cucurbitule tamē defingen
de sunt in inguinibus. Si diutius aut iacet aut alioquin
iacere consueuit. admouere oportet naribus extinctum
ex lucerna liniamentū. uel aliud ex his que fedioris es
se retuli quod mulierem excutet. idemq; aque quoq; frigi
de perfusio efficit. adiuuatq; ruta contrita cū melle uel ex
cyprino ceratum: uel quodlibet calidum et humidum cata
plasma naturalibus pubetenus impositum. Inter hec etiam
perfricare coxas et poplites oportet. Deinde ubi ad se re
dit circūcidendum uinum est in totum annum. Etiam si ca
sus idem non reuertitur. frictione quotidie utendum to
tius qdem corporis precipue uero uentris et poplitum. Ci
bus ex media materia dandus. Sinape super imū uentre
Tertio quoq; aut quarto die imponendum donec corpus
rubeat. Si duricies manet mollire cōmode uidetur sola
num in lac demissum deinde contritum et cera alba atq;
medulla ceruina cum uino aut sebum taurinum uel ca
prinum cū rosa mixtum. Dandum etiā potui uel casto

Vreum est. . . DE GHIT.

VEL ghit uel anetum si parum pura est, purgatur iunco quadrato. . Si uulua exulcerata est. .

Si uero uulua exulcerata est, ceratum ex rosa fiet et recens suilla adeps. et ex ouis album misceatur, idq; apponatur uel album ex ouo cum rosa mixtu; adiecto quo facilius consistat contrite rose puluere. Dolens uero ea sulphure subfumigari debet. At si purgatio nimia mulieri nocet: remedio sunt cucurbitule cute incisa unguinibus uel etiam sub mammis admote. Si maligna purgatio est subicienda sunt.

Deficit in uetustissimo exemplari.

Coxis proxima genua sunt in quibus ipis non nūq̄ dolor esse consueuit. In hisdem autē cataplasmatis cucurbitulisq; presidium est: sicut etiā cu; in humeris alijsue cōmissuris: dolor aliquis exortus est. Equitare ei cui genua dolent inimicissimū est omnium. Omnes autē; eiusmodi dolores ubi inueterauerunt. uix citra ustionem finiunt.

Icure manuum uel pedum uel podagre. .

IN manibus pedibusq; articulorum uicia frequentiora longioraq; sunt que in podagris cheragrisue consuerunt, ea raro uel castratos uel pueros ante femine coitum uel mulieres nisi quibus menstrua suppressa sut temptant. vbi sentiri ceperunt sanguis mittendus est.

Id.n. inter initia statim factum. sepe annuam nō nunq̄ perpetuam ualetudinem totam prestat. Quidam etiā cū asinino lotio se eluissent, in perpetuum hoc malum euaserunt. Quidam cu; toto anno a uino mulso uenere

sibi temperassent: securitatem totius uite consequuti sunt.
Idq; utiq; post primū dolorem seruandum est: etiam si
quieuit: qd' si iam consuetudo eius facta est, pōt qdem
aliquis esse securior his temporibus quibus dolor se remi-
sit. Maiorem uero curam adhibere debent hij quibus id
reuertitur: quod fere uere autumnoq; fieri solet. Cum
uero dolor non urget manu gestari debet deinde ferri.
In ambulatione leui se mouere, et si podagra est: interpo-
sitis temporibus exiguis inuicem modo sedere, modo am-
bulare: anteq̄ cibum capiat sine balneo loco calido leuit'
perfricari, sudare perfundi aqua egelida: deinde cibum
sumere ex media materia interpositis rebus urinam
mouentibus. quotiensq; plenior est humor euomere. Vbi
dolor uehemens urget: interest sine tumore is sit. an
tumor cū calore. an tumor, iam etiā obcaluerint. Nam
si tumor nullus est calidis fomentis opus est aquam ma-
rinam uel muriam duram feruere facere oportet. de-
inde in peluem coicere: cum iam homo pati potest pe-
des demittere superq; pallam dare et uestimento tegere.
paulatim deinde iuxta labrum ipm ex eadē aqua leui-
ter infundere: ne calor intus destituat ac deinde noctu
cathaplasmata calefacientia imponere maximeq; ibisci
radicem ex uino coctam. Sin uero tumor calorq; est:
utiliora sunt refrigerentia recteq; in aqua q̄ frigissima
articuli continentur. Sed neq; quotidie neq; diu fit ne
nerui non ledantur imponendum eruca plantago ut
refrigeret: neq; in hoc quotidie permanendum: sed ad
ea transeundum que sic reprimunt ut emolliant. Si
maior papaueris cortices in uino coquendi miscendiq;
cum cerato sunt: quod ex rosa factum sit uel cera uel

adipe suillo tantūdem una liquandum: deinde uinum miscendum: atq; ubi quod ex eo impositum est incaluit, detrahendum et subinde aliud imponendum est. Si uero tumores etiā obcaluerunt et dolent e spongiaq; imposita: subinde ex oleo et aceto uel aqua frigida exprimitur. aut pari portione inter se mixta pix cera alumen. Sunt etiā plura idonea manibus pedibusq; malaginata: quod si nihil super imponi dolor patitur id qd' sine tumore est: fouere oportet spongia: que in aquam calidam dimittatur in qua uel papaueris corticis uel cucumeris siluestris ϕ radix decocta sit. Tum inducere articulis crocum cum suco papaueris et ouilo lacte.

At si tumor est foueri qdem debet aqua egelida in qua lentiscus aliaue uerbena ex reprimentibus decocta sit: induci uero medicamentū ex nucibus amaris cum aceto tritis aut ex cerussa cui contrite herbe muralis sucus sit adiectus. Lapis etiā qui carnem exedit parem quem CAPKOϕACON greci uocant excisus sic ut pedes capiat demissos eos cum dolent retentosq; ibi leuare cōsueuit. ex quo in asia lapidi tasio faciunt gratia est adiuuandum. ubi dolor et inflatio se remiserunt: quod infra dies xl. fit nisi uicium hominis accessit modicis exercitationibus, abstinentia, unctionibus lenibus utendum est: sic ut etiā a copo uel liquido cerato cyprino articuli perfricentur, equitare podagricis quoq; alienū est. Quibus uero articulorum dolor est: certis temporibus aduertitur. hos ante et curioso uictu cauere oportet ne inutilis materia corpori supersit et crebriore uomitu. Et si quis ex corpore metus est uel alui ductione uti uel lacte purgari.

ERASISTRATVS.

QVOD Erasistratus in podagricis expulit: ne inferiores partes factus cursus pedes repleret: cū euidens sit omni purgatione non superiora tm̄ modo: sed etiam inferiora exinaniri. Ex quocūq; aut morbo quis conualescit: si tarde confirmatur, sugale prima luce debet: nihilominus in lecto conquiescere circa tertiam horam leuiter unctis manibus corpus p̄ mulcere. Deinde delectationis causa quantū iuuat ambulare. Circūcisa omni negociosa cogitatione uel actione. Tum gestari diu multa fricatione tui loca celum, cibos sepe mutare: ubi triduo quatriduoue uinum bibit uno aut etiam altero die interponere aquam: per hec enim fit ne in uitia tabem inferentia incidat: et ut mature uices suas recipiat: cum ex toto uero conualuerit: periculose uite genus subito mutabit et inordinate agit: paulatim ergo debebit omissis his legibus eo transire ut arbitrio suo uiuat.

Artium Aurelij Cornelij Celsi Liber viiij. idem medicine Liber Quartus Explicit Feliciter.

DIXI de his malis corporis quibus uictus ratio maxīe subuenit. Nunc transeundum est ad eam medicie partem: que magis medicamentis pugnat. his multum antiqui auctores tribuerunt. et Erasistratus et hi qui se empericos nominarunt. precipue tamē herophilus deductiq; ab eo uiro: adeo ut nullum morbi genus sine his

curarent. Multaq; etiam de facultatibus medicamentorum memorie prodiderunt qualia sunt, uel zenonis, uel andrie, uel appollonij qui mis cognominatus est. Horum autem usum ex magna parte sustulit.

ARTIVM AVRELII CORNELII CELSI LIBER X. IDEM MEDICINE LIBER V. INCIPIT. FELICITER.

Asclepiades ex magna parte usum medicamentorum sustulit. Caplin Primum.

ASCLEPIADES NON SINE non sine causa sustulit. et cum omnia fere medicamenta stomachum ledant. maliq; succi sint ad ipius uictus rationem potius omnem curam suam transtulit. Verum ut illud in pleruq; morbis utilius est. sic multa ad modum corporibus iris incidere consuerunt. que sine medicamentis ad sanitatem peruenire non possunt. Illud ante omnia scire oportet, qd omnes medicine partes ita innexe sunt. ut ex toto separari non possunt. Sed ab eo nomen trahant. a quo plurimu petunt. Ergo ut illa que uictu curat aliquando medicamentum adhibet. ita illa que precipue medicamentis pugnat. adhibere etia ratione uictus debet. que multum ad modum in omnibus malis corporis pro-

ficit. Sed cum omnia medicamenta proprias facultates habeant: ac sepe simplicia opitulentur sepe mixta: non alienum uidetur ante ponere. :- ¶ mentoꝝ.

Zenon Andrias et Appollonius de facultatibus medica-

ET nomina et uires et mixturas eorum: quo minor ipam curationem ex sequentibus mora fit. :-

Ad sanguinem supprimendum. ..

SAnguinem supprimunt attramentum sutorium qd greci ΚΑΛΚΗΑΝΘΟ uocant calchitis acacia et ex aqa lytium thus aloe gummi plumbum combustum, porrum herba sanguinalis, creta uel cimolia uel figularis, mysi frigida aqua uinum acetum alumen melinum. squama et ferri et eris: atq; huius quoq; due species sunt. alia tantu modo aeris. alia rubri aeris. :. Glutinant. .

VVLNVS myrra thus gummi precipueq; achantinum herbe nomen ese psylleum, tragachanta, cardamomon, bulbi lini semen nasturcium: oui album glutten hyctioncolla uitis alba. contuse cum testis suis coclee, mel coctum spongia uel ex aqua frigida, uel ex uino uel ex aceto expressa. Ex isdem lana sucida si leuis plaga est, etiam araneum, alumen et scissile quod sciston uocatur, et liquidum melinum auri pigmentum, erugo: calchitis attramentum sutorium. :.

Que concoquunt et mouent. ..

CONcoquunt et mouent pus nardum, myrra, costu balsamum galbanum propolis, styrax, thuris et fuligo. et cortex bitumen, pix, sulphur, resina seuum, adeps oleum. .. Que aperiunt. :-

VVLNERA aperiunt tanq̄ ora in corporibus quod coo na grece dicitur cinnamomum balsamum.

panacis, uncus quadratus, puleium, flos albe uiole, bdella,
galbanum, resina therebintina, et pinea propolis, oleum
uetus, et piper pirethrum, camepitheus, uua timina:
sulphur, alumen, ruta semen. Que purgant.

PURGANT erugo, auripigmentu, quod APCENIKON
a grecis nominatur, huic autē et sandrace in omia
eadem uis. sed ualidior est q̄ eris spuma, ex iris
balsamum, storax, thus, storis, cortex resina, et pinea et
therebintina liquida, oenanthe, lacerti stercus, sanguis
columbe et palumbi, et hirundinis amoniacum, bdellii
quod in omnia idem quod āmoniacum potest: sed ua
lentius est abrotanum, ficus arida, coccum gnidum, sco
bis eburei, omphacium radicula coagulum, sed maxie
leporinum: cui eademq; que ceteris coagulis facultas
sed ubiq; ualidior est, fel, uitellus crudus, cornu ceruinū
gluten taurinum, mel crudum, misios, calchitis, crocū
uua timinia abrotonum, costum, sulphur, pix cruda,
seuum, adeps, oleum, ruta, porrum, lenticula, erbur.

Que comedunt.

RODVNT alumen liquidum, sed magis rotundu;
erugo, calchitis, mysis, squama eris, sed magis ru
bri, es combustum, sandaraca, minium, sinopicum, cas
sia, balsamum, myrra, turis, cortex, galbanum, resina
therebintina humida, piper utrūq; sed rotundu; ma
gis, cardamomum, auripigmentum, calx, nitrum et
scama eius, apij semen, narcissi radix, omphacium, al
cionium, oleum ex amaris nucibus, allium, mel crudū
uinum, lentiscus, squama ferri, fel taurinum, scamo
nia, uua timinia, cinnamomū, storax, sicutae semen,
omphacium, apij semen, resina, narcissi semen, fel, nu-

ces amare oleumq; earum, attramentum sutorium, chrysocolla ueratrum cinis.

Que uehementia exurunt.

EXedunt corpus acacie sucus, hebenus, erugo squama eris, chrysocolla, cinis cyprius, nitrum, cadinia, spuma argenti, hyporistis difhriges: auripigmentu sulphur sal cicuta, sandaraca salamandra alcyoneum aeris flos, calchites attramentum sutorium ochra calx acetum alumen galla lac caprifici uel lactuce marine que a grecis nominatur alcioneum fel turis, fuligo, spodium lenticula mel olee folia marubium lapis ematites et phrygius et tasius, et scissilis nusu uinum acetum.

Que adurunt.

ADVRVNT auripigmentum attramentum sutorium calchitis mysi erugo calx squama eris ex combusta murra stercus, et lacerti et columbe et palumbe, et hirundinis piper coccognidium, allium difhriges lac utruq; quod proxime capite supra comprehensum est ueratrum et album et nigrum cantharides corallium piretrum tus salamandra eruca sandaraca uua timinia chrysocolla ochra alumen scissile ouilum stercus cenanthe.

Que crustas inducunt.

EADEM fere crustas uulneribus tanq̄ igne adustis inducunt: sed precipue calchitis utiq; si cocta est, flos eris, erugo auripigmentum mysi et id queq; magis coctum.

Crustas resoluit.

CRVSTAS uero has resoluit farina tritica cum ruta uel porro aut lenticula cui mellis aliquid adiectum est.

Que discutiunt ea que in aliqua parte corporis coierunt.

AD discutienda uero ea que in corporis parte aliqua coie-
runt: maxime possunt abrotanum selerium amara
cus, alba uiola, mel, lilium, sansucus, cyprius, lac ser
tula campana, serpillum, cypressus, cedrus, iris uiola pur
purea narcissus, rosa, crocum, passum, iuncus, quadratus;
nardum, cinnamomu, cassia, hammoniacum, cera, resina, uua
timinia, spuma argenti, stirax, ficus, arida, tragoriganus, li
met narcissi semen, bitumen, sordes ex gymnasio, pyrites, la
pis aut molaris, crudus, uitellus, amare nuces, sulphur.

Que euocant uel educunt.

EVOCAT et educit ladanum, alumen rotundum, he
benus, lini semen, omphacium, fel calchitis, bdellium,
resina, therebentina et pinea, propolis, ficus, arida, decocta,
stercus, columbe, pumex, farina, lolli grossi in aqua cocti, ela
terium, lauri bace, nitrum, sal.

Que exasperata leuent.

LEVAT id quod exasperatum est spodium, hebenus,
gummi, oui album, lac, tragacanta.

Que carnem nutriant.

CARNEM alit et ulcus implet resina pinea, ochra
attice uel astinice, cera, butirum.

Que molliunt.

MOLLIVNT es combustum, terra eritria, nitrum, pa
paueris lacrima, hammoniacum, bdellium, cera se
uum, adeps, oleum, ficus, arida, sesamum, sertula campana,
narcissi et radix et semen, rose folia, coagulum, uitellus,
crudus, amare nuces, medulla omnis, stilmi, pix, coclea coc
ta, cicute semen, plumbi recrimentum, scoria, molbdij gre
ci uocant, panacis, cardamomum, galbanum, resina, uua
timinia, stirax, iris, balsamum, sordes ex gymnasio, sulphur,
butirum, ruta.

Que uulnus purgat et cutem.

CVTEM purgat mel sed magis si est cum galla uel erbo uel lenticula uel marrubio uel uirde uel ruta uel nitro uel erugine. De mixtionibus medicamentorum.

EXPOSITIS simplicibus facultatibus: dicendum est quemadmodum misceantur queque ex his fiant miscentur autem uarie neque huius ullus modus est: cum ex similibus alia demantur: alia adiciantur. hisdemque seruatis ponderum ratio mutetur. Itaque cum facultatum materia non ita multiplex sit inumerabilia mixturarum genera sunt que comprehendi si possent: tamen esset superuacuum. Nam et idem effectus intra paucas compositiones sunt et mutare eas cuilibet cognitis facultatibus facile est. Itaque contentus his ero quas accepi uelut nobilissimas. In hoc autem uolumine eas explicabo que uel desiderari in prioribus potuerunt: uel ad eas curationes pertinent: quas protinus hic comprehendam. sicut tamen magis communia sunt simul iungam. si qua singulis uel etiam paruis accommodata sunt. in ipsorum locum differam. De ratione ponderum.

SED et ante sciri uolo in uncia pondus denarij septem esse. Vnius deinde denarij pondus diuidam in sex partes id est sex uncias ut idem in uncia denarij habeam quod greci habent in eo quem obolon appellant. id ad nostra pondera relatum paulo plus dimidio scripulo facit. Malaginata uero atque emplastra pastillique quos trociscos greci uocant. cum plurima eadem habeant differunt eo quod maliginata maxime ex floribus eorumque etiam surculis. Emplastra pastillique magis ex quibusdam metallis fiunt. Deinde malaginata contusa aliunde mollescunt. Nam super integram cutem iniciuntur. Laboriose uero conteruntur

aliqd deest

additum est

ea ex quibus emplastra pastilliq; fiunt ne ledant uulnera cum imposita sunt.

Quid inter pastillum et emplastrum interest.

INTER emplastrum et pastillum hoc interest quod emplastrum utiq; liquari aliquid accipit. in pastillo tantū arida medicamenta aliquo humore iunguntur. Tu emplastrum hoc modo fit. Arida medicamenta per se teruntur. Deinde mixtis his instillantur aut acetum, aut si quis alius non pinguis humor accessurus est. et ea rursus ex eo teruntur. ea uero que liquari possunt ad ignem simul liquantur. Et si quid olei misceri debet. tum infūditur. Interdum etiā aridum aliquod ex oleo prius coquitur, ubi facta sunt que separatim fieri debuerunt in unum omnia miscentur.

De pastillo.

AT pastilli hec ratio est arida medicamenta contrita humore non pinguis aut uino uel aceto coquūtur et rursus cocta inarescunt. Atq; ubi utendū est eiusdem generis humore diluuntur. Tum emplastro imponitur pastillus inlinitur aut alicui molliori uel cerato miscetur.

De malaginatis.

HIS cognitis primum malaginata subiciam que fere non sunt refrigerandi sed calefaciendi causa reperta. est tamen quod refrigerare potest.

Calidam podagram refrigerant.

AD calidas podagras aptum habet galle et immature et alterius coriandri seminis cicute lacrime aride gummi singulorum plenum acetabulum cerati eloti quod ΠΕΠΑΥΓΜΕΝΟΝ greci uocant se libram. reliqua uero calefaciunt sed quedam digerunt materiam quedam extrahunt que epispastica uocatur.

.DE HYDROPICO..

PLERAq; ceteris magis partibus membrorū accomodata sunt. Si materia extrahenda est: ut in hydropico in lateris dolore in incipiente accessu in suppuratione que mediocri aptum est id quod habet. Resine aride nitri ammoniaci galbani singulorum pars cere ps aut in quo hec sunt eruginis rase turis singulorum per ℥ ij. hammoniaci salis per ℥ vi. squame aeris cere singulorum per ℥ viij. Resine aride per ℥ xij. aceti cyathus idem prestat cumini farina cum struchio et melle.

SDE IECORE..

SI iecur dolet in quo est balsami lacrima per ℥ ij. costi cinnamomi cassie corticis murre croci iunci rotundi balsami seminis iridis illirice cardamomi amomi nardi singulorum per ℥ xvi. quibus adicitur nardum unguentum donec cerati crassitudo sit. Et huiꝰ qdem recentis usus est. Si uero seruandum est resine therebintine per ℥ xvi cere per ℥ x. ex uino leni contūduntur.

CVRA LIENIS.

AT si lienis torquet glandis quam balano MYPIΦIKEN greci uocant cortex et nitrum paribus portionibꝰ contunduntur respergunturq; aceto q̄ acerrimo. Vbi cerati crassitudinem habet linteo ante in aqua frigida madefacto inlinitur et sic imponitur. supraq; farina ordeacea inicitur. Sed manere non ibi amplius sex hōris debet ne lienem consumat: satisq; est id bis aut ter fieri. Cōmunem autē iocineri et lieni et abcessibus et strume parotidibus articulis calcibus quoq; suppurantibus aut aliter dolentibus: etiā concoctioni uentris. Lysias composuit ex hysopo panacis stiracis gal

bani resine singulorum per. x. ij. hammoniaci bdellij cere seui taurini iridis aride per. x. iiij. caclirios acetabulo piperis granis. xl. que contrita irino unguento temperantur. De lateribus appollophanes composuit.

AD laterum autē dolores compositio est appollophanis in qua sunt resine therebintine thuris fuliginis singulorum p. x. iiij bdellij hammoniaci iridis. seui uitulini aut caprini a renibus sicci sing. p. x. iiij. hec autē eadem omnem dolorem leuant. dure molliunt. mediocriter calefaciunt. Ad lateris dolorem sandrie compositio.

AD idem latus sandrie quoq; malagma est. quod etiam resoluit educit humorem pus maturat. ubi id maturum est cutem rumpit ad cicatricem perducit prodest impositum minutis maioribusq; abscessibus. Item articulis ideoq; et coxis et pedibus dolentibus. Item si quid in corpore conlisum est reficit precordia quoq; dura et inflata emollit. ossa extrahit.

Ad omnia deniq; ualet que adiuuare calor potest. Id habet cere per. x. i. uisci sycamini quam alie sycamorum uocant lacrime singulorum per. x. i. et rotundi et longi hammoniaci thimiamathis. bdelli iridis illirice. cardamomi amomi. xylobalsami turis masculi murre resine aride sing. p. x. x. pyretri cotrignini spume nitri salis hammoniaci. aristologie cretice radicis ex cucumere agresti resine therebintine liquide singulorū per. xxx.

Quibus adicitur unguenti irini quantū satis est ad ea mollienda atq; cogenda: precipuum uero est ad resoluenda que adstricta sunt: mollienda que dura sunt digerenda que coeunt id quod ad polyarchum auctorem refertur. Poliarchion confectio.

HABET iunci quadrati cardamomu, turi fuliginis, amomi cere resine liquide pares portiones. aliud ad eadem nilei croco malaginatis quod quasi recrementum eius est. p. x. iiij. hammoniaci thimiamatis cere singule, per. x. xx. ex quibus duo priora ex aceto teruntur. Cera cum rosa liquatur. et tum omnia iunguntur.

Medi confectio. Moscus

PROPRIE etiam dura mollit id quod moschi esse dicitur. habet galbani unciam turis fuliginis. p. z. cere hammoniaci thimiamatis trientes picis aride. p. ij. aceti heminas tres. Moschi confectio. medus

FERTVR etiam ad digerenda que coeunt sub auctore medio quod habet cere. p. 2. panacis. p. s. Squama eris aluminis rotundi. Item scissilis singulorum. p. 1. plumbi combusti p. 1. s. Pantheni confectio.

AD eadem panthenus utebatur calcis. p. s. sinapis contriti. Item feni aluminis singl. p. 1. seui bubuli p. ij. s. in alio semel. De Struma.

AD strumam multa malaginata inuenio. Credo autem quo peius id malum est minusq; facile discutitur eo plura esse temptata que in personis uarie responderunt. Andreas de struma.

ANDREAS auctor est ut hec misceantur urtice seminis. p. x. 1. piperis rotundi, bdelli galbani, hammoniaci thimiamatis, resine aride singl. p. x. iiij. resine liquide cere pyretri piperis longi lactuce marine seminis, sulphuris ignem non experti quod apyron uocatur foecis aride aceti, spume nitri salis hammoniaci sinapis cardamomi radicis ex cucumere siluestri resine singulorum. p. x. viij. que ex leni uino contunduntur.

Expeditius ad strumas.

EXpeditius ad idem fit quod habet uisci simini ster coris resine sulphuris ignem non experti pares portiones et in quo est sulphuris p. x. i. lapidis quem pyriten uocant ponderis x. iij. cumini acetabulum. Item in quo est lapidis eiusdem pars una sulphuris due partes resine therebintine partes tres.

A Arabs cuiusdam ad incipientes strumas.

ARABIS autem cuiusdam est ad strumam et orientia tubercula que phimata uocantur qd hec dicitur habet murre salis hammoniaci turis resine et liquide et aride croci magniatis cere singulorum p. x. i. lapidis eius quem pyriten uocant p. x. iij. quibus quidam adiciunt sulphuris p. ij.

Ad strumas tubera que difficile concoquuntur.

EST etiam proficiens in struma et in his tuberibus que difficiliter concoquuntur quod et in his que carcinode uocantur: quod ex his constat sulphuris ponderis x. ij. nitri p. x. iij. murre p. x. vi. fuligini turis p. c. salis hammoniaci p. 2. cere p. i.

Protarchi contra fanum.

PRotarchus autem ad parotidas eaq; tubercula q melicera idest faui uel phimata nominantur. Item mala ulcera punicis resine pinee liquide turis fuligini spume nitri uridis singl. p x. viij cum cere per x. viij. miscebat uisq; olei cyathum et dimidium adiciebat.

Aduersus pannum.

AT aduersus pannum tum primum orientem qd phygetron greci uocant et omne tuberculum quod phima nominatur cum duabus partibus simile.

hisq; contunduntur, subinde mel instillatur. donec ma
laginatis crassitudo sit. discutit etiā omne tuberculū
quod phima uocatur id quod habet calcis nitri spume
piperis rotundi singl. p. ℞. i. galbani. p. ℞. ij. salis. ℞. iiij.
que excipiuntur cerato ex rosa facto, suppremitq; om
ne quod abscedit id in quo est. gabani fabe fresa singulo
rum. p. ℞. i. murre turis ex radice capparis corticis sing.
p. ℞. iiij. satisq; omnia abscedentia digerit murex com
bustus et bene contritus: aceto subinde abiecto. At si
satis sanguis subit recte imponitur quod uersus phima
ta quoq; potest. Constat ex his bdelli styracis hammoni
aci galbani resine et aride et liquide pinee. Item ex len
tisco turis iridis sing. p. ℞. ij. carcinode uero phimata
cōmode his leniuntur galbani, uisci hammoniaci, resine
therebintine in sing. p. ℞. i. seui taurini. p. s. fecis com
buste q̄ maxima portione. dum id succius non faciat
q̄ esse malagina oportet. Ad contusam faciem.

QVOD si facie contusa liuor subcruentus est hec
compositio nocte et die imposita tollit. aristolo
chie tapsie sing. p. ℞. ij. bdelli styracis hammo
niaci thimiamatis galbani resine aride et ex lentisco
liquide turis masculi iridis illirice cere singulorū p. ℞.
iiij. Idem faba quoq; imposita proficit.

De malagina.

SVNT etia quedam malaginata que stomathica
greci uocant, quoniam aperiendi uim habent:
quale est quod ex his constat piperis longi, spume nitri
sing. p. ℞. ij. erisimi p. ℞. iiij. quecūq; melle miscentur
idoneaq; etia strume aperiende sunt eius generis uehe
mentiusq; ex his est id quod habet calcis p. ℞. iiij. piperis

grana sex. nitri cere sing. p. x. xij. mellis. p. z. olei hemina.

NICONIS.

Niconis quoq; est quod resoluit aperit purgat habet alcyoneum sulphur nitrum pumicem paribus portionibus quibus tantum picis et cere adicitur ut fiat cerati crassitudo. Ad ossa aristogenis.

Ad ossa aute aristogenis sit ex his sulphuris p. x. i. resine therebintine nitri spume et ex squilla partis interioris plumbi eloti singl. p. x. ij. turis fuliginis p. x. viij; in alio exemplari frans ficus aride q̃ pinguissime seui taurini sing. p. x. viij. cere p. xxij. indis macedonice p. x. vj. sesami fricti acetabulum: maximeq; neruis et articulis malagina conuenit.

Ad dolores articulorum.

Igitur eutychlei est et ad articulos et ad omnem dolorem et ad uesice et ad recenti cicatrice contractos articulos quas anchilas greci nominant quod habet fuliginis turis acetabulum: resine tantudem galbani sine surculis sescuncias hammoniaci bdelli. p. x. iij. singl. p. z. cera. p. s.

Ad digitos.

Hiridis hammoniaci galbani nitri singl. p. x. xiiij. resine liquide. p. x. vj. cera p. x. xvi. Ad dolores articulorum sosagore plumbi combusti papaueris lacrime corticis hyosciami stiracis peucedani seui resine cere pares portiones. Chrisippi resine liquide sandarace; piperis singl. x. xij. quibus cere paululum adicitur. Clesipontis.

Clesipontis cera cretica resine therebintine nitri q̃ ruberrimi singulorum p. s. olei cyathi tres. sed id nitrum ante per triduum instillata aqua teritur et cum sextario eius incoquitur donec omnis humor consuma

tur. Potest ea uero compositio etiā ad parotidas phimata strumam omnemq; coitum humoris emolliendum: ad articulos fici quoq; aridi partem nepete mixtam uel uuā timmiam sine seminibus cum puleio recte aliqs imponit. Eadem podagre presidia sunt sed ad eam fit. Aristonis.

ARISTONIS quoq; quod habet narri cinnamomi casie chameleontis iunci rotundi. singl. p. ℞. viij. seui caprini ex irino liquati. p̄. ℞. xx. iridis p. ℞. i. que in aceto q̄ acerrimo iacere. p̄. xx. dies debet. Idem autē etiam recentia phimata doloresq; omnes discutit. Theoxeni.

AT theoxenus ad pedum dolores seui a renibus partē tertiam salis partes duas miscebat: hisq; membranulam inlitam imponebat tum super iniciebat hāmoniacum thimiama in aceto liquatum. Numenij.

AT numenius podagram ceterosq; articulos induratos hoc molliebat abrotoni rose aride papaueris lacrime. singl. ℞. p. iij. resine therebintine. p. ℞. iiij. turis spume. nitri singl. p. ℞. viii. iridis aristolochie. singl. p. ℞. xij. cere. p̄. iij. quibus adicitur cedri cyathus i. olei laurei cyathi. iij. olei acerbi sextarius.

Dexius ad callos qui in pedibus nascuntur.

SI quando autē in articulis callus increuit dexius doxiuit imponere calcis. p. ℞. iiij. ceruse. p. ℞. viij. resine pinee. p. ℥. quibus dum contunduntur hemina uini lenis instillatur. Inter emplastra efficacissima ea que cruentis statim imponitur.

EX emplastris autē nulla maiorem usum prestant q̄ que cruentis protinus uulneribus iniciuntur. enhema greci uocant hec. n. reprimunt inflamationem nisi magna uis eam cogit. Atq; illius quoq; impetum minuunt.

tum glutinant uulnera que id patiuntur, cicatricem. isdem inducunt constant autem ex medicamentis non pinguibus ideoq; alipene nominantur.

Emplastrum barbarum colore nigro.

OPtimu ex his est quod barbarum uocatur habet eruginis tase. p. ℞. xij. spume argenti. p. ℞. xx. aluminis picis aride. singl. p. ℞. i. quibus adiciuntur olei et aceti singule hemine. Emplastrum coaton colore nigro.

ALterum ad idem quod coacon uocant. habet spume argenti. p. ℞. c resine aride tantudem. sed spuma prius ex tribus olei heminis coquitur. his duobus emplastris color niger est qui fere talis fit ex pice atq; resina. Quos colores emplastris que species faciant.

AT ex bitumine nigerrimus. ex erugine aut eris squama uiridis ex minio ruber ex cerussa albus pauce ad modum compositiones sunt in quibus aliquid mixture uarietas nouat ergo id quoq; nigrum est.

Basilicon colore nigro.

QVOD basilicon nominatur habet panacis. p. ℞. i. galbani p. ℞. ij. picis et resine singl. p. ℞. x. olei dimidium cyathum. Smaragdinum rerum peruiride.

AT quia peruiride est smaragdinam appellatur in quo sunt resine pinee. p. S. turis fuliginis. p. z. olei tantudem aceti quo fuligo et erugo in unum cogantur. Coloris rufi quod uulnera ad cicatricem celeriter perducat.

EST etiam coloris fere rufi quod celeriter ad cicatricem uulnera perducere uidetur. habet turis. p. ℞. i. resine. p. ℞. ij. squame eris. p. ℞. iiij. spume argenti. p. ℞. xx. cere. p. ℞. c. olei heminam.

Colliticen ad glutinandum dictum.

PRETEREA est quam PATITOYCAM a glutinando uocant. Constat ex his bituminis alluminis scissilis .p. ℥. iiij. spume argenti .p. ℥. xl. olei ueteris heminam.

Que capitibus fractis conueniunt cephalica nominantur.

PReterea sunt quedam generis eiusdem que capitibus fractis maxime conueniunt cephalica a grecis nominantur. Compositio philote ad capitis uulnus.

PHILOTE compositio habet terre eretrie calchitidis singl. p. ℥. iiij. murre eris combusti .p. ℥. x. lethyocolle singl. p. xvi. eruginis rase aluminis rotundi mysi crudi aristolochie. sing. p. ℥. viiij. squama eris. p. ℥. x. turis masculi p̄. ℥. ij. cere p̄. i. rose et olei acerbi ternos cyathos aceti quantum satis dum aride ex eo conteruntur.

Aliud ad idem uiride.

ALIVD ad idem uiride eris combusti squame eris murre lethycolle sing. p. ℥. vi. mysi crudi eruginis rase aristolochie aluminis rotundi. singl. p. ℥. viij. cere p̄. ℥. i. olei hemina aceti quotquod satis sit.

De mouendo pure.

PYRI autē mouendo non aliud melius q̄ quod expeditissimū est terra pharmacon a grecis nominatur. habet pares portiones cere picis resine seui taurini. Si id non est uitulini alterum. Eneapharmacon.

AD idem eneapharmacon nominatur quod magis purgat. constat ex nouem rebus cera melle seuo resina murra rosa medulla uel ceruina uel uitulina uel bubula isopo butiro quorū ipōꝝ quoq; pondera paria miscentur. Sunt autē quedam emplastra qbus

utriusq; rei facultas est: que si singula habenda sunt melio
ra sunt: sed in copia reicienda sunt. his potius adhibitis: que
proprie id quod eo tempore opus est consequuntur. Exempli
causa duo proponam. Est igitur aduulnerata attalum qd
habet squame eris p. ℞. xvi. fuliginis p. ℞. xv. hammoniaci
tantūdem resine therebintine liquide p. ℞. xxv. seui tauri
ni tantūdem aceti heminas tres olei sextarium.. Iudei.

ATintera que fracto capite accōmodantur habent
quidam id quod ad auctorem iudeum refertur. Con
stat ex his salis p. ℞. iij. squame eris rubri eris combu
sti singl. p. ℞. xij hāmoniaci thimiamatis turis fuliginis re
sine aride singl. p. ℞. xvi. resine colophomace cere seui uitu
lini curati singulorum p. ℞. xx. aceti sex qui cyathum olei
minus cyathum ΘΕΡΑΠΕΜΕΝΑ greci appellant que cura
ta uocant. cum ex seuo pura omnes membranule diligen
ter exempte sunt ex alio medicamento. Emplastrum.

SVnt etiam quedam emplastra nobilia ad extrahendu;
que ipsa quoq; ΕΝΙΣΠΑΣΤΙΚΑ nominantur quale est
quod quia lauri bacas habet.. Diadaphnidon.

DIadaphnidon appellatur in eo est resine therebintine
p. ℞.x. nitri cere picis aride bacarum lauri singl. p.
℞. xx. olei paulum.. Qui bacas lauri accipit.

QVotiens aut bacam aut nucem aut simile aliquid po
posiuero scire oportebit anteq; expandantur ei suma;
pellicula demendam. Aliud ad pus mouendum.

ALiud eo nomine dem quod pari quoq;
mouendo est seui uitulini hammoniaci thimiama
tis picis cere nitri bacarum lauri resine aride aristolochie
pyretri pares portiones preter has est philocratis quod ha
bet saris hammoniaci p. ℞. vij. Aristolochia p. ℞. viij. cere

resine therebintine fuliginis tutis singl. p. ℞. xv. spume argenti. p̄. ℞. xxxiij. quibus ut pus quoq; moueant iridis p. ℞. iiij. et galbani. p. ℞. vj. adiciuntur optimum tamē ad extrahendu; est id quod a similitudine sordium . . :-

Rypodes ad extrahendum optimum . .

Rypodes greci appellant habet murre croci iridis propolis bdellij capitulorum punici mali aluminis et scissilis et rotundi mysi calchitis, atramenti sutorij cocti panacis, salis hammoniaci uisci. singl. p. ℞. viij. squame aeris. p. ℞. xvi. resine therebintine. p. ℞. lxxv. cere et seui taurini uel hircini singl. p. ℞. c. . Hecadeo.

Hecadeo quoq; auctore emplastrum generis eiusdem fit ex his galbani. p. ℞. viij. salis hammoniaci p. ℞. viij. z. squame eris. p. ℞. xvi. murre thuris singl. p. ℞. xviij. cere. p. ℞. cl. resine colophoniace aut pinee. p. ℞. cc. olei heminam aceti sextarium . . De emplastris exedentibus.

QVEDAM autē sunt emplastra exedentia que septa greci uocant. quale est id quod habet resine therebintine fuliginis, turis, singuloru. p. z. squame eris. p. ℞. i. ladani. p. ℞. ij. aluminis tantudem spume argenti. sing. p. ℞. iiij. . Aliud qui exedit uehementer ossa resoluit supercrescentem carnem coercet . :-

EST etiam uehementer corpus atq; ossa quoq; resoluit et supercrescentem carnem coercet ad quod habet spume argenti squame aeris. uncias singulas nitri ignem non experti. lapidis asij aristolochia. p. sextantes cere resine therebintine thuris olei ueteris, atramenti sutorij salis hamoniaci. p. S. eruginis rase. p. bessem aceti squilliti. hemina uini aminei tantumdem . :-

. . Hec etiam plagis recentibus . .

SUNT etiam aduersus morsus quedam accomodata. quale est diogeni nigrum quod habet bituminis cere resine pinee aride sing. p. ℔. xx. spuma argenti. p. ℔. c. olei sextarium: aur in quo sint squame eris. p. ℔. iiij. cerusse et eruginis passe sing. p. ℔. viij. hammoniaci p ℔. xij cere resine pinee sing. p. ℔. xxv. spume argenti p ℔. c. olei sextarium: aur in quo sunt squame eris p ℔. xiiij. galbani. p. ℔. vi. cerusse et eruginis rase sing. p. ℔. viij. hammoniaci. p. ℔. xij. cere resine pinee sing. p. ℔. xxxv. spuma argenti concoquitur. Rubrum quoq; emplastrum, quod et hephium uocatur hac aptum est. habet resine, therebintine. p. ℔. ij. galbani. p. ℔. iij. minij sinopici. p. ℔. vi. thuris fuliginis. p. ℔. vj. cere. p. ℔. viij. spume argenti. p. ℔. xxxvi. olei ueteris heminam. Item id ex his costat squame eris turis fuliginis sing. p. ℔. iij. galbani. p. ℔. xij. z. cere. p. ℔. xxvi. olei tribus heminis.

Hec autem alijs quoq; recentioribus uulneribus recte imponuntur. Sunt etia alba lenia leuca greci uocant fere non grauibus uulneribus accomodata precipueq; senilibus quale est quod habet cerusse. p. ℔. xxxij. seu uitulini curati et cere sing. p. ℔. xlviij. olei heminas tres: ex quibus cerussa coquitur.

Quotiens cerussa emplastr. miscetur in quibus aqua uel oleum adicitur cerussam ex his coquenda.

ALIUD quoq; habet cerussa. p. ℔. xx. cere. p. ℔. xxxv. olei heminam aque sextarium que quotiens adiciuntur cerusse uel spume argenti: scire licet illa ex his coquenda esse. Est autem ea percandida compositio que supraposita est. ideoq; elephantine nominatur.

De Lentis emplastris.

LENIA quoq; quedam emplastra sunt quas liparas fere greci nominant. ut id quod habet mini. p. ℥. iij. spume argenti. p. ℥. xxv. cere et adipis suille sing. p. ℥. xxxvij. uitellos quatuor.

Alia compositio lenti emplastri.

ALIA compositio generis eiusdem cere resine therebintine sing. p. ℥. vi. cerusse p. ℥. vij. Spume argenti plumbi recrementi greci uocant. sing. p. ℥. xx. cicini olei et murti singulorum hemine. Arcachati.

TERTIA que ad auctorem arcachatum refertur mysi cocti eris combusti singl. p. ℥. iij. cerusse cocte p. ℥. vij. resine therebintine p. ℥. x. spume argenti, cere adipis suille singl. p. ℥. xxvij. uitelli cocti quatuor rose hemina aut ceratis ex oleo myrteo facti partes tres adipis suille pars quarta paulum ex plumbi recremento: aut spume argenti selibra ex olei hemina et aque marine altera cocta donec bulire desierit cui paulum cere sit additum aut pares portiones cere seu sibis spume argenti cerusse. De Pastillis.

PASTILLI quoq; facultates diuersas habent. Sunt enim ad recentia uulnera glutinanda sanandaq; apti: quales est qui habet calchitis mysi spume nitri floris eris galle aluminis scissilis modice cocti sing. p. ℥. L. eris combusti capitulorum mali punici. sing. p. ℥. iij. hūc oportet diluere aceto: sicubi uulnus glutinandum est illinire. Ac si nerosus aut musculosus is locus est cōmodius est cerato miscere: sicut illius octo partes noua huius sit. Alius.

ALius ad idem constat ex his bituminis aluminis

scissilis sing. p. x. i. eris combusti p. x. iij. spuma argenti p. x. xi. olei sextarium: sed longe polibi celeberrimus est.

PHRAGIS autem nominatur qui habet s. ALIVD. aluminis scissilis p. x. i. z. attramenti sutorij p. x. ij. murre p. x. vi. que contrita uino austero excipiuntur. Ad ulcera sordida.

AD ulcera sordida et nigriciem in auribus naribus obscenis partibus inflammationesq; eorum chrysocolle p. x. i. attramenti sutorij aluminis scissilis sing. p. x. xij. halicarcabi corticis p. x. iiij. minij p. x. vi. spume argenti p. x. xij. cerusse p. x. xvi. que ex aceto et cogu tur et ubi utendum est diluuntur. ANDRONIS.

ANDRONIS uero est ad uiam inflamatam: ad naturalia sordida etiam cancro laborantia. galle attramenti sutorij. murre singulorum p. x. i. Aristolochie aluminis scissilis sing. p. x. ij. capitula punici mali p. x. xxv. ex passo coacta. et cum usus exigit aceto uel uino diluta: pro ut ualentius aut lenius uitium est: cui medendum est. Polidis paragis conuenit nerui cartilagini musculis.

PROPRIE autem adana fissaue ora uenarum fundentia sanguinem uel cancrum et rugines p. x. xij. stibis lacrime papaueris acacie sing. p. xvi. que ex uino exteruntur. et in ipso usu deliquantur.

Ad calculum eiciendum.

Expellere autem ex uesica cum urina calculum uidetur. hec compositio cassie croci murre costi nardi cinnamomi dulcis radicis balsami. hypericii partes portiones conteruntur: deinde lene uinum instillatur: et pastilli fiunt qui singuli habeant p. x. z. hiq; singuli

quotidie mane ieiuno dantur. Hec tria compositionum genera idest que in malaginatibus pastillis emplastrisq; sunt: maximam precipueq; uarium usum prestant sed alia queq; utilia sunt. De pessarijs que feminis subiciunt.

AT ea que feminis subiciuntur pessos greci uocant: eorum hec proprietas est. medicamenta completa molli lana excipiuntur. eaq; lana naturalibus conditur. De euocando sanguine feminarum.

AD sanguinem autem euocandum cauneis duabus adicitur nitri. p. x. r. aut alij semen conteritur: adicitur murre paululum et unguento susino miscetur: aut cucumeris siluestris pars interior ex lacte muliebri diluitur. Vulue molliende.

AD uuluam molliendam oui uitellus et fenum grecum et rosa et crocum temperantur: aut e lateri. p. x. z. salis tantundem uue timinie. p. x. vi. melle excipiuntur.

AVT boetho auctore croci resi ¶ Boetho auctore. ne terebintine, sing. p. x. iiij. mutre p. x. zz. rose p. x. i. seui uitulini. p. x. i. z. cere p. x. ij. miscetur. Si inflammationes uulue fuerint.

OPTIMA autem aduersus inflammationes uulue numemi compositio est que habet croci. p. x. z. cere p. x. i. buturi. p. x. viij. adipis anserini p. x. xij. uitellos coctos duos rose minus cyatho. Si infans in uulua decessit.

SI uero infans intus decessit: quo facilius eiciatur malocorium ex aqua terendum eoq; utendum est. Si concidere uitio locorum mulier solet, coclee cu testis suis comburende conterendeq; deinde si mel adiciendum est: si non comprehendit adeps leomna ex rosa mollienda est. Quedam autem mixture medicamentorum

sunt: quibus aridis neq; coactis utimur: sic ut inspergamus, aut cum aliquo liquido mixta inliniamus, quale e ad carnem supercrescentem exedendam quod habet squame fuliginis turis sing. p. x. i. eruginis p. x. ij. hec autem eadem cum melle purgant, ulcera implent mysi quo et galla si paribus portionibus misceantur corpus consumunt, eaq; uel arida inspergere licet: uel excepta cadinia illinire. Putrem uero carnem continet: neq; ultra serpere patitur, et leniter exit mel uel cum lenticula, ul' cū marrubio, uel cum olee folijs ante decoctis. Item sertula campana in mulso cocta, deinde contrita, aut calx cum cerato, aut amare nuces cum allio. Sic ut huius pars tertia sit, paulumq; his croci adiciatur, aut quod habet spume argenti p. x. vi. cornu bubuli cōbusti p. x. xij. olei murtei et uini cyathos ternos: aut quod ex his constat floris punici mali, attramenti sutorij, aloes, sing. p. x. ij. aluminis scissilis turis sing. p. x. iiij. galle p. x. viij. aristolochie p. x. x. uehementius idem facit etiā adurendo auripigmentū cum calchitide, et aut nitro aut calce, aut charta combusta.

Item sal cum aceto uel ea compositio que habet calchitidis, capitulorum punici mali aloes sing. p. x. ij. aluminis scissilis turis sing. p. x. iiij. galle p. x. viij. aristolochie p. x. x. mellis quantum sit satis ad ea cogenda uel cantharides x. i. Sulphuris p. x. i. lollij p. x. iij. quibus adicitur picis liquide quantū satis est adiungendum, uel calchitis quoq; cum resina, diphriges, aut uua timinia cum pice liquida. Idem uero possunt feces uini combuste et calcis et nitri pares portiones uel aluminis scissilis p. x. zz. turis sandarace nitri sing. p. x.

galle p. ℥. viij. aristolochie p. ℥. x. mellis quantū satis sit.

Hiere compositio.

STetiā hiere compositio que habet murre calchiti dis. sing. p. ℥. iij. aristolochie galle immature sing. p. ℥. viij. malocorij contriti p. ℥. x. :- IVDEI.

ESTiudei in qua sunt calcis partes duae nitri q̄ ubertimi pars tertia, que urina impuberis pueri cogun tur donec strigmenti crassitudo sit. Sed subinde is locus cui id illinitur madefaciendus est. At iollas, charte combuste sandarace sing. p. ℥. i calcis p. ℥. ij. auripigmenti tantūdem miscebat. .. De membrana que supra cere-

SI uero ex membrana que super cere- ſbrum est. brum est. profluit sanguis uitellus combustus et contritus inspergi debet: si alio loco sanguinis profluuium est: auripigmenti squame eris sing. p. ℥. i. Sandarace propi. marmoris cocti p. ℥. iij. inspergi debet: eadem cancro quoq; obsistunt ad inducendam cicatricem. squamas eris turis fuligines sing. p. ℥. ij. calcis pro. p. iij. eadem increscentem quoq; carnem coercent. .. Timei ad ignem sacrū uel cancrum.

TIMEVS autē ad ignem sacrum, ad cancrum his utebatur murre p. ℥. ij. turis attramenti sutorij sing. p. ℥. iij. sandarace auripigmenti spume eris sing. p. ℥. iij. galle p. ℥. vi. ceruse combuste p. ℥. viij. ea uel arida inspersa uel melle excepta idem prestant. Sternutamenta uero uel albo ueratro uel struchio conuecto in nares excitantur uel his mixtis piperis ueratri albi sing. p. ℥. i. castorei p. ℥. i. Spume nitri p. ℥. i. struchi p. p. iij.

De gargarizatione.

GArgarizationes autē, aut leuandi causa fiunt, aut reprimendi, aut euocandi. Leuant lac cremor ul

tisane uel furfurum, reprimit aqua in qua uel lenticula uel rosa uel rubus uel cotoneum malum uel palmule decocte sunt, Euocant sinapi piper.. De antidotis.:

Antidota raro sed precipue interdum necessaria sunt: qa grauissimis casibus opitulantur: ea recte qdem dantur conlisis corporibus, uel per ictus uel ubi ex alto deciderint: uel in uiscerum, laterum, faucium, interiorumq; partium doloribus.. Aduersus uenena et morsus uenenosos.:

Maxime autē desideranda sunt aduersus uenena uel per morsus uel per cibos: aut potiones nris corporibus inserta. unum est quod habet lacrime papaueris. p. x. z. acori malobathri. p. x. v. iridis illirice gumi sing. p. x. ij. anesi. p. x. nardi gallici foliorum rose aridorum cardamomi sing. p. x. p. iiij. petroselini. p. p. iiij. z. perfolij. p. p. v. casie nigre silis bdellij balsami seminis, piperis albi sing. p. p. v. z. Styracis. p. p. v. z. murre opoponacis nardi syri turis masculi hypocistidis suci sing. p. x. vi. castorei x. vi. costi piperis albi, galbani resine therebintine, croci floris iunci rotundi sing. p. p. vi. z. dulcis radicis. p. p. viij. z. que uel melle uel passo excipiuntur.:

Aliud ambrosia dicitur..

Alterum quod zophirus regi ptolomeo dicitur composuisse atq; ambrosiam nominasse: ex his constat costi. turis masculi singl. p. p. vv. piperis albi. p. p. z. floris iunci rotundi p. p. iiij. croci cilici. p. p. iiij. iiij. z. murre quam stacten nominat. p. p. v nardi indici. p. p. v. z. que singula cum trita melle cocto excipiuntur, deinde ubi utendum est id quod egyptie fabe magnitudinem impleat in potione uini diluitur.:

Antidotum mithridatis.:

Nobilissimū autem est mithridatis quod quotidie sumendo rex ille dicitur aduersus uenenorum pericula tutu

corpus suum reddidisse. In quo hec sunt costi. p. ꝑ. v. z. aco
ris. p. ꝑ. v. hyperici. cumini sagapeni acacie suci iridis illi
rice. cardamomi. sing. p. ꝑ. ij. anesi. p. ꝑ. iiij. nardi gallici
gentiane radicis. aridorum rose foliorum. singl. p. ꝑ. iiij.
papaueris lacrime. petroselini singl. p. p. iiij. z. cassie silis
lolij. piperis longi. singl. p. ℞. vi. stiracis. p. ꝑ. v. z. Castorei
turis hypocistidis succi murre opoponacis. singl. p. ꝑ. vi. ma
lobathri folij ℞. vi. floris iunci rotundi resine therebinti
ne galbani dauci cretici seminis singl. p. ꝑ. vi. z. nardio
pobalsami singl. p. vi. z. thiaspis. p. ℞. vi. zz. radicis ponti
ce. p. ꝑ. vij. croci zingiberis cinamomi. sing. p. ℞. vij. r. hec
contrita melle excipiuntur et aduersus uenenum qd ma
gnitudinem nucis grece impleat ex uino datur. In cete
ris aute affectibus corporis pro modo eorum uel quod egyp
tie fabe uel quod erui magnitudinem impleat satis est.

A DE ACOPIS.

ACOPA quoq; utilia neruis sunt quale est quod habet
floris iunci rotundi p. p. ij. zz. costi iunci quadrati
lauri bacharum hammoniaci cardamomi singl. p. ꝑ. iiij. z. mur
re eris combusti sing. p. ꝑ. vij. hyridis illirice cere singl. p.
ꝑ. xiiij. alexandrini calami iunci rotundi asphalti zylobal
sami. sing. p. ℞. xxviij. seui p. ungunti irini cyathum.

A Aliud euodes dicitur.

ALterum quod euodes uocant. hoc modo fit. cere. p.
i. olei tantudem resine therebintine ad nucis iij.
glandis magnitudinem simul incoquuntur. Deinde infu
sa in mortario teruntur instillaturq; subinde q̄ optimi
mellis acetabulum tum irini unguenti et rose terni terni
cyathi. Acopa liquide nigra dicuntur grece.

ENchracista aute greci uocant liquida que inlinium

tur quale est quod fit ad ulcera purganda et implenda, maxime inter neruos: paribus portionibus inter se mixtis. buturi medulle uituline. seui uitulini adipes anserine cere mellis, resine therebintine rose olei cycini que separatim omnia liquantur: deinde liquida miscentur. et tum simul teruntur. et hoc quidem magis purgat. magis uero emollit spiro rosa cyprus infunditur.

ED sacrum ignem remedium.

ET ad sacrum ignem spume argenti p. x. vi. cornu bubule combusti p. x. xii. conteruntur adiciturq; inuicem uinum et id quod specialiter sic uocatur et murteum donec utriusq; terni cyathi coiciantur.

Confectio catopotiorum.

CAtopotia quoq; multa sunt: uarijsq; de causis fiunt. anodina uocant que somno dolorem leuant: quibus uti nisi nimia necessitas urget alienum est. Sunt enim ex uehementibus medicamentis et stomacho alienis: portamē etiam ad concoquendum quod habet papaueris lacrime galbani. singl. p. x. i. murre castorei piperis. sing. p. x. ij. ex quibus quod erui magnitudinem habet satis est deuorasse. Alterū stomacho peius. ad somnum ualentius.

Ex his fit mandragore p. x. i. apij seminis hyoschiami seminis singl. p. x. iiij. que ex uino teruntur. Vinum at eiusdem magnitudinis que supra posita est habunde ē sumpsisse. Siue autē capitis dolores, siue ulcera siue lippitudo siue dentes siue spiritus difficultas siue intestinorum tormenta, siue inflāmatio uulue est siue coxa siue iecur, aut lienis, aut latus torquet, siue uicio locorum aliquo prolabitur et obmutescit: occurrit dolori per quietem eiusmodi catapotium sillis accori rute

siluestris seminis singl'. p. ℞. i. castorei cinnamomi singl'. p. ℞. ij. papaueris lacrime panacis radicis mandragore malorum aridorū iunci rotundi floris: sing'. p. ℞. iij. piperis grana. lvi. Hec per se contrita rursus instillato subinde passo simul omnia teruntur donec crassitudo sordium fiat: ex eo paulum aut deuoratur. aut aqua diluitur et potui datur. Quin etiā siluestris papaueris cum iam ad excipiendam lacrimam maturum est. Manipulus qui manu comprehendi potest in uas demittitur et supinfundatur aqua que id contegat atq; ita coquitur. Vbi iam bene manipulus is coctus est ibidem expressus proicitur, et cum eo humore passi pari mensura miscetur. inferuet q; donec crassitudinem sordium habet cum infrixit: catapotia ex eo fiunt ad nostre fabe magnitudinem. habet q; usum multiplicem. Nam et somnum faciunt uel per se adsumptas uel ex aqua data et aurium dolores leuant adiectis exiguo modo rute suci ac passi et tormina supprimunt ex uino liquata: et inflāmationem uulue coercent mixta cerato ex rosa facto cū paulum his croci quoq; accessit: et ex aqua fronti inducta: pituitam in oculos currentem tenent. Item si uulua dolens somnum prohibuit croci p. ℞. ij. anesi murre singl'. p. ℞. i. papaueris lacrime p. ℞. iij. Cicute seminis p. ℞. viij. miscentur excipiuntur q; uino uetere id quod lupini magnitudinē habet in tribus cyathis aqua diluitur: attamen in febre periculose datur. .:. Ad iecur sanandum .:.

AD sanandum iecur nitri. p. ℞. i. croci murre nardi gallici sing'. p. ℞. i. libra melle excipiuntur. daturq; quod egyptie fabe magnitudinem habeat.

AD LATERIS DOLOREM .:.

AD lateris dolores finiendos. piperis aristolochie nardi murre portiones pares. Ad thoracis.

AD thoracis nardi. p. ℞. i. turis cassie singl. p. ℞. iij. murre cinnamomi singl. p. ℞. vi. croci p. ℞. viij. resine therebintine quadrans mellis heminas tres.

Ad tussim athenionis.

AD tussim athenionis murre piperis singulorii. p. ℞. i. castorei papaueris singl. p. ℞. i. que separatim contusa postea iunguntur fabe nostre bina catapotia inane bina noctu dormituro dantur. Si tussis somnum prohibet ad utruq; heraclidis tarentini croci. p. ℞. i. cinnamomi castorei papaueris lacrime singl. p. ℞. i. murre piperis longi costi galbani singl. p. ℞. i. Si purganda sunt uulnera in faucibus tussientium.

QVOD si purganda ulcera in faucibus tussientibus sunt. panacis murre resine therebintine singl. p. ℞. galbani. p. ℞. p. ℥v. hisopi. p. ℥. i. conterenda sunt. hisq; hemina mellis adicienda et quod digito excipi potest deuorandum est. Colice cassi.

COLICE uero cassi ex his constat. costi anesi castorei singl. p. ℞. iij. petrosilini. p. ℞. iiij. piperis et longi et rotundi sing. p. ℞. v. papaueris lacrime iunci rotundi murre nardi singl. p. ℞. vi. que melle excipiuntur id autem et deuorari potest. et ex aqua calida sumi. Partu laboranti.

INfantem uero mortuum aut secundas expellit aque potio cui salis hammoniaci p. ℞. i. aut cui dictamni cretici p. ℞. unius adiectum est expertu laboranti erisimum ex uino tepido ieiune dari debet.

VOCEM ADIVVAT.

VOCEM adiuuat turis. p. x. i. quod facit scripl. ij. in duobus cyathis uini datum. Aduersus urine difficultate. Duersus urine difficultatem piperis longi castorei murre galbani papaueris lacrime costi croci uncie singl. stiracis resine therebintine. l. pondo sextantes quod facit scripl. ij. mel absenti cyathi sing. ex quibus ad magnitudinem fabe egyptie et mane et cenato dari debet.

ARterriace uel signa diuersorum uulnerum.

ARteriace uero hoc modo fit casie iridis cinnamomi nardi murre turis singl. p. x. i. croci p. x. ij. piperis grana xxx. ex passi tribus sextarijs decoquuntur: donec mellis crassitudo his fiat: aut croci murre turis singl. p. x. i. coiciuntur in passi eundem modum. Eodemq; modo decoquuntur: aut eiusdem passi hemine tres usq; eo coquuntur, donec extracta inde guttā indurescat eo adici thus trite cassie. p. x. i. Cum facultates medicamentorū proposuerim genera in quibus noxa corpori est proponam. Ea qnq; sunt cum quid extrinsecus lesit ut in uulneribus. cū quid intra se ipm corruptum est ut in cancro cum quid innatum est ut in uesica calculus. cum quid increuit ut uena que intumescens in uaricem conuertitur. cum quid deest ut cum curata pars aliqua est. Ex his alia sunt in quibus plus medicamenta: alia in quibus plus manus proficit. Ergo dilatis his que precipue scalpellum et manum postulant. Nunc de his dicam que maxime medicamentis egent. Diuidam autem hanc quoq; curandi partem sicut priorem. et ante dicam de his que in qualibet partem corporis incidunt. tum de his que certas partes infestant. Incipiam a inulieribus. In his autē ante omnia scire medicus debet que insanabilia sint. que difficile curationem habeant que promptiorem. Est. n. prudentis hominis primū qui seruari non potest nō attingere nec subire

speciem eius occisi quem sors ipsius premit. Deinde ubi gra
uis metus sine certa tamen despatione est indicare necessa
rius periclitantis in diffici rem esse ne si uicta ars malo fue
rit uel ignorasse uel fefellisse uideatur. Sed ut hec prudenti
uiro conueniunt: sic rursus histrionis est paruam rem ar
tollere quo plus prestitisse uideatur obligari equum est con
fessione prompte rei: quo curiosius etiam circumspiciat. Ne qd
per se exiguum est malum maius curantis negligentia fiat.

Que in corpore uulnerata sanari nequeunt et cui basis.

SANARI non potest. Cui basis cerebri, cui cor, cui sto
machus, cui iocineris porte, cui in spinam medulla
percussa est, cuius aut pulmo medius aut ieiunum aut
tenuius intestinum, aut uentriculus, aut renes uulnerati sun
cuiq; circa fauces grandes uene uel arterie precise sunt.
uix autem ad sanitatem perueniunt. Quibus aliqua ulla par
te pulmo aut iocineris crassum aut membrana que continet
cerebrum aut lienis aut uulua aut uesica, aut ullum inte
stinum, aut septum transuersum uulneratum est, hi quoq;
imprecipui sunt. Quibus usq; ad grandes intusq; conditas uenas
in alis uel poplitibus mucro desedit. Periculosa etiam uulne
ra sunt ubicumq; uene maiores sunt, quoniam exhaurire
hominem profusione sanguinis possunt. idq; euenit non in
alis tantum atq; poplitibus sed etiam in his uenis que ad anum te
sticulosq; perueniunt. Preter hec malum uulnus est quodcum
q; in alis uel feminibus uel manibus locis uel in articulis ul
inter digitos est. Item quodcumq; musculos aut neruum aut
arteriam aut membrana aut os aut cartilaginem lesit.

Tutissimum uulnus in carne.

Vtissimum omnium quod in carne est. et hec qdem loco
uel peiora uel mitiora sunt. Modo uero periculum

facit quodcunq; magnum est. Vulneris qualitatem figura ipsius esse noscendam.

Aliquid etiā in uulneris genere figura que est. Naz peius est quod etiā collisum q̄ quod tm̄ discussum ē. Adeo ut acuto quoq; quā retunso telo uulneraui cōmodius sit. Peius etiā uulnus est ex quo aliquid excisum est. Quoue caro alia parte abscissa, alia dependet: pessima queq; plaga in orbem est. tutissima que liene facta est: quo deinde proprius huic illiue figure uulnus est. eo uel deterius uel tollerabilius est: qn etiam confert aliquid et etas et corpus et uite propositum, et anni tempus: quia facilius sane scit puer uel adolescens q̄ senior. ualens q̄ infirmus neq; nimis tenuis neq; nimis plenus. q̄ si alterum ex his est integri habitus q̄ corrupti, exercitatus q̄ iners sobrius et temperatus q̄ uino ueneriq; deditus. Oportunissimūq; curationi tempus uernū est: aut certe neq; feruens neq; frigidum. Si qdem uulnera et nimius calor et nimium frigus infestant. maxime tamē horum uarietas. Ideoq; perniciosissimus autūnus est. Sed pleraq; ex uulneribus oculis subiecta sunt: quorūdam ipse sedes indices sunt quas alio loco demonstrauimus. cū situs interiorum partium ostendimus. Verūtamen quia quedam uicina sunt: interest quoq; uulnus in summa parte sit an penitus penetrauerit. Necessarium est notas subicere per quas quid intus actum sit scire possimus. et ex quibus uel spes uel desperatio oritur.

De corde uulnerato.

IGITVR corde percusso sanguis multus fertur uene clanguescunt color palidissimus sudores frigidi maliq; odoris tanq̄ inrorato corpore oriuntur: extremisq; partibus frigidis matura mors sequitur.

Quibus signis pulmo uulneratus possit agnosci.

PVLmone uero icto spirandi difficultas est. Sanguis ex ore spumans ex plaga rubens. Simulq; etiam spiritus cum sono fertur in uulnus inclinari iuuat. Quidam sine ratione consurgunt multi si in ipm uulnus inclinati sunt loquuntur. Si in aliam partem obmutescunt.

Iocineris uulnerati inditia.

IOcineris autē uulnerati sunt note, multus sub dextra precordiorū profusus sanguis: ad spinam reducta precordia in uentrem cubandi dulcedo, punctiones doloresq; usq; ad iugulum iunctumq; ei latus scapularum os intentum, quibus nonnunqm etiam biliosus uomitus accidit.

Indicia renum uulneratorum.

REnibus uero percussis dolor ad inguina testiculosq; descendit difficulter urina redditur. eaq; aut hec cruenta aut cruor fertur.

Liene uulnerato.

AT liene icto sanguis niger a sinistra prorumpit: precordia cum uentriculo ab eadem parte indurescunt sitis ingens oritur. dolor ad iugulum sicut iocinere uulnerato uenit.

Cum uulua percussa est.

AT cum uulua percussa est. dolor inguinibus et coxis et femoribus est: sanguinis pars per uulnus, pars per naturale descendit. Vomitus bilis insequitur: quedaz obmutescunt, quedam mente labuntur: quedaz sui compotes neruorum oculorūq; dolore urgeri se confitentur: morientesq; tandem que corde uulnerato patiuntur. Sin cerebrū membranaue eius uulnus accepit sanguis per nares quibusdam etiā per aures exit fereq; bilis uomitus insequitur, appellatiq; ignorant. quorūdam trux uultus est. Quorūdam oculi quasi resoluti, huc atq; illuc mouentur. fereq; tertio uel qu

to die delirium accedit. multorum etiam nerui distendun
tur. Ante mortem autem plerique fascias quibus caput deli
gatum est lacerant. ac nudum uulnus frigori obiciunt.

VSi stomachus percussus est.

BI stomachus autem percussus est singultus et bilis
uomitus insequitur. si quid cibi uel potionis assump
tum est ea redditur. cito uenarum motus elanguescunt. su
dores tenues oriuntur. per quos extremae partes frige
scunt. Intestini tenui et uentris uulnerati com
munes note sunt.

COmmunes uero tenui intestini et uentriculi uul
nerati note sunt. nam cibus et potio per uulnus
exeunt. precordia indurescunt. Non nunquam bilis per os red
ditur. intestino tantum sedes inferior est. Cetera inte
stina recta uel stercus uel odorem eius exhibent.

MMedulla si in spina recta est.

Edulla uero que in spina est discussa nerui resoluu
tur aut distendunt. sensus intercidit interposito
tempore aliquo. sine uoluntate interiores partes uel semen
uel urinam uel etiam stercus excernunt.

ASi septum transuersum.

AT si septum transuersum percussum est. precordia
sursum contrahuntur spine dolor et spiritus rarus
est. sanguis spum fertur.

VSi uesica uulnerata est.

VESICA uero uulnerata dolent inguina quod su
per pubem est intenditur pro urina sanguis aut
ex ipso uulnere urina descendit. stomachus afficitur. i
taque aut bilem uomunt. aut singultiunt frigus et ex co
mors sequitur.

Signa humorum ex uulnere fluentium.

HIS cognitis etiam nunc quedam alia noscenda sunt ad omnia uulnera ulceraq; de quibus ducturi sumus. Ex his autem exit sanguis. sanies. pus. Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc uarie crassa et glutinosa et colorata. Pus crassissimum est albidissimuq; glutinosius et sanguine et sanie. Exit autem sanguis ex uulnere recenti aut iam sanescente. Sanies est inter utrumq; tempus. Pus ex ulcere iam ad sanitatem expectante. Rursus et sanies et pus quasdam species grecis nominibus distinctas habent. Nunc de hydropi sanie.

EST enim quedam sanies que uel hydrops uel melitera nominatur. Est pus quod elodes appellatur. Hydrops tenuis subalbidus ex malo ulcere exit maxime q; ubi neruo leso inflammatio secuta est.

Melitera qualis sit.

MElitera crassior et glutinosior subalbida, melliq; albo subsimilis fertur. hec quoq; ex malis ulceribus ubi nerui circa articulos lesi sunt: et inter hec loca maxime ex genibus.

Nunc de sanguine qui bonus q malus sit.

ELeodes tenuis subalbidum quasi unctum colore atq; pinguedine oleo albo non dissimile apparet in magnis ulceribus sanescentibus. Alias autem est sanguis nimium. aut tenuis aut crassius. colore uel liuidus ul' niger aut pituita mixtus aut uarius. Optimus calidus rubens modice crassus non glutinosus. Itaq; protinus huius uulneris expedita magis curatio est ex quo sanguis bonus fluxit. Itemq; postea spes in his maior est: ex quibus melioris generis que proueniunt.

Que sanies bona uel mala sit.

SANIES quoq; igitur mala est multa nimis tenuis, liuida aut pallida, aut nigra, aut glutinosa, aut mali odoris: aut que et ipm ulcus et uinctum et cutem erodit. Melior est non multa modice erasa subrubicunda aut subalbida. Que hydrops mala uel tollerabilior sit.

HYdrops autē peior est multus crassus sublimidus aut suppallidus glutinosus, acer, calidus mali odoris. Tollerabilior subalbidus qui cetera omnia contraria prioribus habet.

Que melitera mala uel melior sit.

MElitera autē mala est multa et percrassa est. Melior que et tenuior et minus copiosa est.

Pus inter omnia optimus.

PVS inter hec optimū est. Sed id quoq; peius est multum tenue dilutum magisq; si ab intio tale est. Itemq; si colore sero simile, si pallidum, si liuidum, si fetulentum est. preter hec simile olet: nisi tamen locus hunc odorem excitat: melius est quo minus est quo crassius quo albidius. Itemq; si leue est si nihil olet. si equale. modo tamen conuenire et magnitudini uulneris et tempori debet. Nam plus ex maiore: plus nondū solutis inflāmationibus naturaliter fertur. Cleodes quoq; peius est. Multum et parum pingue. quominus eius quoq; idipm pinguius eo melius est. Quibus exploratis ubi aliquis ictus est qui seruari potest. protinus prospicienda duo sunt: ne sanguinis sit profusio. neue inflammatio interimat. Si profusionem timemus, qd' ex sede uulneris et ex magnitudine eius et ex impetu ruentis sanguinis intelligi potest.

Ad perstringendum fluxum sanguinis.

SICCIS linimentis uulnus implendum est: supra q; imponenda spongia ex aqua frigida expressa ac manu supra comprimenda: si parum sic sanguis conquiescit. sepius linimenta mutanda sunt. Et si sicca parum ualent aceto madefacienda sunt. Id uehemens ad sanguinem comprimendum est. Ideoq; qda; id uulnera infundunt. Sed alius rursus metus subest.

Ne nimis ualenter ibi retenta materia magnam inflamationem postea moueat: que res efficit ut neq; aduretibus et ob id ipm inducentibus crustam sit utendum. quis pleraq; ex his sanguinem suppimunt. Sed his semel ad ea decurritur. his potius quem iustiora mitiora idem efficiunt. ... Si restrictio sanguinis non retinet uenarum capita iungenda sunt.

QVOD si illa quoq; profluuio uincuntur uene que sanguinem fundunt apprehendende intraq; id quod ictum est duobus locis deligande intercidendeq; sunt ut inse iuncte coeant et nihilominus ora preclusa habeant ubi ne id quidem res patitur.

Venarum capita si necesse fuerit adurenda.

POssunt ferro candenti aduri. Sed etiam satis multo sanguine effuso ex eo loco quo neq; nerius neq; musculus est, ut pura in fronte uel superiore parte capitis parte comodissimum tamen est cucurbitulam admouere aduersa parte, ut illuc sanguinis cursus reuocetur.

Cucurbita apposita sanguinem impetu confertur.

ET aduersus profusionem qdem in his auxilium est. aduersus inflamationem autem in ipo sanguinis cursu ea timeri possunt, ubi lesum est uel os uelnere

uus uel cartilago uel musculus. Aut ubi parum sanguinis pro modo uulneris fluxit. Ergo quotiens quid tale erit sanguinem maturc supprimere non oportebit: sed pati fluere dum tutum erit. Adeo ut si parum fluxisse uidebitur: mitti quoq; ex brachio debeat. Vtiq; si corpus iuuenile et robustum et exercitatum est multoq; magis si id uulnus ebrietas precessit. :-

Vulnerato musculo abscisionem ex integro necessariam ut sanetur.

QVOD si musculus lesus uidebitur precidendus erit: nam percussus mortiferum est. precisus sanitatem percipit. Sanguine autē uel suppresso si nimius erumpit uel ex hausto si per se parum fluxit longe optimum est uulnus glutinari. Potest autē id quod in cute uel etiam in carne est. si nihil ei preterea mali accedit. potest caro illa pte dependens. alia inherens si tamen et oleo uel cataplasma si mollis is locus est qd' leniter reprimat: si neruosus aut musculos qd' emolliat. :-

Fascia linea uulnera liganda. :-

FAscia uero ad uulnus deligandum lente aptissima est eaq; lata esse debet ut semel iniecta: non uulnus tantū sed paulum utriq; etiam oras eius comprehendat. Si ab altera parte caro magis recessit ab ea melius attrahitur: si eque ab utraq; transuersa comprehendere oras debet. Aut si id uulneris ratio non patitur media primū inicienda est: ut in utramq; partem ducatur. Si autē deliganda est ut et contineat neq; adstringat. Quod non continetur elabitur quod nimis adstrictum est cancro periclitatur. Hieme sepius fascia circuire debet: estate quotiens necesse est. tum extrema pars eius in inferioribus acij adsuenda est. Nam nodus ulcus ledit: nisi tamen longe est, illo neminem decipi decet. ut propriam uiscerum curationem requirat de quibus supra posui. Nam plaga ipsa curanda extrinsecus uel sutura uel alio genere medicine est in uisce

tibus nihil mouendum est. nisi ut si quid ex pulmone aut iocinere aut liene dumtaxat extremo dependeat precidatur. a longe uulnus interius ea victus ratio eaq; medicamenta sanabitur que cuiq; uisceri conuenire superiore libro proposui. His itaq; primo die ordinatis homo in lecto conlocando est. isq; si graue uulnus est abstinere quantū uires patiuntur ante inflationem a cibo debet. bibere donec sitim finiat aquam calidam. uel si estas est neq; febris est neq; dolor etiā frigidam. Adeo tn̄ nihil perpetuum est sed semper pro uiribus corporis extimandum ut imbecillitas etiā cibum protinus facere necessarium possit tenuem scilicet et exiguum qui tantum sustineat. Qui nimis exanguinant uino reficiendi antea equationem.

MULTIq; etiam ex profluuio sanguinis intermorientes ante ullam curationem uino reficiendi sint. qd' alioquin inimicissimū uulneri est. Nimis uero intumescere uulnus periculosum. nihil intumescere periculosissimum est. Illud indicium est magne inflāmationis, hoc e' mortui corporis protinus si mens hominis consistit. si nulla febris accessit. scire licet mature uulnus sanum fore. Ac ne febris qdem tertere debet. si in magno uulnere dum inflammatio est permanet. Illa perniciosa est que uel leui uulneri superuenit uel ultra tempus inflāmationis durat uel delirium mouet. Vel si neruorū rigor aut distentio que ex uulnere orta est eam non finit. Vomitus quoq; biliosus non uoluntarius uel protinus ut percussus est aliquis uel dum inflāmatio manet: malum signum est in his dumtaxat quorū uel nerui uel etiā neruosi loci uulnerati sunt. sponte tamē uomere non alienum est. precipue his qbus in consuetudine fuit. sed neq; protinus po

cibum neq; inflamatione orta: neq; cum in superioribus
partibus plaga est. Biduo si uulnere habito tertio die ad
aperiendum detergendaq; sanies ex aqua frigida est. Ea
demq; rursus imitienda sunt. Quinto die tamen quanta in
flamatio futura est se ostendit quo die rursus detecto uul
nere considerandus color est. Q; si liuidus aut pallidus
aut uarius aut niger est scire licet malum uulnus esse.
I dq; quandocuq; animaduersum est: terrore nos potest
album aut rubicundum esse ulcus cōmodissimum est. Ice
cutis dura crassa dolens periculum ostendit. Bona signa si
ubi hec sine dolore tenuis et mollis est. Sed si glutinatur uul
nus: aut leniter intumuit eadem sunt imponenda que pri
mo fuerunt. Si grauis inflamatio est: neq; glutinandi spes
est eaq; .p. aqua quoq; calida necessaria
est ut et materiam digerat et duriciam emolliat et
pus cuet ea sic temperanda est ut et manu contingen
ti iocunda sit usq; eo adhibenda donec aliquid ex tumo
re minuisse: caloremq; ulceri magis naturalem reddidis
se uideatur maximeq; si grande uulnus est rethrophar
macon. Si in articulis, digitis locis cartilaginosis thypo
des. Post id fomentum si lata plaga non patet imponi
protinus emplastrum. Si patet liquari ex hyrino un
guento oportet: eoq; inlita liniamenta disponi per pla
gam: deinde supradari: et super id lucidam lanam, mi
nusq; etiam q̄ primo fascie adstrigende sunt. Propre
quedam in articulis uisenda in quibus si precisi ner
ui sunt qui continebant debilitas eius partis sequit.
S iid dubium est et ex acuto telo plaga est et ea transuer
sa cōmodior est. Si retruso et grani et nullum in figu
ra discrimen est. At uisendum est pus intra articulū

an infra nascatur. Si sub eo nascitur: albumq; et crassum diu fertur: neruum precisum esse credibile est. magis quoq; maiores dolores inflammationesq; et quo maturius excitate sunt. Q̄uis aute non abscisus neruus est tamen si circa tumor durus diu permanet: necesse est et diuturnū ulcus esse: et sano quoq; eo tumorem permanere futurumq; est ut tarde membrum id extendatur uel contrahatur.

Maior tamē in extendo mora est: ubi recuruato articulo curatio adhibita est q̄ in recuruando eo quod rectum continuerimus. Conlocari quoq; membrum quod ictum est ratione debet. Si glutinandum est ut superius sit: et si in inflamatione est. ut in neutram partem inclinatum sit. Si iam pus profluit ut deuexum sit. optimum etiā medicamentum quies est moueri ambulare nisi sanis noxa est.

Minus tamen his est periculosum qui in capite uel in brachijs: q̄ qui inferioribus partibus uulnerati sunt: minimeq; ambulatio conuenit femine aut crure aut pede laborāte. Locus in quo cubabit tepidus esse debebit. Balneum quoq; dum parum uulnus purum est inter res ifestimase.

Vulneratis balneum non expedire.

NAM id et humidum et sordidum reddit: ex q̄bus ad cancrum transitus esse consueuit. leuis frictio recte adhibetur. Sed in his partibus que longius absūt a uulnere: inflamatione finita uulnus purgandum est: id optime faciunt tincta in melle liniamenta: supraq; idem emplastrum uel enneapharmacon dandum est. Tum demum uero purum ulcus est cum rubet. ac nimium neq; siccum neq; humidum est. At quodcūq; sensu caret quod non naturaliter sentit: quod nimium aut aridum aut humidum est. quod aut pallidum aut albidum aut liuidū

aut nigrum est: id parum non est. purgato sequitur ut im-
pleatur: iamq; aqua calida eatenus necessaria est ut sani-
es remoueatur. lane succide superuacuus usus est. lota me-
lius circūdatur. Ad implendum autem uulnus proficiunt
qdem etiā medicamenta aliqua. Itaq; ea adhiberi non alie-
num est: ut butyrus cum rosa exigua mellis parte: aut cū
eadeȝ rosa tetropharmacum: aut ex rosa liniamenta. plus
tamen proficit balneum rarum cibi boni suci uitatis om-
nibus acribus, sed etiā pleniores. Nam et auis et uenatio et
suilla elixa dari potest. Vinum omnibus dum febris dum
inflāmatio est alienum est. Itemq; usq; cicatricem si ner-
ui musculi ue uulnerati sunt etiā si alte caro: aut si plaga
in summa cute generis tutioris est. Potest non puetus mo-
dice datum ad implendum quoq; proficere. Si quid molli-
endum est quod in neruosis locis musculosisq; necessariuȝ
est. creato quoq; super uulnus utendum est. At si caro super
creuit modice supprimit siccum liniamentum uehementi-
us squama eris. Si plus est quod tolli opus est: adhibenda
sunt etiā num uehementiora que corpus exedunt. Cicatri-
cem post omnia hec cōmode inducit lycium ex passo aut lac-
te dilutum uel etiam per se impositum siccum liniamentuȝ.
Hic ordo felicis curationis est. Sed tamen quedam pericula
incidere consuerunt. Interdum n. uetustas ulcus occupat.
inducitur q; et callus et circū ore crasse liuent. Postq; quic-
quid medicamentorū ingeritur parum proficit quod fere
neglegenter curato ulceri superuenit. Interdum uel ex
nimia inflāmatione. uel ob actus īmodicos uel ob nimia fri-
gora. uel quia nimis uulnus adstrictum est. uel quia corpus
aut senile aut mali habitus est. Cancer occupat id genus
a grecis diductum in specie est, nostris uocabulis non est.

Omnis autē cancer non solum id corrumpit quod occupa
uit sed etiā serpit. Deinde alys alysq; signis decernitur.
Nam modo super inflammationē rubor ulcus ambu usq;
cum dolore procedit. Erisipelas greci nominant. modo ul
cus nigrum est: qua caro eius corrupta est. Idq; ueheme
tius etiā putrescendo incenditur. Vbi uulnus humidum
est et ex nigro ulcere humor pallidus fertur maliq; odo
ris est. Carunculeq; corrupte. Interdum etiā nerui ac
membrane resoluuntur. Specillumq; demissum descendit
aut in latus aut deorsum eoq; uitio non nūq os quoq; ad
ficitur. Modo oritur ea quam greci cancrenam appel
lant. Priores in qualibet parte corporis fiunt. hoc in p
minentibus membris idest inter ungues et alas uel in
guina. fereq; in renibus uel his quorū corpus mali habi
tus est. Caro in ulcere uel nigra uel liuida est sed sic
ca et arida. proximaq; cutis plerūq; sub nigris pusulis
impletur. deinde et proxima pallida uel liuida. fereq;
rugosa sine sensu est. Vlterior in inflamatione est.
Omniaq; ea simul serpunt. ulcus in locum pusilosum pu
stule in eum qui pallet aut liuet. Pallor aut liuor in
id quod inflammatio in id quod integrum est transit.
Inter hec deinde febris acuta oritur: ingensq; sitis qui
busdam etiā delirium accedit. Alij quis mentis sue
compotentes sunt: balbutiendo tamē uix suos sensus
explicant. Incipit affici stomachus: fit fetidus spiri
tus ipe odoris. Atq; initium eius qdem mali recipit
curationem. Vbi uero penitus insedit insanabile e.
plurimoq; et sub frigido sudore moriuntur. Ac peri
cula qdem uulnerum hec sunt. Vetus autē ulcus scal
pello concidendum est: excidendeq; eius ore et qc

quid super eas liuet eque incidendum. Si uaricula
intus est que his sanari prohibet ea quoq; exciden
da. Deinde ubi sanguis emissus nouatumq; uulnus est ea
dem curatio adhibenda que in recentibus uulneribus expo
sita est. Si scalpello aliquis uti noluit potest sanare id
emplastrum quod ex ladano fit. Et cum ulcus sub eo exe
sum est id quo cicatrix inducitur. Id autem quod erysipe
las uocari dixi nō solum uulneri superuenire sed si nec
hoc quoq; oriri consueuit: atq; interdum periculum ma
ius adfert. Vtiq; circa ceruices aut caput constituit.
O potest si uires patiuntur sanguinem mittere deinde
imponere simul reprimentia et refrigerantia maxie
cerussam solam succo aut cymoliam cretam aqua plu
uiali exceptam: aut ex eadem aqua subactam farina
cupresso adicta aut si ceneriis corpus est lenticulam: qc
quid impositum est bete folio contegendum et super len
teolum frigida aqua madens imponendum si per se refri
gerantia parum proderunt miscenda erunt hoc modo
sulphuris p. x. i cerussa et croci singl. p. x. xij. s. ea que
cum uino conterenda sunt et id illiniendum. Aut si
durior locus est sola folia contrita suilla adipe miscenda
sunt et inlita in lenteolo supinitenda. Ac si nigricies
est neq; dum serpit imponenda sunt que carnem pu
trem leniis exedunt. Repurgatumq; ulcus sicut cete
ra nutriendum est. Si magis putre est tam procedit ac
serpit opus est uehementius erodentibus si ne hec qdem
euincunt aduri locus debet donec ex eo nullus humor
feratur. Nam quod sanum est siccum est aduritur. post
ustionem putris ulceris superponenda sunt que cru
stas a uitio resoluant eas escharas greci uocant. Vbi ex

ciderunt purgandum ulcus maxime melle et resina est:
sed alijs quoq; purgari potest, quibus purulenta curantur
eodemq; modo ad sanitatem perducendum est. Cancrena
uero si nondum plane tenet sed adhuc incipit curare non
difficillimū est. Vitiq; in corpore iuuenili: et magis etiam
si musculi integri sunt: si nerui uel lesi non sunt uel leuiter
affecti sunt: neq; ullus magnus articulus nudatus est: aut
carnis in eo loco paulum est. ideoq; non multum quod pu
tresceret fuit: constitit q; eo loco uicium quod maxime fie
ri in digito potest. In eiusmodi casu primū est. Si uires pati
untur sanguinem mittere. Deinde quicquid atidum est et
intentione quadam proximu quoq; locum male habet us
q; sanum corpus concidere. medicamenta uero dum malū
serpit adhibenda nulla sunt que pus mouere consuerunt.
ideoq; ne aqua qdem calida. grauia quoq; q̄uis reprimen
tia aliena sunt: sed his q̄ leuissimis opus est. superq; ea que
inflāmata sunt utendum est refrigerantibus. Si nihilo
minus magis mali consistit. Vri id quod est inter integrū
ac uiciatum locum debet. precipueq; in hoc casu petendū
non a medicamentis solum: sed etiā a uictus natione pre
sidium est: neq; .n. hoc malum nisi corrupti uiciosiq; corpo
ris est. Ergo primo nisi imbecillitas prohibet abstinentia
utendum. Deinde danda que per cibum potionemq; al
uum eidem etiā corpus astringant. sed ea leuia. postea
si uicium constitit imponi super uulnus eadem debent que
in putri ulcere prescripta sunt. Ac tum quoq; plenioribꝰ
cibis uti licebit ex materia media. Sic tamen non nisi al
uum corpusq; siccantibus aqua uero pluuiali frigida. bal
neum nisi iam certa fiducia reddite sanitatis est. Si qui
dem emollitum in eo uulnus cito rursus eodem malo afficit.

Solent uero non nunq̄ nihil omnia auxilia proficere: ac nihilominus serpere his carcer. Interque miserum sed unicum auxilium est: ut cetera pars corporis tuta sit: mēbrum quod paulatim emoritur abscidere. He grauissimorum uulnerum curationes sunt. Sed ne illa q̄dem negligenda: ubi integra cute inferior pars conlisa est. Aut ubi derasum attritum ue aliquid est: aut surculus corpori ī fixus est. aut ubi tenue sed altum uulnus insedit. In primo casum cōmodissimū est malicorium ex uino coquere interioremq; eius partem conterere et cerato miscere ex rosa facto id superponere: deinde ubi cutis ipa exasperata est inducere lene medicamentum qualis lipara est. Deraso uero detritoq; imponendum est emplastrum tetrophar macum: minuendusq; cibus et uinum subtrahendum, neq; id quia nō habebit altiores ictus contemnendum erit. Si q̄dem ex eiusmodi casibus sepe cancri sunt. Quid si leuius id erit et in parte exigua contenti esse poterimus eodem leni medicamento.

Surculum uero de uulnere tollit si radix arundinis contusa apponatur.

SVRCVLVM uero si fieri potest oportet uel manu uel etiā ferramento eicere. Si uel prefractus est uel altius descendit: q̄ ut id ita fieri possit medicamēto euocandus est. Optimus autē educit super imposita arundinis radix. si tenera est protinus contrita. Si iam durior ante in mulso decocta cui semp mel adiciendum est. Aut aristolochia cū eodem melle. Pessima ex surculis arūdo est: quia aspera est eademq; offensa in filicis astula s; usu cognitum est utrāq; aduersus alteram medicamentū esse si contrita super imposita. facit autē idem in omībus

surculis. quodcūq; medicamentum extrahendi uim habet. Idem altis tenuibusq; uulneribus aptissimū est. Priori rei philocrates huic heccatei emplastrum maxime conuenit. . Esse arundinem medicinale.

VBI uero in quolibet uulnere uentum ad inducendam cicatricem est qd' perpurgatis iam repletisq; ulceribus necessarium est. primū ex aqua frigida liniamentum dum caro alitur. deinde cum iam cōtinenda est. siccum imponendum est. donec cicatrix inducatur. Tum deligari super album plumbum oportet: quo et reprimitur cicatrix et colorem maxime sano corpori similem accipit. Idem radix siluestris cucumeris prestat. Idem compositio que habet elaterij. p. ℞. i. spuma argenti. ꝑ. ℞. ij. unguenti. ꝑ. ℞. iiij. que excipiuntur resina therebintina donec emplastri crassitudo ex omnibus fiat. Ac nigras quoq; cicatrices leniter purgant paribꝰ portionibus mixta erugo plumbuꝫ elotum eadeꝫ rosa cocta siue unguitur cicatrix quod in facie fieri potest: siue ut id emplastrum imponitur quod in alijs partibus commodius est. At si uel excreuit cicatrix uel concaua est. Stultum est decoris causa rursus et dolorem et medicinam sustinere. Alioqn res utriq; succurri patitur. Si qdem utraq; cicatrix exulcerari scalpello potest. Si medicamētum aliquis mauult idem efficiunt compositiones heque corpus exedunt cute exulcerata. supeminentem carnem exedentia medicamenta coicienda sunt super concauam implentia: donec utrūq; ulcus sane cuti equetur. et tum cicatrix inducatur.

DRemedia diuersis morsibus necessaria.

IXI de his uulneribus que maxime per tela in

feruntur. sequitur ut de his dicam que morsu fiunt interdum hominis interdum simie sepe canis. non nūq̄ ferorum animalium aut serpentium. Omnis autem fere morsus habet quoddam uirus. Si quando grauis morsus est cucurbita apponenda.

ITAq; si uehemens uulnus est cucurbita apponenda est. Si leuius protinus emplastrum iniciendū.

PDIOGENE.

Recipueq; diogenis si id nō est quodlibet ex his que aduersus morsus proposui si ea non sunt uiride alexandrinū sine id qdem est quodlibet non pingue ex his que recentibus uulneribus accōmodatur. Sal quoq; his precipueq; ei quod canis fecit medicamentum est. Sin manus uulneri imponitur supq; id duobus digitis uerberatur exsaniat enim ac salsamentū quoq; recte super id uulnus deligatur.

Ad canis rabidi morsum cucurbitam admouendam.

VTiq; autē si canis rabiosus fuit cucurbitula uirus eius extrahendum est. Deinde si locus neq; neruosus neq; musculosus est uulnus id adurendū est. si uri nō potest sanguinem homini mitti non alienum est. Tum usto qdem uulneri supimponenda que ceteris ustis sunt. Ci uero quod expertum ignem non est ea medicamenta que uehementer exedunt. postque nullo nouo magisterio sed iam suprapositio ulcus erit implendum, et ad sanitatem perducendum. Quidā post rabiosi canis morsum protinus in balineum mittūt ibiq; patiuntur desudare dum uires corporis sinunt.

VDefectam balneis personam inebriandā uehemēt.

VLCERE adaperto quomagis ex eo quoq; uirus di-

stillet: deinde multo merato uino excipiunt: quod omni
bus uenis contrarium est. Idq; cum ita per triduum factū
est. tutus esse homo a periculo uidetur. Solet autē ex
eo uulnere ubi parum occursum est aque tumor nasci:
ὑαρωφωβας greci appellant miserrimū genus morbi ī
quo simul eger et siti et aque metu cruciatur. quo oppres
sis in angusto spes est. Sed unicum tamē remedium est:
nec opinantem in pistinam nō ante ei prouisam proicere
et si natandi scientiam non habet modo mersum bibere pa
ti: modo attollere. si habet interdum deprimere ut inui
tus quoq; aqua satietur. sic n. simul et sitis et aque metus
tollitur. Sed aliud periculum excipit: ne infirmū corpus
in aqua frigida uexatum: neruorū distentio absumat: id
ne incidat a pistina protinus in oleum calidum demitten
dus est. Antidotum autē precipue ad quod primo loco po
sui. Vbi id non est aliud. Si nondum eger aquam horret
potui ex aqua dandum est. Et si amaritudine offenditur
mel adiciendum est. Et si iam is morbus occupauit per
catapudtia sumi potest. Serpentium quoq; morsus non
nimium distantem curationem desiderant: q̄uis in ea mul
tum antiqui uariarunt. Vt in singula genera anguium: sin
gula medendi genera preciperent: atq; alijs alia. sed in
omnibus eadem maxime proficiunt.

I Aduersus omniumq; pene morsus sup̄ legandꝰ.
Gitur in primis super uulnus id membrum deliga
dum est: non tamen nimium uehementer ne tor
peat.

Cucurbita extrahi uenena.

DEIN uenenum extrahendum est, cucurbitula.
optime facit. Neq; alienum est ante scalpello circa uul
nus incidere: quo plus uiciati iam sanguinis extrahatur.

Si cucurbita non fuerit exucanda.

SI cucurbita non fuerit quod tamen uix incidere potest: tum quodlibet simile uas quod idem possit. Sine id qdem est homo adhibendus est, qui si uulnus exugat: neq; hercules scientiam precipuam habent hij qui psylli nominantur: sed audaciam usu ipo confirmatam. Nam uenenum serpentis: ut quedam etiā uenatoria uenena quibus galli precipue utuntur. non gustu sed in uulnere nocent. Ideoq; colubra ipa tuto est. ictus eius occidit: et si stupente ea quod per quedaȝ medicamenta circulatores faciunt in os digitum quis indidit: neq; percussus est: nulla in ea saliua noxa est. Ergo quisquis exemplum psylli sequutus id uulnus exsuxerit: et ipse tutus erit et tutum hominem prestabit. Illud ne intereat ante debebit attendere ne quod in ginginis palato ue alia ue parte oris ulcus habeat. Post hec is homo loco calido conlocandus est. Sic ut id quod percussum erit in inferiorem partem inclinetur. Si neq; qui exugat neq; cucurbita est sorbere oportet uis anserinum uel ouilum uel uitulinum et uomere. Vinum autē gallinaceum pullum ꝑ medium diuidere et protinus calidum super uulnus imponere sic ut pars interior corpori iungatur. Facit id etiā hedus agnus ue discissus et calida eius caro statim super uulnus imposita. Emplastra quoq; que supra comprehensa sunt. Aptissimūq; est uel ephesium uel id qd' ei subiectum est: presensq; in aliquo antidoto presidiuȝ. est. Si id nō est necessarium est exsorbere potionem uini meri cum pipere uel quidlibet aliud quo calor mouendus est. Ne humorem intus patiatur coire. Nam maxima pars uenenorum frigore interimit. Omnia etiaȝ

urinam mouentia quia materiam extenuant utilia sunt.
hec aduersus omnes ictus comunia sunt.

De aspedis morsu usus uel casus remedium inuenit

VSVS tamen ipe docuit eum quem aspis percussit acetum potius bibere debere quod demonstrasse dicitur casus cuiusdam pueri qui cum ab hac ictus esset: et ptim ob ipm uulnus ptim ob immodicos estus siti premeretur. ac locis siccis alium humorem non reperiret: acetum quod forte secum habebat ebibit et liberatus est. Credo quoniam id quis refrigerandi uim habet: tame habet etia dissipandi: quo fit ut tetra respersa eo spumet. Eadem ergo ui uerisile est spissescentem quoq; intus humorem hominis abeo discuti. et sic dari sanitatem. In quibusdam etia alys serpentibus certa quedam auxilia satis nota sunt.

De scorpionis morsu.

NAM scorpio sibi ipe pulcherrimu medicamentu quidam contritum cum uino bibunt. qdam eodem modo contritum super uulnus imponunt. quidam super prunam eo imposito uulnus suffumigant undiq; ueste circudata ne is fumus dilabatur. Tum carbone eius supra uulnus deligant. Bibere aute oportet herbe solaris quam heliotropion greci uocant. semen uel forte folia ex uino. Super uulnus etia furfures cum acetto uel ruta siluatica recte imponitur. uel cu; melle sal tostus. Cognoui tame medicos qui ab scorpione ictos nihil aliud q̃ ex brachio sanguinem miserunt.

Aduersus aranei morsum.

ET ad scorpionis aute et ad aranei ictum allium cum ruta recte miscetur ex oleoq; contritum.

super imponitur. Si cherastes uel dipsas uel emo
rois momorderint.

AT si cherastes aut dipsas aut hemorrhois percussit
catapotium quod supra egyptie fabe magnitudi
nem equa arefactum in duas potiones diuidendum est.
sicut ei rute paulum adiciatur. trifolium quoq; et menta
strum et cum aceto panaces eque proficiunt. Costumq; et
cassia et cinnamomu recte per potionem adsumuntur.

Ad morsum chesydri.

ADuersus chesydri uero ictum panaces aut laser qd'
scrip. iii. s. x. i. uel porri succus cū hemina uini su
mendus est. et edenda multa satureia. imponendum aūt
super uulnus stercus caprinum ex aceto coctum. aut ex
eodem ordeacea farina aut ruta uel nepeta cum sale con
trita melle adiecto. quod in eo quoq; uulnere quod chera
stes fecit eque ualet. Ad sphalangionis morsus
querenda remedia.

VBI uero sphalangium nocuit. preter eam curatio
nem que manu redditur. Sepe homo demitten
dus in solium est. dandusq; ei myrre et uue thiminie par
modus expassi hemina uel radicule semen, aut lolij radix
ex uino. et super uulnus furfures ex aceto cocte. impe
randumq; ut his conquiescat. Verum hec genera serpen
tium et peregrina et aliquanto magis pestifera sunt. maxi
meq; estuosis locis gignuntur. Italia frigidioresq; regio
nes he quoq; parte salubritatem habent qd' minus terri
biles angues edunt. aduersus quos satis proficit herba be
tonica uel cantabrica uel centaurios uel argimonia ul'
trixago uel personina uel marina pastinaca, singule bi
neue cum uino potui date sunt et super uulnus impoīte.

Illud ignorari non oportet omnis serpentis ictum et ieiuni et ieiu magis nocere. Ideoq; perniciosissime sunt cum incubant. Vtilissimumq; est ubi ex anguibus metus est: non ante progredi q̄ quis aliquid adsumpsit. Non tam facile his opitulari est qui uenenum uel in cibo uel in potione sumpserunt: primū quia nō protinus sentiunt ut ab angue ictus ne succurrere qdem statim sibi possunt. Deinde quia noxa non acute sed ab interioribus partibus incipit. Cōmodissimum est tamen ubi primū sensit aliquis protinus oleo multo epoto uomere. Deinde ubi precordia exhausit, bibere antidotum: si id non est mel uel merum iunum.

Cantharidas siue ustis.

SVNT tamē quedam remedia propria aduersus quedam uenena maxime q; leuiora. Nam si cantharidas aliquis ebibit: panaces cum contusa uel galbano uino adiecto dari uel lac per se debet. Si cicutam iunum merum calidum cū ruta q̄ plurimū ingerendum est. Deinde is uomere cogendus. posteaq; laser ex uino dandum. isq; si febre uacat in calidum balneum mutendus. Si non uacat unguendus ex calfacientibus est, postque quies ei necessaria est. Si chyosciamū: feruens mulsum bibendum est: aut quodlibet lac maxime tamē asininum. Si cerussam uis malue uel uis glandis ex uino contrite maxime prosunt. Si sanguisuga epota est. acetum cū sale bibendum est. Si lac ītus coijt, aut passum, aut coagulum: aut cum aceto laser.

Si fungos inutiles quis adsumpsit: radicula aut pota aut cū sale et aceto edenda est. Ipsi uero hi et specie qdem discerni possunt ab utilibus: et cocture genere idonei fieri. Nā siue ex oleo inferuerunt: siue piri surculus cū his infert omni noxa uacant: adustis quoq; locis extrinsecus uis in

fertur. Itaq; sequi uidetur ut de his dicam. Hec autē opti
me curantur, folio aut lilij aut lingue canine: aut bete in
uetere uino oleoq; decoctis: quorū quidlibet protinus im
positum ad sanitatem perducit. Sed diuidi quoq; curatio
potest in ea que mediocriter exedentia reprimentiaq; pri
mo et pusulas prohibeant: et summā peliculam exaspent.
D einde ea que lenia ad sanitatem perducant ex prioribus
est lenticule cum melle farina uel mirra cum uino creta
cimolia cum turis cortice contrita. et aqua cocta: atq; ubi
usus necitas incidit aceto diluta. Ex insequentibus queli
bet lipara: sed idonea maxime est que uel plumbi recre
mentū uel uitellos habet. Est etiā illa adustorum curatio,
dum inflammatio est impositam habere cum melle lenticu
lam. ubi ea declinauit, farina cū ruta uel porro uel marru
bio donec cruste cadant. Tum herbum cū melle aut hirim
aut resinam therebintinam donec ulcus purum sit. nouis
sime siccum liniamentum. Ab his que extrinsecus incidūt
ad ea ueniendum est que interius corrupta aliqua corpoꝝ
parte nascuntur. Ex quibus non aliud carbunculo peius ē.
E ius hec note sunt. Rubor est superq; eum non nimium pu
sule eminent maxime nigre interdum subliuide aut
pallide. in his sanies esse uidetur. infra color niger est. ipm̄
corpus aridum et durius q̄ naturaliter oportet. Circa q̄
quasi crusta est: eaq; inflamatione cingitur. neq; in eo
loco leuari cutis potest: sed inferiori carni quasi affixa est.
Somnus urget non nunq̄ horror aut febris oritur aut u
trūq; idq; uitium subteractis quasi quibusdam radicibus
serpit. Interdum celerius interdum tardius. supra quo
q; procedens inalbescit. Dein liuidum fit. circūq; exigue
pustule oriuntur. Et si circa stomachum fauces ue in

cidit. subito spiritum sepe elidit. Nihil melius est q̄ proti-
nus adurere. Neq; id graue est. nam non sentit quonia
ea caro mortua est. finisq; adurendi est: dum ex omni p̄
te sensus doloris est. Tum deinde uulnus sicut cetera ad
usta curandum est. Sequitur. n. sub medicamentis eroden
tibus crusta undiq; a uiua carne deducta: que trahit secū
quicquid corruptum erat. Purus iam sinus curari potest
implentibus. At si in summa cute uitium est. possunt suc
currere quedam uel exedentia tm̄ uel etiam adurentia.
V is pro magnitudine adhibenda est. quodcūq; uero me
dicamentum positum est. si satis proficiet. protinus a ui
no corruptam partem resoluit. Certaq; esse fiducia pōt
fere ut undiq; uitiosa caro excedat. qua huiusce rei me
dicamen exest. Si id non fit medicamentum. malo uin
citur. utiq; adustionem properandum est: sed in eiusmo
di casu abstinendum a cibo a uino est. A quam liberaliter
bibere expedit: magisq; ea seruanda sunt. si febricula
quoq; accessit. Non idem periculum carcinomia adfert.
nisi imprudentia curantis agitatum est. Id uicium fit
maxime in superioribus partibus circa faciem nares.
aures. labra mammas feminarū. Et in iecore aute;
aut splene hoc nascitur. Circa locum aliquem quasi
puncta sentiuntur. isq; īmobilis inequalis tumet. inter
dum etiā torpet. Circa eum inflate uene quasi recuruā
tur. heq; pallent aut liuent. Non nūq̄ etiam in quibus
dam delitescunt. Tactusq; is locus alijs dolorem adfert.
in alijs eum non habet: et non nūq̄ sine ulcere durior aut
mollior est q̄ esse naturaliter debet. Non nūq̄ hisdem
omnibus ulcus accedit. Interdumq; nullam habet propri
etatem. Interdum simile his est que uocant greci condi

limata aspredine quadam et magnitudine; colorq; eius ru-
ber est: aut lenticule similis neq; tuto fertur. Nam protinq;
aut resolutio neruorū aut distentio insequitur. Sepe ho-
mo ictus ommutescit. atq; eius anima deficit. Quibusdam
etiā si id ipm pressum est: que circa sunt intenduntur et
intumescunt ob que pessimū id genus est. fereq; primus id
fit quod cacoethes a grecis nominatur. Deinde ex eo id car-
cinoma quod sine ulcere est, deinde ulcus ex eothimum.
Tolli nihil nisi cacoethes potest, reliqua curationibus inritā-
tur et quo maior maior uis adhibita est. eo magis qdam
usi sunt medicamentis adurentibus. Quidam ferro adus-
serunt: qdam scalpello exciderunt. neq; ulla unq medici-
na proficit: sed adusta protinus concitata sunt et incre-
uerunt donec occiderent. Excisa etiā post inductam cica-
tricem tamē reuerterunt et causam mortis attulerunt.
Cum interim plerique nullam uim adhibendo qua tollere id
malum temperent: sed imponendo mī lenia medicamenta
que quasi blandiantur quominus ad ultima senectutem
perueniant nō prohibentur. Discerneré aute cacoethes
quod curationem recipit a carcinomate quod non recipit:
nemo scire potest: sed tempore et experimento. Ergo u-
bi primū id uitium notatum est: imponi debent medicame-
ta adurentia. Si leuatur malum minuuntur eius indicia
procedere curatio potest, et ad scalpellum et adustionem.
si protinus inritatum est scire licet iam carcinoma esse
remouendaq; sunt omnia actia omnia uehementia. Sed
si sine ulcere is locus durus est, imponi ficum q pinguissi-
mam aut typodes emplastrum satis est. Si ulcus equale
est ceratum ex rosa initiendum est. Adiciendusq; ei pul-
uis ex contrita testa ex qua faber ferrarius tingere can-

dens ferrum solitus est. Si id nimium supercreuit: temptan
da squama eris est: que lenissima ex adurentibus est: eate
nus ne quid eminere patiatur. Sed ita si nihil exacerbauit
si minus eodem cerato contenti esse debebimus.

Signa et cure doloris theriome.

EST etiam ulcus quod θηριωμα greci uocant: id et
per se nascitur et interdum ulceri ex alia causa fac
to superuenit. Color est uel liuidus uel niger: odor fedus mul
tus et mucisimilis humor. Ipm ulcus neq; tactum neq; medi
camentū sentit: prurigine tm̄ mouetur. At cicca dolor est
et inflāmatio. Interdum tam febris oritur: non nūq̄ ex ul
cere sanguis erumpit. Atq; id quoq; malum serpit que om
nia sepe intenduntur. Sitq; ex his ulcus quod
greci uocant quia celeriter serpendo penetrandoq; usq; ossa
corpus uorat: id ulcus inequale: ceno simile: inestq; multus
humor glutinosus: odor intollerabilis: maiorq; q̄ pro modo
ulceris inflamatio: utrūq; sicut omnis cancer. Fit maxime
in senibus. uel his quorū corpora mali habitus sunt. Cura
tio utriusq; eadem est: sed in maiore malo magis necessa
ria: ac primū a uictus ratione ordinandus est ut quies
cat in lectulo ut primis diebus a cibo abstineat. aquam q̄
plurimam adsumat. Aliuis quoq; ei ducatur. Dein post
inflamationem cibum boni suci capiat. Vitatis omnibus a
cribus. potionis quantū uolet: sic ut interdiu qdem aqua
contentus sit. In cena uero etiā uini austeri aliquid bibat.
Non eque tamen fame in his quos urgebit.
Atq; his qui therioma adhuc habebunt: utendum erit et
uictus qdem talis necessarius est. Super ulcus uero insper
genda arida aloenanthe est. Et si parum proficiet calchi
tis. Ac si quis neruus exesa carne nudatus est contegendus

linteolo est. ne sub eo medicamento aduratur. Si ualidiori
bus etiam num remediis opus est ad eas compositiones ue
niendum est que uehementius adurunt. quicquid autem
inspergitur auerso speculo infundi debet. Superdanda
cum melle sunt uel liniamenta uel olei folia ex uino de
cocta uel marubium. Caq; linteolo contegenda in aqua fri
gida madefacto. dein bene expresso. circaq; qua tumor ex
inflatione est imponenda que reprimant cathaplasmata.
si sub his nihil proficitur ferro locus aduri debet. diligenter
neruis si qui apparent ante contectis. adustum uel medi
camentis uel ferro corpus primu purgandum. deinde im
plendum esse apparere cuilibet ex prioribus potest.

Signa et cura in igne sacro.

SACER quoq; ignis malis ulceribus adnumerari de
bet. Cuius due species sunt. alterum est subrubicun
dum aut mixtum rubore atq; pallore exasperatuq;
per pusulas continuas. quarū nulla alteri maior est. sed plu
rime perexigue. in his semper fere pus et sepe rubor cum
calore est. serpitq; id nō nuq̄ sanescente eo quod primu;
uiciatum est. non nuq̄ etiam exulcerat. ubi ruptis pusulis
ulcus continuatur humorq; exit. qui esse inter saiem
et pus uideri potest. fit maxime in pectore aut lateribus
aut eminentibus partibus.

Aliud genus ignis sacri.

Recipueq; in plantis alterum autē est in summe
cutis exulceratione. sed sine altitudine latum sub
luuidum inequaliter tamē medumq; sanescit extremis p
cedentibus. ac sepe id quod iam sanum uidebatur iterum
exulceratur. Ar circa proxima cutis que uicium recepta
ra est tumidior et durior est. Coloremq; habet ex rubro sub

niorum atq; hoc quoq; malo fera corpora seniora temptan
tur. Aut que mali habitus sunt. sed in cruribus maxime.
O mnis autē sacer ignis ut minimū periculum habet ex his
que serpunt: sic prope difficillime tollitur. Medicamen
tum eius fortuitum est uno die febris que humorem noxi
um absumat. Cuius quo crassius est et albidius est. eo peri
culi minus est. Prodest etiā infra os uulnerum ledi quod
plus puris exeat: et id quod ibi corruptum extrahat. Sed
tamen si febricula accessit abstinentia lectulo alui ductio
ne opus est. In omni uero sacro igni neq; lenibus et glutti
nosis cibis neq; salsis et acribus utendum est sed his que
inter utrūq; sunt qualis est panis sine fermento piscis
hedus. aues exceptoq; apro omnis fere uenatio. si non est
febricula et gestatio utilis est et ambulatio et unum au
stere et balneum. Atq; in hoc quoq; genere potio magis
liberalis esse q̄ cibus debet. Ipsa autē ulcera si mediocri
ter serpunt aqua calida. Si uehementius uino calido fo
uenda sunt. deinde acu pusule quecūq; sunt aperiunde.
T um imponenda ea que putrem carnem exedunt. Vbi in
flamatio sublata ulcusq; purgatum est imponibile me
lene medicamentū debet. In altero autē genere pos
sunt proficere mala cātonia in uino cocta atq; contri
ta potest emplastrum uel hyere uel tetropharmacum
cui quinta pars thuris adiecta sit. Potest uiota hedera
ex uino austero cocta. ac si celeriter malum serpit. no aliud magis proficit. Purgato ulcere quod i
summa cute esse proposui satis ad sanitatem eade;
lenia medicamenta proficient. Chironeum autem
ulcus appellatur: quod et magnum est et habet oras
duas callosas tumentes. exit sanies non multa sed

tenuis odor malus. neq; in eius tumore est nulla inflāma
tio: dolor modicus est: nihil serpit. Ideoq; nullum periculū
affert: sed non facile sanescit. interdum tenuis cicatrix in
ducitur: deinde iterū rumpitur ulcusq; renouatur. fit
maxime in pedibus et cruribus super id imponi debet qd'
et lene aliquid et uehemens et reprimens habeat: qua
le eius rei causa fit squame eris: plumbi eloti combusti sin
gl. p. ℥. iiij. casmie cere. p. ℥. viij. rose quantū satis est:
ad ceram simul cū eis molliendu;. Fiunt etiā ex frigore
ulcera hiberna maxime in pueris et precipue pedibus di
gitisq; eorum: nō nunq̄ etiam in manibus rubor cum inflā
matione mediocri est: interdum pusule oriuntur, dein
de exulceratio dolor autē modicus. prurigo maior est:
non nūq̄ humor exit: sed non multus qui referre uel i
pus uel saniem uidetur. In primis multa calida aqua fo
uendum est: in qua rapa decocta aut si ea non sunt aliq̄
uerbene ex reprimentibus. Si nondum adapertum ul
cus: es q̄ maxime calidum quis pati potest admouen
dum est. Si iam exulceratio est imponi debet alumen
equa portione cū ture contritum cū uino adiecto aut
malicorium in aqua coctum deinde contrita. Si sūma
detracta pellicula est. hic quoq; melius lenia medicamē
ta proficiunt. Struma quoq; est humor in quo subter cō
creta quedam ex pure et sanguine quasi glandule oriū
tur: que uel precipue fatigare medicos solent quoniā;
et febres mouent nec unq̄ facile maturescunt. et siue
ferro siue medicamentis curantur. plerūq; iterum iux
ta cicatrices ipās insurgunt. multoq; post medicamē
ta sepius. quibus id quoq; accedit quod longo spatio de
tinent. Nascuntur maxime in ceruice. sed etiam in

alis et inguinibus lateribus in mammis quoq; femina
rum se reperisse megel auctor est. propter hec et albu
ueratrum reste datur: atq; etiā sepius donec ea digeran
tur et medicamenta imponuntur: que humorem uel edu
cant uel dissipent: quorū supra mentio facta est. aduren
tibus quoq; qdam utuntur que exedunt: crustaq; eum lo
cum astringant: tunc uero ut ulcus curant. Quecunq;
autē curandi est: corpus puro ulcere excercendum atq;
alendum est donec ad cicatricem perueniat: que cu; me
duci doceant quorūdam rusticorum experimento cognitu
quem struma male habet si eum anguem edu liberari.
F urunculus uero est tuberculum acutum cū inflatione et
dolore: maximeq; ubi iam in pus uertit. Qui ubi adapertus
est et exu super apparet pars carnis mtus uersa pars cor
rupta subalbida a subrubra: quem uentriculum qdam furun
culi nominant: in eo nullum periculum est: etiā ut nulla
curatio adhibeatur: maturescit n. perse atq; erumpit sed
dolor efficit ut potior medicina sit que maturius liberet.
P roprium eius medicamentū galbanum est: sed alia quoq;
supra comprehensa sunt si cetera desint imponi debent
primu; no pingue emplastrum ut id reprimat. Deinde si
non repressit quodlibet puri mouendo accomodatum: si
ne id qdem est uel resina uel fermentū expresso pure nul
la ultra curatio est necessaria. Phyma uero nominatur tu
berculum furunculo simile et rotundius et planius sepe et
maius. Nam furunculus oui dimidij magnitudinem raro
explet nuq; excedit. Phyma etiā latius patere consueuit
sed inflamatio doloq; sub eo minores sunt. Vbi diuisum
est pus: eodē modo apparet uentriculus ut in furunculo
non inuenitur. Verum omnis corrupta caro in pus uertit.

Id autē in pueris et sepius nascitur et facilius tollitur. in iuuenibus raro oritur et difficilius curatur. Vbi etas indurauit ne nascitur qdem. quibus uero medicamentis discuteretur suprapositum est. Phrygeton autē est tumor nō altus. latus in quo quiddam pusule simile est. dolor distentioq; uehemens est: et maior q̄ pro magnitudine tumoris. Interdum etiā febricula. idq; tarde maturescit: neq; magnopere in pus conuertitur. fit maxime aut in uertice aut in alis aut inguinibus. panem ad silitudinem figure nostri uocant: atq; id ipm quo medicamento tolleretur supra demonstraui. Sed cum omnes hi nihil nisi minuti abscessus sint. generale nomen trahit latius uicium ad suppurationem spectans: idq; fere fit aut post febres aut post dolores partis alicuius. maximeq; eos qui uentrē infestarunt. sepiusq; oculis expositum est. Si qdem latius aliquid intumescit. ad silitudinem eius quod phyma uocari proposuit: rubetq; cum calore et paulopost etiā cū duricia magisq; innocenter indolescit, et sitim uigiliamq; exprimit. Interdum tamē nihil horum in cute deprehēdi potest: maximeq; ubi altius pus mouetur: sed cum siti uigiliaq; sentiuntur intus alique punctiones et quod de subito durius non est mollius est: et q̄uis non rubet: coloris tn̄ aliter mutati est: que signa iam pure oriente nascuntur. tumor ruborq; multo ante incipiunt. Sed si locus mollis ē auertendus est is materie editus per cathaplasmata que simul et refrigerant qualia et alias et paulo ante in erysipelate proposui. Si iam durior est ad ea ueniendū est que digerant et resoluant: qualis est ficus arida contusa aut fex mixta cum cerato quod ex adipe suilla coactum sit: aut cucumeris radix: cui ex farina due ptes

adiecte sint ante e mulso decocte. Licet etiā miscere
equis portionibus hammoniacum galbanum propolim
uiscum: pondusq; adicere myrre dimidio minus q̄ in
prioribus singulis erit. atq; emplastra quoq; et mala
ginata idem efficiunt que supra explicui. Quod per
discussum nō est: necesse est maturescat: idq; quod ce
lerius fiat imponenda est farina ordeacea ex aqua
cocta recte miscetur. Eadem autē hec in minoribus q°
q; abscessibus quorū nomina proprietatesq; supra reddidi
recte fiunt. Eademq; omnius curatio tm̄modo distat.
C rudum est autē in quo magis quasi uenarum motus est
et grauitas et ardor et distentio et dolor et rubor et duri
ties et si maior abscessus est. horror aut etiā febricula per
manet penitus que condita suppuratione. Si pro his que a
libi cutis ostendit punctiones sunt: ubi ista se remiserunt,
iamq; is locus prurit: et aut subliuidus aut subalbidus
est: matura suppuratio est. ea que ubi uel per se ipa me
dicamenta uel etiā ferro aperta est: pus debet emitti.
T um si qua in alis uel inguinibus sunt sine liniamento nu
trienda sunt. In ceteris quoq; partibus si una plaga exi
gua est. Si mediocris suppuratio fuit, si non alte pene
trauit. si febris non est. Si ualet corpus eque liniamenta
supuacua sunt. In reliquis parce tamen nec nisi plaga
est imponi deberet. Cōmode uero uel super liniamen
ta uel sine his imponitur lenticula ex mella aut ma
licorium ex uino coctum. que et per se idonea sunt.
S i qua circa duriora sunt: ad ea mollienda uel malua
contrita uel feni greci liniue semen ex passo coctum
superdandum est. Quicquid deinde impositum est nō
astringi sed modice deligari debet. illo nemine de

cipi decet: ut in hoc genere cerato utatur. Cetera que pertinet ad purgandum ulcus ad implendum ad cicatricem inducendam conueniunt que in uulneribus exposita sunt.

Siringuratio in quocunque loco corporis inquirenda.

NON nunquam autem et eiusmodi abscessibus et ex aliis ulcerum generibus fistule oriuntur. id nomen est ulceri alto angusto calloso. fit in omni parte corporis. habetque quedam in singulis locis propria. prius de communibus dicam.

De communibus fistulis.

GENERA igitur plura fistularum sunt. Si quidem alie breues sunt. alie altius penetrant. alie erecte intus feruntur. alie multoque plures transuerse. alie simplices sunt. alie duplices triplicesue ab uno ore intus orse que fiunt: aut etiam in plures sinus diuiduntur. Alie recte. alie flexe et tortuose sunt. alie intra carnem desinunt. alie ad ossa aut cartilaginem penetrant: aut ubi neutrum horum subest ad interiora perueniunt. Alie deinde facile: alie cum difficultate curantur. Atque etiam quedam insanabiles reperiuntur. Expedita curatio est in fistula simplici recenti intra carnem: adiuuatque ipsum corpus si iuuenile. si firmum est. inimica contraria his sunt. Itemque si fistula os uel cartilaginem uel neruum uel musculos lesit. si articulum occupauit. si uel ad uesicam uel pulmonem. uel ad uuluam uel ad grandes uenas arteriasue. uel ad inania ut guttur stomachum thoracem penetrauit. ad intestina quoque eam tendere semper periculosum.

Sepe pestiferum est quibus multum mali accidit: si corpus uel egrum uel senile uel mali habitus est. Ante omnia autem dimitti specillum in fistulam conuenit.

ut quo tendat et q̄ alte perueniat scire possimus. Sil
etiā protinus humida an siccior sit. qd̄ extracto specillo
patet. Si uero os in uicino est id quoq; disci potest. sciam
nec ne eo fistula penetrauit quatenus nocuerit. Nam si
molle est quod ultimo specillo contigitur intra carnem ad
huc uicium est. Si magis renititur ad os uentum est ibi de
inde si labitur specillum nondum caries est. Si non labitur
sed equali innititur caries qdem uerum adhuc lenis est. Si
inequale quoq; et asperum subest, uehementius os exesus
subest. At cartilago ubi subhesit. ipsa sedes docet peruen
tumq; esse ad eam ex renisu patet. Sed ex his qdem con
liguntur fistularum sedes spatia noxe. Simplices uero he
sint. an in plures partes diducantur. Cognosci potest ex mo
do puris cuius si plus fertur q̄ quod simplici spatio conueit.
plures sinus esse manifestum est. Cumq; fere iuxta sint
caro et neruus et aliqua neruosa quales fere tunice mē
braneq; sunt. genus quoq; puris docebit. Num plures sinus
intus diuersa corporis genera perroserint. Si qdem ex car
ne pus leue album copiosius fertur. At ex neruoso loco. Colo
ris qdem eiusdem sed tenuius et minus ex neruoso pingue
et oleo non dissimile. Deniq; etiā corporis inclinatio docet:
num in plures partes fistule penetrarint. Quia sepe cum qs
aliter decubuit: aliterq; membrum conlocauit: pus ferri quod
iam desierat iterum incipit. testaturq; non solum alium sinu
esse ex quo descendat. sed etiā in aliam corporis partem eum
tendere: sed si et in carne et recens et simplex est. ac neq; ru
gosa neq; caua neq; articulis sed in eo membro est quod p
se immobile non nisi cum toto corpore mouetur. satis pro
ficit emplastrum quod recentibus uulneribus imponitur
dum habeat uel salem uel alumen uel squamam eris uel e-

renisu

ruginem uel ex metallicis aliquid.

De collirijs fistularum qualiter fieri debeant.

Exq; eo collirium fieri debet: altera parte tenuius: altera paulo plenius idq; ea parte qua tenuius est: altera antecedente dimitti oportet in fistulam donec sanguis putus se ostendat. Que in omnibus fistularuz collirijs perpetua sunt. Idem deinde emplastrum in linteolo super imponendum: supraq; initienda spongia est in acetum ante dimissa: soluiq; quinto die satis est. genusq; uictus adhibendum est quo carnem ali docui. ac si longius a precordijs fistula est: interuallo ieiunum radiculas edesse deinde uomere necessarium est. Vetustate collosa fit fistula callus autē neminem fallit quia durus est aut albus aut pallidus. sed tum ualidioribus medicamentis opus est: quale est quod habet papaueris lacrimum. p. ℞. i. cumini. p. ℞. iiij. catimie. p. ℞. iiij. aitramenti sutorij. p. ℞. viij. ex quibus aqua coactis conlirium fit. Aut in quo sunt galle. p. ℞. i. Erudinis sandarace. aluminis egyptij. singl. p. ℞. i. Aitramenti sutorij combusti. p. ℞. ij. Aut quod constat ex calchitide et saxo alchis: quibus auripigmenti dimidio minus q̄ in singulis prioribus est adicitur. eaq; melle cocto excipiuntur. Expeditissimum autē est ex precepto magetis eruginis rase. p. ℞. ij. conterere: deinde hamoniaci thimiamatis. p. ℞. i. aceto liquare. eoq; infuso ex erugine conligere. idq; ex primis medicamentis est: sed ut hec maxi effectus sunt. si cui ista non adsunt. facile tamen est callum quibuslibet adurentibus medicamentis prodere. Aut quibus hec maxime in effecto sunt erodere. Satiusq; uel papirum intortum, uel aliquid in penicillo in modum collirij adstrictum eo inlinire. Squilla quoq; cocta et mixta

cum calce callum exest. Si quando uero longior: sed tr
ansuersa fistula est: demisso specillo contra principium
huius incidi cōmodissimum est. et collirium utriq; demit
ti. At si duplicem esse fistulam aut multiplicem existima
mus: sic tamen ut breuis intraq; carnem sit. collirio uti no
debemus. quod unam partem curet, reliquas omittat: sed
eadē medicamenta arida in calamū scriptorium coicien
da sunt. Isq; ori fistule oprandus. inspirandumq; ut ea
medicamenta intus compellantur. Aut eadem cū uino li
quanda, uel si sordidior fistula erit ex mulso. si callosior
ex aceto sunt. Atq; intus infundendum quicquid inditum
est: superponenda sunt que refrigerent et reprimant.
Nam ferea que circa fistulam sunt. habent aliquid inflam
mationis: neq; alienum est ubi quis resoluerit anteq̄ rur
sus alia medicamenta coiciant per oricularium, clisterē
fistulam eluere. Et si plus puris fertur uino. si callus du
rior est aceto. si iam purgatur mulso uel aqua herbum
coctum sit. sic ut huic quoq; mellis paulum adiciatur.
Fere uero fit ut ea tunica que inter ferumentum et inte
gram carnem est uicta tota medicamentis tota exeat.
Infraq; ulcus purum sit: quod ubi contigit imponenda
glutinanda sunt: precipueq; spongia melle cocto inlita.
neq; ignoro multis placuisse liniamentum in modum
collirij compositum tinctum melle dimitti. Sed celerius
id glutinatur q̄ impletur. neq; uerendum est. ne purū
corpus puro corpori iunctum non coheat. adiectis quoq;
medicamentis ad id efficacibus cū sepe exulceratio di
gitorū: nisi magna cura prospeximus sanescendo in unū
eos iungat. Est etiā ulceris genus quod a faui similitudi
ne. KHPION a grecis nominatur. idq; duas species habet. Al

terum est subalbidum furunculo simile: sed maius: et cuꝫ do
lore maiore. Quod ubi maturescit habet foramina per
que fertur humor glutinosus et purulentus: nec tamen
adustam maturitatem peruenit. Si diuisum est multo plꝰ
intus corrupti q̄ in furunculo apparet: altiusq; descendit:
raro fit nisi in scapulis. Alterum est minus super corpus e
minens, durum, latum, subuiride, suppallidum magis exul
ceratum. Si qdem ad singulorū pilorum radices foramina
sunt: per que fertur humor glutinosus, suppallidus: crassi
tudinem mellis aut uisci referens. interdum olei si incidi
tur uiridis intra caro apparet. Dolor autē et inflamatio
ingens est: adeo ut acutam quoq; febrem mouere consue
rint super id quod minus crebris foraminibus exaspera
tum est, recte imponitur. et ficus arida et lini semen qd'
in mulso coctum est. et emplastra ac maliginata materi
am educentia: aut que proprie pertinentia supraposui:
super alterum et ea medicamenta et farina ex mulso ꝛ
cocta: sic ut ei dimidium resine therebintine misceatur.
Et ficus in mulso decocta cui paulum isopi contriti sit adiec
tum et est uue timinie pars quarta fico adiecta. Quod
si parum in utroq; libet genere medicamenta proficiunt
totum uel usq; ad sanam carnem excidi oportet, et ulce
re ablato super plagam medicamenta danda sunt, pri
mū queq; pus citent deinde que purgent: tum que im
pleant. Sunt uero quedam uerrucis similia: quoruꝫ di
uersa nomina ut uicia sunt. Acrochordona greci uocant
ubi sub cute coit aliquid durius: et interdum paulo aspe
rius coloris eiusdem: infra tenue ad cutem latius idq; mo
dicum est: quia raro fabe magnitudinem excedit. Vix u
num tm̄ eodem tempore nascitur: sed fere plura maxie

q; in pueris: eaq; non nūq̄ subito desinunt: non nunq̄ medio
crem inflamationem excitant: sunt q; etiam in pus conuer
tuntur. At thimion nominatur quod super corpus quasi
uerrucula eminet ad cutem tenue supra latius, subdurum
et in somno perasperum. Idq; summū dolorem floris thymi
representat unde ei nomen est. ibiq; facile funditur et
cruentatur: non nunq̄ aliquantum sanguinis fundit: fe
req; circa magnitudinem fabe egyptie est. rato maius in
terdum per exiguum modo unum autē modo plura nascun
tur, uel in talis palmis, uel in inferioribus pedum partibus.
P essima tamen in obscenis sunt: maximeq; ibi sanguinem fun
dunt. Myrmetia autē uocantur humiliora thymo duriora
q; que radices altius exigunt: maioremq; dolorem mouet
infra lata. super tenuia minus sanguinis mittunt: magni
tudine uix unq̄ lupini modum excedunt. Nascuntur ea quo
q; aut in palmis aut in inferioribus partibus pedum.

Signa claui et cure.

CLAVI autē non nunq̄ quidem etiam albi: sed in pe
dibus tamē maxime nascitur precipue ex contuso
q̄uis interdum aliter: doloremq; etiā si non alias tamen in
gredienti mouet. Ex his acrochordon siue thymium: sepe
etiam per se finiuntur. Et quo minora sunt: eo magis mirme
tia et claui sine curatione uix unq̄ desinunt. Acrochordon si
excisum est nullam radiculam reliquit. ideoq; nec renascit.
Quidem n. ex toto thymium quoq; clauis excisis subter ro
tunda radicula nascitur que penitus descendit ad carnem
eaq; relicta idem rursus exigit. Myrmetia latissimis radi
cibus inherent: ideoq; ne excidi qdem sine exulceratione
magna possunt. Clauum deinde deradere cōmodissimum
est. Nam sine ulla ui sic emollescit: ac si sanguinis quoq; a

liquid emissum est sepe emoritur. Tollitur etiā si quis eum circū purgat. deinde imponit resinam cui miscuit pulueris paulum. quem ex lapide molari contrito fecit. Cetera uero genera medicamentis adurenda sunt. Alijsq; id qd' ex fece uini myrmecijs id quod ex alumine et sandaraca fit apcissimū. Sed ea que circa sunt folijs contegi debet ne ipā quoq; exulcerentur. deinde postea lenticula imponi solet: tollit thymium etiā ficus in aqua cocta. :-

A Signa pustularum et cure.

AT pustule maxime uernis temporibus oriuntur. Earum plura genera sunt. Nam modo circa totum corpus partemue aspredo quedam fit similis his pustulis que ex urtica uel ex sudore nascuntur. Exanthemata greci uocant: eaq; modo rubent: modo colorem cutis non excedūt: nonnunq̄ plures similes uaris oriuntur: nonnūq̄ maiores pusule liuide aut pallide, aut nigre: aut aliter naturali colore mutato: subestq; his humor: erupte ubi sunt infra quasi exulcerata caro apparet φαύκταιναι grece nominatur. fiunt uel ex frigore uel ex igni uel ex medicamentis uel ὑπάρκιον autē paulo durior pustula est subalbida acuta ex qua ipā quod exprimitur humidum est. et ex pustulis uero nonnunq̄ etiam ulcuscula sunt: aut aridiora aut humidiora: et modo tm̄ cum prurigine: modo etiā cum inflammatione aut dolore: erit aut pus aut sanies aut utrūq; maxime q; id euenit in etate puerili: raro in medio corpore sepe in eminentibus partibus. :-

P De herpentusula.

PEssima pustula est que epinyctis uocatur. Ea colore uel subliuida uel subnigra, uel alba esse consueuit. Circa hanc autē uehemens inflāmatio est: et cū ad

aperta est reperitur intus exulceratio mucosa. color humori suo similis. dolor ex eo supra magnitudinem eius est.
Neq; n. ea faba maior est. Atq; hec quoq; oritur in eminentibus partibus et fere noctu: unde nomen quoq; a grecis ei epinictis impositum est. In omni uero pustularum curatione: primū est multum ambulare atq; exerceri. si quid ista prohibet gestari. secundū est cibos minuere. abstinere ab omnibus actibus et extenuantibus. eademq; nutrices facere oportet. si lactans puer ita affectus est preter hec is qui iam robustus est. si pustule minute sunt desudare in balneo debet. simulq; super eas nitrum inspergere oleoq; uinum miscere et sic ungi. tunc descendere in soliū.
Si nihil sic proficitur aut si malum pusularum genus occupauit imponenda lenticula est. Detractaq; summa pellicula ad medicamenta lenia transeundum. epinictis post lenticulam: recte herba quoq; sanguinali uel uiridi coriandro curatur. Vlcera ex pustulis facta: tollit spuma argenti cum semine feni greci mixta. sic ut his inuicem rosa atq; intubi succus addiciatur donec mellis crassitudo fiat. Proprie ad eas pistulas que infantes male habent. Lapis quem piriten uocant. p. x. viij. cum qnquaginta amaris nucibus miscetur. addiciuntur q; olei cyathi tres. Sed prius ungui ex cerusa pustule debent. tū hoc inlini.

DE SCABIE.

Scabies uero est durior cutis rubicundus. ex qua pustule oriuntur: quedā humidiores. quedā siccio res. Exit ex quibusdam sanies. fitq; ex his continuate ex ulceratio pruriens. serpitq; in quibusdam cito. atq; in alijs quidem ex toto desinit. In alijs uero certo tempore anni reuertitur. quo asperior est quoq; perurit magis

eoq; difficilius tollitur. itaq; eam que talis est agrian id est feram greci appellant. In hac quoq; uictus ratio eadem que supra necessaria est. medicamentum autem ad incipientem hanc idoneum est quod fit ex podij croci eruginis singulorū. p. ℞. i. piperis albi omphacis singl'. p. ℞. i. Catinie. p. ℞. viij. aut ubi iam exulceratio est. id qd' fit ex sulphuris. p. ℞. i. Cere. p. ℞. iiij. picis liquide hemina. oleo sext'. ii. que simul incoquuntur, dum crassitudo mellis fiat. :- Protharchi ad scabiem. :-

EST etiā quod ad protharchum auctorem refertur habet hec farine lupinorū. ss. nitri cyathos quatuor picis liquide heminam. resine humide selibrā aceto cyathos tres. croco quoq; liquidum erugo, murra, cinis equis portionibus recte miscentur et passo coquuntur. Idq; omnem pituitam ubiq; sustinet. At si nihil aliud est a murra ad terciam partem decocta, uel sulphuri pice liquide mixtum sicut in pecoribus proposui hominibus quoq; scabie laborantibus opitulantur. :-

.IMPETIGINIS.

IMpetiginis uero species sunt quatuor. minime mala est, que silitudine scabiem representat. nā et rubet et durior est. et exulcerata est et roditur. Distat autē ab ea que ubi magis exulcerata est et uarijs similes pustulas habent uidenturq; esse in ea quasi bullule quedam. ex quibus interposito tempore squamule resoluuntur certioribusq; hoc temporibus reuertitur. Alterum genus est ei simile palpule fere sed asperius rubicundiusq; figuras uarias habens. squamule ex summa cute discedunt rosco maior est celerius et latius procedit. certioribusq; etiam nonnunq̄ prior temporibus et fit

et desinit rubrica cognominatur :-

Tertium impetiginis genus nigra dicitur

Tertium etiam num deterior est : nam et crassior et durior est. et magis tum in summa cute finditur et uehementius rodit. ipa quoq; squamosa sed nigra procedit et late et tarde eminus serpit in temporibus quibus aut oritur aut desinit : neq; ex toto tollitur nigre cognomen est . :-

Quartum genus impetiginis quod non recipit curam

Quartum genus est quod curationem omnino non recipit, distans colore : nam subalbidum est et recenti cicatrici simile : squamulasq; habet pallidas quasdam subalbidas : quasdam lenticule similes : quibus demptis nonnuq; profluit sanguis. Alioquin uerus humor albus est. Cutis dura atq; fixa est, procedutq; latius. Hec uero omnia maxime oriuntur in pedibus et manibus atq; ungues quoq; infestant. Medicamentum no aliud ualentius est q; quod ad scabiem quoq; pertinere sub auctore protarcho retuli. Serapion autem nitri p. x. y. sulphuris p. x. iij excipiebat resina copiosa eaq; utebatur. Papularum uero duo genera sunt. altera est in qua per minimas pustulas cutis exasperatur et rubet leuiterq; roditur : medium habet paruxillo leuius tarde serpit : idq; uiuum maxime rotundum incipit, eademq; ratione in orbem procedit :-

Agria idest fera

Alitera autem est quam agrian idest feram greci uocant : in qua similiter qdem sed magis cutis exasperatur exulceratur q; ac uehementius eroditur ac rubet. interdum etiam pilos remittit : que minus rotunda est difficilius senescit nisi sublata est in impetiginem uer-

titur: sed leuis papula. etiā si saluia quotidie defricatur senescit: maior cōmodissime murali herba tollitur si sub ea detrita est: ut uero ad composita medicamenta ueniamus idem illud protarchi tanto ualentius in his est quāto minus in his uicium est. Alterum ad idem myronis nitri rubri turis singl. p. ℥. i. cantharidum purgatarum. p. ℥. ij. sulphuris ignem non experti tantūdem resine therebintine liquide. p. ℥. xx. farine lolij. s. iij. gith. cyathos. iij. picis crude sextarium. „ . De vitiligine. „

Vitiligo quoq; q̄uis per se nullum periculum adfert tamen feda est et ex malo corporis habitu fit. eius tres species sunt. „ Alpho auligo. :-

Alphos uocatur ubi color albus est fere subasper et non continuus ut quedam quasi guttę disperse esse uideantur. Interdum etiam latius et cum quibusdaꝫ intermissionibus serpit. „ . Melas. „

MELAS colore ab hoc differt quia niger est et umbre similis: cetera eadem sunt. „ Leuce. :-

Leuce habet quiddam simile alpho sed magis albida est, et altius descendit in ea que albi pili sunt et lanugini similes, omnia hec serpunt. Sed in alijs celerius, in alijs tardius: alphos et melas, in quibusdam uarijs temporibus et oriuntur et desinunt: leuce quem occupauit non facile dimittit: priora curationem nō difficillimam recipiunt. Vltimum uix unq̄ sanescit. ac si quid ei uicio demptum est tamen nō toto sanus color redditur. Vtrum autem aliquod horum sanabile sit experimento facili cōligitur. Incidi. n. cutis debet aut acij pungi si sanguis exit quod fere fit in duobus prioribus remedio locus est. Si humor albidus sanari non potest. Itaq; ab hoc q̄dem absti-

nendum est. Super id uero quod curationem recipit im
ponenda lenticula mixta cu; sulphure et ture: sic ut
ea contrita ex aceto sit. Aliud ad idem quod ad hireneu
auctorem fertur, alcyonium nittum, cuminum, fici
folia arida paribus portionibus contunduntur, adiunc
to aceto. his in sole uitium perungitur: deinde non ita
multo nō nimis erodatus eluitur proprie qdem myro
ne auctore, eos quos alphos uocari dixi. hoc medicamē
to perungunt sulphuris. p. x. uij. myrte aride uitiligi
nem inspergunt farinam ex faba: tum hec inducunt.
Hi uero quos melana uocari dixi. curantur cū simul co
trita sunt, alcyoneum, thus, ordeum, fabe: aque sine o
leo in balneo ante sudorem insperguntur tum genus id
uitiliginis defricatur. :-

Artium Aurelij Cornelij celsi Liber Decimus medicine
Liber quintus explicit. Artium Liber. xj. Aurelij
cornelij celsi medicine Liber. vj. Incipit Feliciter.

Per que medicamenta succurratur capillis fluentibus
porriginibus cosiareis uaris lenticulis ephelidi oculis
auribus naribus dentibus tonsillis oris ulceribus uue,
umbilico prominenti naturalibus partibus digitoru;
ulceribus. :-

DE VICIIS DIVERSIS PREFACIO. :-

DIXI DE HIS VICIIS QVE per totum corpus orientia medicamentorũ auxilium desiderant: nunc ad ea ueniam que nonnisi in singulis partibus incidere consuerunt: orsus a capite. In hoc igitur capillis fluentibus: maxime qdem sepe radendo succurritur. adicit autem quadam ad continendum. Ladanum cũ oleo mixtum.

Nunc de his illis capillis loquor: qui post morbum fere fluunt. Nam quominus caput quibusdam etate nudetur, succurri nullo modo potest. Porrigo autem est: ubi inter pilos quedam quasi squamule surgunt: eeq; a cute resoluuntur et interdum madent. Multo sepius sicce sunt idq; euenit modo sine ulcere: modo exulcerato loco. Hic quoq; modo malo odore: modo nullo accidente: fereq; id in capello fit: rarius in barba. aliqn etiam in supercilio. Ac neq; sine aliquo uicio corporis nascitur. neq; in toto inutile est. Nam bene intero capite non exit. ubi aliquod in eo uicium est: non incomodum est: summam cutem potius subinde corrumpi: quã id quod nocet in aliam partem magis necessariam uerti. Cõmodus est ergo subinde pectendo purgare: q̃ id ex toto prohibere:

Si tamen ea res nimium offendit: quod humore sequente fieri potest. magisq; si is etia mali odoris est. caput sepe radendum est. Deinde superadiuuandum aliqbus leuiter reprimentibus: quale est nitrum cũ aceto ul' ladanum cũ murteo uino. uel myrobalanum cum uino.

Si parum per hec proficitur uehementioribus uti licet:

cum eo ut sciamus utiq; in recenti uicio id inutile esse. Est
etiā ulcus quod a fici silitudine sycosis a grecis nomina
tur caro excrescit et id qdem generale est. Sub eo uō
due species sunt. in alterum ulcus durum et rotundu;
est. alterum humidum inequale. ex duro exiguum qddam
et glutinosum exit. Ex humido plus et mali odoris. fit
uero utrūq; in his partibus que pilis conteguntur. sed id
qdem quod callosum et rotundum est: maxime in barba,
id uero quod humidum precipue est in capillo: super u
trūq; oportet imponere elaterium. aut lini semen contri
tum et aqua coactum: aut ficum in aqua decoctam: aut
emplastrum tetrapharmacū ex aceto subactum: terra
quoq; aeretria ex aceto liquata recte inlinitur. Areaꝝ
quoq; duo genera sunt, cōmune utriq; est, quod de mor
tua summa pellicula pili primū extenuatur. deinde
excidunt. ac si ictus is locus est: sanguis exit liquidus et
mali odoris: increscitq; utrūq; in alijs celeriter, in alijs tar
de: peius est qd densam cutem et subpinguem et ex toto
glabram fecit. Sed ea que alopetia nominatur, sub quali
bet figura dilatatur. fit et in capillo et in barba. id uero
quod a serpentis similitudine ophis appellatur. Incipit
ab occipitio duorū digitoru; latitudinem non excedit,
ad aures duobus capitibus serpit. quibusdam etiā ad frō
tem donec se duo capita in priorem partem cōmutant.
Illud uicium in qualibet etate est. hoc fere infantibus. Illd
uix unq̄ sine curatione hoc persepe finitur. Quidam
hec genera arearum scalpello exasperant: qdam inli
niunt adurentia ex oleo: maximeq; cartam combustaꝫ
qdam resinam therebintinam cū tapsia inducunt. Sed
nihil melius est, q̄ nouacula quotidie radere, qua cum

paulatim summa pellicula excisa est: adaperiuntur pilo
rum radicule. neq; ante oportet desistere, quā frequen
tem pilum nasci apparuerit. Id autē quod subinde raditur
inlini attramento scriptorio satis est. pene ineptia sunt
curare uarios et lenticulas et ephelidas: sed eripi tamē
feminis cura cultus sui non potest. Ex his autē que supra
proposui uarij lenticuleq; uulgo note sunt q̄uis rarior spe
cies est: quam semion greci uocant. Cum sit ea lenticula
rubicundior et inequalior. Ephelis uero a plerisq; ignora
tur. que nihil est nisi asperitas quedam et duricies in ali
coloris. Cetera non nisi in facie. Lenticule etiā in alia
parte non nūq̄ nasci solent: de qua per scribere alio lo
co uisum opere pretium non est: sed uarij cōmodissime
tolluntur imposita resina: cui non minus q̄ ipsa est alumi
nis scissilis et paulum mellis adiectum est. lenticulam tol
lunt: galbanum et nitrum cū pares portiones habent.
Contritaq; ex aceto sunt donec ad mellis crassitudinem
uenerunt his corpus inliniendum et interpositis pluribus
horis mane eluendum est. oleoq; leniter inungendum.
ephelidum tollit resina cui tercia pars salis fossilis et pau
lum mellis adiectum est. Ad omnia uero ista atq; etiam
ad colorendas cicatrices potest ea compositio que ad tri
phonem patrem auctorem refertur in ea pares portiones
sunt, myrobalani, maginatis, crete cimolie subcerule nu
cum amarum, farine ordei atq; erbi, strucij albi, sertule
campane seminis: que omnia contrita melle q̄ amaris
simo coquuntur inlitumq; aduespere mane eluitur.

Oculorum curatio incipit.

SED hec q̄dem mediocria sunt: ingentibus uero et
uarijs casibus oculi nostri patent qui cū magnam

partem aduite simul et usum et dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt. De lippitudine.

PRotinus autē orta lippitudine quedam note sunt ex quibus quid euenturum sit conligere possumus. Nam si simul et lacrima et tumor, et crassa pituita ceperint. Si ea pituita lacrime mixta est. et ea lacrima calida est: pituita uero alba et mollis: tumor non durus. longe ualetudinis metus non est. At si lacrima multa et calida pituita paulum tumor modicus est. idq; non in uno oculo e. Idq; lippitudinis genus minime cū dolore est. sed uix ante uicesimū diem tollitur. non nūq̄ per duos menses durat. sed qnq; finitur. si pituita alba et mollis esse incipit. lacrimeq; miscentur. aut si simul ea utrūq; oculum īuaserunt, potest esse breuior. sed periculum ulcerum est. Pituita aūt sicca et arida dolorem qdem mouet. Tumor magnus si sine dolore est et siccus est sine ullo periculo est. Sed si siccū qdem cum dolore est fere exulcerat. et non nūq̄ ex eo casu fit ut palpebra cū oculis glutinetur. eiusdem exulcerationis timor in palpebris pupillisue est. ubi super magnū dolorem lacrime salse calideq; sunt: aut etiā si tumore infinito. diu lacrima cū pituita profluit. peius etiā nunc est ubi pituita calida aut liuida est. lacrima calida et mlta profluit. caput calet a temporibus ad oculos dolor peruenit. nocturna uigilia urget. Si qdem sub his oculus pleruq; rumpitur uotuq; est ut tantū exulceretur intus: ruptum oculum febricula iuuat. Si foras iam ruptus procedit sine auxilio est. Si ex nigro aliquid albidum factū est diu manet. at si asperum et crassum est. etiam si post curationem uestigium aliquod relinquit.

Sanguinem detrahendum.

CVRARI uero oculos sanguinis detractione medicamento, balneo, uino. uetustissimus auctor hyppocrates memorie prodidit: sed eorū tempora et causas parum explicuit: in quibus medicine summa est. Neq; minus in abstinentia est et alui ductione sepe auxilij est. Recte aluum subduci.

HOS igitur interdum inflamatio occupat: ubi cum tumore in his dolor est. sequiturq; pituite cursus non nūq̄ copiosior uel acrior. non nūq̄ utraq; parte moderatior in eiusmodi casu:

prima omniū sunt quies et abstinentia. Ergo primo die loco obscuro cubare debet: sic a sermone quoq; abstineat. nullum cibum adsumere si fieri potest ne aquam qdem sin minus certe q̄ minimū eius. Quo si graues dolores sunt cōmodius secundo die: si tamē res urget: etiā primo sanguis mittēdus est. Vtiq; si in fronte uene tument: si firmo corpori materia superest. An impetu graui sanguinem tollendum in leui uentre ducendum.

SI uero tumor impetus: minus acrem curationem requirit aluus, sed non nisi secundo tertioue die duci oportet. At modica inflāmatio neutrū ex his auxilium desiderat. Satisq; est uti quiete et abstinentia, neq; tamē in lippientibus longum ieiunium necessarium est: ne pituita tenuior atq; acrior fiat, sed scdo die dari debet.

Non nimis abstinendum.

ID quod leuissimū uideri potest ex his que pituitam faciunt crassiorem qualia sunt oua sorbilia, Si minor uis urget: pulticula quoq; aut panis ex lacte, in sequentibus diebus quantū inflammationi detrahetur

tantū adici cibis poterit. Sed generis eiusdem utiq; certe nihil ex his que extenuant sumatur. nihil potui preter aquam et uictus quidem ratio maxime necessaria est.

Ad stringendum uenas.

PROTINVS autē primo die croci. p. ℞. i. et farine candide q̄ tenuissime p. ℞. ij. Excipere oportet oui albo: donec mellis crassitudinem habeat. Idq; in linteolu; inlinire et fronti adglutinare: ut compressis uenis pituite impetum prohibeat. Si crocum non est. tus idem faciat. Linteolo an lana excipiatur. nihil interest. Super inungi uero oculi debent: sic ut croci quantū tribus digitis comprehendi potest sumatur: murre ac fabe papaueris lacrime ad lenticule magnitudinem: eaq; cum passo conterantur et specillo super oculum inducantur. Aliud ad idem myrre. p. ℞. i. mandragore suci. p. ℞. i. papaueris lacrime p. ℞. ij. foliorum rose sicute seminis. p. ℞. iiij. acacia. p. ℞. iiij. cuminis. p. ℞. viij. et hec qdem interdici. Noctu uero quo comodior quies ueniat: non alienum est superimponere: candidi panis interiorem partem ex uino subactam. Nam et pituitam reprimit: et si quid lacrime processit absorbet: et oculum glutinari non patitur. Si graue id et durum propter magnum oculorū dolorem uidetur. oui et album et uitellum in uas defundendum est. adiciendumq; eo mulsi paulum: idq; digito permiscendum. ubi facta unitas est demitti debet lana mollis bene carpta: que id excipiat superq; oculos imponi: ea res et leuis est. et refrigerando pituitam coercet: et nō exarescit: et glutinari oculum nō patitur: farina quoq; ordeacea cocta et cū malo cotoneo cocto mixta cōmode imponitur. Neq; ab ratione abhorret: etiā penicillo potissimū uti expresso: si

lenior impetus est ex aqua si maior ex posca: priora fascia deliganda sunt ne per somnum cadant. at hoc super unponi satis est: quia et reponi ab ipso cōmode potest. et cū inaruit iterū madefaciendum est. Si tantū mali est ut somnū diu prohibeat. Eorū aliquid dandum est que greci uocant. Satisq; est puero qd' erbi uiro qd' fabe magnitudinem impleat. In ipm uero oculum primo die nisi modica inflamatio est nihil recte coicitur. Sepe n. potius concitatur eo pituita q̄ minuitur. A secundo die graui quoq; lippitudini per indita medicamenta recte succurretur. Vbi iam uel sanguis missus uel aluus ducta est. aut ubi neutrum necessarium esse manifestum est.

De collyrijs incipit.

MVLTA autē multorūq; auctorum collyria: ad id apta sunt. nouisq; etiā nunc mixturis temperari possūt: cum lenia medicamenta et modice reprimentia facile et uarie misceantur. Ego nobilum exequar. Est igitur philini: qd' habet cerusse lote. spodij cumini singl'. p. ℞. i. papaueris lacrime combuste. p. ℞. ij. Illud scire oportet. hic quoq; omnia medicamenta singula. primū per se teri: deinde mixta: iteruz adiecta paulatim. uel aqua uel alio humore cumini mixtū cum quasdam alias facultates habeat. hoc maxime prestare. ut ubi collyria facta inaruerunt. glutinata sint neq; fricentur.

Dyonisius.

DIonisij uero collirium est papaueris lacrime combuste donec tenerescat. p. ℞. i. turis combusti. cumini singl'. p. ℞. i. z. spodij. p. ℞. iiij. Cleonis nobile ad moduz papaueris lacrime ficte. p. ℞. i. croci. p. ℞. i. cumini. p. ℞. i. quibus cum teruntur adicitur rose sucus.

ALIVD eiusdem ualentius squame eris. Aliud.
quod stomome appellant. p. ℞. i. croci. p. ℞. ij. spo
dij. p. ℞. iiij. plumbi eloti et combusti. p. ℞. vj. cumi
ni tantūdem. eius aliud quoq; ad idem est: maxime ubi
multa pituita profluit. Castorei. p. ℞. z. aloes. p. ℞. i. cro
ci. p. ℞. i. myrre. p. ℞. ij. licij. p. ℞. iij. Catinie curate. p. ℞.
viij. stibis tantūdem: acacie suci ℞. xij. quod cum cūmi
suci id hoc non habet. liquidum in buxidicula seruatur.
Theodotus uero huic compositioni adiecit papaueris la
crime combuste. ℞. eris combusti et eloti. p. ℞. ij. nucle
os palmarum combustos numero. xx. Cummi. p. ℞. ij.
At ipius theodoti quod a quibusdam acharistum no
minatur eiusmodi est. Castorei nardi indici singl'. p. ℞.
i. lycij. p. ℞. ij. papaueris lacrime tantūdem myrra. p.
℞. ij. croci cerusse lote. aloes singl'. p. ℞. iij. Catinie bo
troitidis elote eris combusti singl'. p. ℞. viij. Cummis
p. ℞. xviij. Acacie suci. p. ℞. xx. stibis tantūdem: quibus
aqua pluuialis adicitur. Preter hec ex frequentissi
mis collyrijs est id quod qdam cythion. quidam a cine
reo colore trephon appellant. amili tragacanthe aca
cie suci. cummis singl'. p. ℞. i. papaueris lacrime. p. ℞.
ij. cerusse elote. p. ℞. viij. que eque ex aqua pluuiali
conteruntur. Euelpides.

EVelpides autē; quia etate nostra maximus fu
it ocularius medicus utebatur eo quod ipse
composuerat phrigodes nominabat. Castorei
p. ℞. ij. Lyci nardi. papaueris lacrime singl'. p. ℞. i.
Croci myrre aloes singl'. p. ℞. iiij. eris combusti. p. ℞.
viij. Catinie et stibis singl'. p. ℞. xij. Acacie suci p. ℞.
xxvi. cummis tantūdem. Quo grauior uero queq;

inflamatio est. eo magis leniri medicamentum debet adiecto uel albo uel muliebri lacte. At si neq; medicus neq; medicamentum

Si quod medicamentum a medico infundendum lacrimum oui aut lac muliebre est.

PRESTO est sepius utrulibet horum in oculum penicillo ad id ipm facto. infusum id malum lenit. Vbi uero aliquis releuatus est. iamq; cursus pituite constitit. reliquias forasse leniores futuras discutiunt balneum et uinum. Igitur lauari debet. et leuiter ante ex oleo perstrictus. diutiusq; in cruribus et feminibus. multaq; calida aqua fouere oculos. deinde per caput prius calida: tum egelida perfundi: a balneo cauere ne quo frigore afflatu ue ledatur. post hac cibo paulo pleniore q̃ ex eorum dierum consuetudine uti: uitatis tamen omnibus pituitam extenuantibus: unum bibere lene subaustre modice uetus: neq; effuse neq; timide: ut neq; crudatas ex eo: et tame somnus fiat. leniantur intus latentia acria: sed si quis in balneo sensit maiorem oculorum perturbationem quam attulerat: qd incidere his solet qui manente adhuc pituite cursu festinarunt q̃ primum descendere: debet nihil eo die uini adsumere: cibi minus etiam q̃ pridie. Deinde cum primum satis pituita subsiduit. iterum ad usum balnei redire. Solet tame euenire non nuq̃ siue tempestatum uicio siue corporis ut pluribus diebus. neq; dolor neq; inflamatio. et minime pituite cursus finiatur. qd ubi incidit iamq; ipa uetustate res matura est. ab hisdem auxilium petendum est id. balneo ac uino. hec n. ut in recentibus malis aliena sunt: quia concitare ea pnt

et accendere: sic in ueteribus que nullis alijs cesserunt. ad modum efficacia esse consuerunt. Videlicet hic quoq; ut alibi cum secunda sana fuerint. Contrarijs adiuuantibus: sed ante tondere ad cutem conuenit. Deinde in balneo aqua calida q̄ plurima caput atq; oculos fouere.

T um utrūq; penicillo detegere et ungere caput irino continereq; in lectulo se: donec omnis calor qui conceptus ē finiatur: desinatq; sudor qui necessarius in capite conlectus est. Tum ad idem cibi uiniq; genus ueniendum sic uti potiones merate sint: obtegendumq; caput et qui escendum. Sepe.n. post hec grauis somnus sepe d sudor. sepe alui deiectio: pituite cursum finit: si leuatum malu; est quod aliquanto sepius fit. per plures dies idem fieri oportet: donec ex toto sanitas restituatur. Si diebus isde; aluus nihil reddit ducenda est quo magis superiores p̄tes leuentur. Non nūq̄ aute; ingens inflamatio tanto impetu erumpit: ut oculos sua sede propellat: proprie.n. malum id quo oculi procidunt. greci appellant proptosin.

H is utiq; si uires patiantur sanguinem mitti. Si id fieri nō potest aluum duci, longioremq; inediam indici necessarium est. Opus autem leuissimis medicamentis est.

I Cleonis collyrium.

IDEOq; cleonis collytio qdam quod ex duobus ante positum est utuntur. Sed optimum est nilei: neq; de ullo magis inter omnes auctores conuenit: id habet nardi indici: papaueris lacrimas. singl. p. x. i. cumis. p. x. i. croci. p. x. ij. foliorum rose recentium. p. x. iiij. que uel aqua pluuiatili uel uino leni subaustero coguntur: neq; alienum est. malicorium uel sertulam campanam ex uino coquere: deinde conterere: aut muram nigram

cum rose foliis miscere: aut hyosciami folia cu oui cocti ui
tello: aut farinam cum acacie suco uel passo uel mulso q
bus si folia quoq; papaueris adiciuntur aliquanto ualen
tiora sunt. Horu aliquo preparato penicillo fouere ocu
los oportet ex aqua calida expresso: in qua ante uel myr
ti uel rose folia decocta sunt. Deinde ex illis aliquid im
poni: preter hec ab occipitio incisa cute: cucurbitula ad
mouenda est. Qd' si per hec restitutus oculus in sedem su
am non est. eodemq; modo prolapsus permanet. Scire o
portet lumen esse amissum.

Oculorum quid fieret excedendu; ut dolor cesset.

Deinde futurum ut aut inarescat is aut in pus uerta
tur: si suppuratio se ostendit ab eo angulo qui tem
pori proprior est incidi oculus debet et effuso pure et infla
matio ac dolor finiatur, et intus tunice resident quomi
nus feda postea facies sit. Vtendum deinde uel hisdem col
lirijs est ex lacte: uel ouo uel croco cui album oui miscea
tur: ac si eduruit et sic emortuus est ne in pus uerteret
quatenus fede prominebit excidendum erit. sic ut ocu
li summa tunica apprehendatur. infra id deinde scalpello
incidat: tum eadem medicamenta erunt coicienda do
nec omnis dolor finiatur hisdem medicamentis in eo quo
q; oculo utendum est, qui primum procidit. deinde per
plura loca fixus est.

De carbunculis oculorum.

SOLENT etia carbunculi ex inflamatione nasci:
non nuq; in ipis oculis: non nuq; in palpebris et in
ipis his oculis: modo ab interiore modo ab exteriore
in hoc casu aliuis ducenda est cibus minuendus. lac potui
dandum: ut acria que leserunt leniantur, quod ad catha
plasmata et medicamenta pertinet. his utendum que

aduersus inflamationes proposita sunt. Atq; hic quoq; nilei collyrium optimū est. Si tamē carbunculus in exteriore palpebre parte est ad cathaplasmata aptissima est. Lini semen ex mulso coctum. aut si id non est tritici farina eodē modo cocta. Pustule quoq; ex inflamationibus interdum oriuntur. Quod si inter initia protinus incidit magis etiā seruanda sunt que de sanguine et quiete suprapositi. Sin serius q̄ ut sanguis mitti possit: aliuis tamen ducenda est. Si id quoq; aliqua res prohibet: uictus quoq; ratio seruanda est.

Menilei collyrium.

Medicamentis autem hic quoq; lenibus opus est: quale nilei quale cleonis est. Phylalitus.

Id quoq; quod phyletos uocatur huic aptum est. myrre papaueris lacrime singl. p. ℞. i. plumbi eloti terre samie que astera uocatur tragachante singl. p. ℞. iiij. stibij cocti amili singl. p. ℞. vi. Spodij eloti cerusse elote singl. p. ℞. viij. que aqua pluuiatili excipiuntur: ut usus collirij uel ex ouo uel ex lacte est. Ex pusulis ulcera interdum fiunt: eaq; recentia: ea que lenibus medicamentis nutrienda sunt et hisdem fere que supra in pusulis posui. Dialibanus.

Fit quoq; proprie ad hec quod diabalsami uocatur habet eris combusti et eloti papaueris lacrime fricte singl. p. ℞. i. spodij eloti turis stibis combusti et eloti myrre cummis singl. p. ℞. ij. Euenit etiā ut oculi uel ambo uel singuli minores fiant q̄ esse naturaliter debeant. Idq; et acer pituite cursus in lippitudine efficit et continuati fletus et ictus parum bene curati. In his quoq; hisdem lenibus medicamentis ex mulieris lacte

utendum est: cibis uero his qui maxime corpus alere et implere consuerunt. Vitandaq; omnimodo causa que lacrimas excitet. Curaq; domesticorum: quorũ etiã si quid tale incidit eius notitie subtrahendũ: atq; acria quo q; medicamenta et acres cibi non alio magis nomine his nocent q̃ quod lacrimas mouent.

De pediculis.

GENVS quoq; uicij est quod inter pilos palpebrarũ pediculi nascuntur: id ptyriasin greci nominant: quod cũ ex mali corporis habitu fiat: raro non ultra procedit sed fere tempore interposito pituite cursus accerrimus sequitur. exulceratisq; uehementer oculis: aciem quo q; ipsam corrumpit. his alui ducenda: caput ad cutem tondendum. diuq; quotidie ieiunis perfricandum: his ambulationibus. alijsq; exercitationibus diligenter utendum. gargarizandumq; ex mulso in quo nepeta et pinguis ficus decocta est: sepe in balneo multa calida aqua fouendum caput. uitandi acres cibi: lacte uinoq; pinguiu utendum bibendumq; liberaliusq̃ edendum est. Medicamenta uero intus qdem lenia danda sunt: ne acriorem pituita concitent: superq; ipos pediculos uero alia que necare eos et prohibere ne similes nascantur possint ad ipsum spume nitri. p. x. i. sandarace. p. x. i. uue tymine. p. x. i. simul teruntur adiciturq; uetus oleum pari portione atq; acetum donec mellis et crassitudo sit. hactenus oculorum morbi: lenibus medicamentis nutriuntur. Genera deinde alia sunt que diuersam curationem desiderant fere q; ex inflamationibus nata sunt. Sed finitis quoq; his manentia: atq; in primis in quibusdam perseuerant tenuis pituite cursus quibus alui ab inferiore parte euo

canda est. demendum aliquid ex cibo: neq; alienum est li
niri frontem compositione andree que habet cuminis p.
x. i. cerusse stibis singl. p. x. ij. spume argenti cocte et e
lote p. x. iiij. sed et ea spuma ex aqua pluuiali coquitur et
arida hec medicamenta ex suco murti conteruntur. his in
lita fronte: cathaplasma quoq; super iniciendum est. ex fa
rina que frigida aqua cocta sit: cuiq; aut acacie sucus aut
cupressus adiecta sit. Cucurbitula quoq; inciso uertice rec
te accomodatur: aut ex temporibus sanguis emittitur. In
ungui uero eo debet quod habet squame eris papaueris la
crime singl. p. x. i. ceruini cornus combusti et eloti: plumbi
eloti cuminis singl. p. x. iiij. turris p. x. xij. hoc collyrium qa
cornum habet diacuceratos nominatur.

Diacuceratis.

Quotienscuq; non adicio quod genus humoris adici
endum sit aquam intelligi uolo. Ad idem euelpides
quod memigmenon nominabat. in eo papaueris lacrime et
albi piperis singule uncie sunt. Cummis libra eris combusti
p. x. i. s. Inter has autē curationes post intermissionem a
liquam: prosunt balneum et uinum. Cumq; omnibus lippien
tibus uitandi cibi qui extenuant: tum precipue quibus te
nuis humor diu fertur. Quod si iam fastidium est eorū que
pituitam crassiorem reddunt. sicut in hoc genere mate
rie maxime promptum est: confugiendum est ad ea que
quia uentrem corpus quoq; adstringunt. At ulcera si cū
inflamatione finita non sunt: aut supercrescentia. aut
sordida: aut caua aut certe uetera esse consuerunt: ex
his crescentia collyrio.

Memigmenon.

Quod memigmenon uocatur: optime reprimuntur.
Sordida purgantur. et eodem et eo quod zanlion no

minatur. habet eruginis. p. ℞. iiij. cummis tantūdem. ham
moniaci minri sinopidi singl'. p. ℞. xvi. que quidam ex a
qua: quidam quo uehementiora sint ex aceto teruntur.

Chiron euelpides.

ID quoq; euelpides quod pyrshona appellabat huic
utile est croci ponderis ℞. i. papaueris lacrime cum
mi singl'. p. ℞. ii aeris combusti et eloti mirre singl'. p. ℞. iiij.
piperis albi. p. ℞. vj. sed ante linitum hoc unguendum est.
Id quoq; eiusdem. Spherion.

QVOD spherion nominabat eodem ualet lapidis hema
titis eloti. p. ℞. 15. piperis grana sex. catinie elote: mur
re papaueris lacrime singulorū. p. ℞. iiij. croci. p. ℞.
iiij. cummis. p. ℞. viij. que cum uino amineo conteruntur.
Liquidum quoq; medicamentum ad idem componebat. in
quo erant hec eruginis. p. ℞. i. mysi combusti attramenti suto
rij cinamomi. singulos. p. ℞. iij. Croci nardi papaueris lacri
me singl'. p. ℞. iiij. piperis grana ℞. v. hec ex uino austero
teruntur. Deinde cum passi tribus heminis decoquuntur do
nec corpus unum sit idq; medicamentū uetustate effica
tius fit. Caua uero ulcera. Cōmodissime implent ex his que
suprapposita sunt. Philaletus. Spherion uetustis uulneribus.

SPherion et id quod philadelphos uocatur. Idem sphe
rion uetustis uulneribus et ui. v. ad cicatricem ueni
entibus optim succurrit. futura.

Nomen auctoris hermon qui conscripsit ab ulceribus pro

EST etiam conlyrion quod cum ad plura refertur ad
hermonem auctorem. habet piperis longi. p. ℞. 12.
albi. p. ℞. Cinamomi costi. singl'. p. ℞. attramenti su
torij. nardi cassie castorei. singl'. p. ℞. ij. galle. p. ℞. v. croci
turis. lycij cerusse singl'. p. ℞. viij. papaueris lacrime. p. ℞.

xij. aloes eris combusti catinie singl. p. ℥. xvi. acacie stri
bis. cummi singl. p. ℥. xxv. facte uero ex ulceribus ci
catrices duobus uicys periclitantur. ne aut caue aut cr
asse sint. Asclepij confectio.

SI caue sint potest eas implere id quod spherion uo
cari dixi. uel id quod asclipias nominatur. habe
at ea papaueris lacrime. p. ℥. ij ℈. sagapeni opopanacis
singl. p. ℥. iij. eruginis. p. ℥. iiij. Cummi. p. ℥. viij. piperis
p. ℥. xij. catinie elote cerusse singl. p. ℥. xvi.

ANomen confectionis zmilon uel canopice.
T si crasse cicatrices sunt extenuat uel zmili
on uel canopice collyrium quod habet cinamomi
cassie singl. p. ℥. i. catinie elote croci myrre papaueris
lacrime. cummi singl. p. ℥. ij. piperis albi turis singulorum
p. ℥. iiij. eris combusti. p. ℥. viij. aqua pluuiatilis uel euel
pidis. pixissum quod ex his constat. salis fossilis. p. ℥. iiij.
hammoniaci timiamatis. p. ℥. viij. papaueris lacrime. p.
℥. xij. cerusse. p. ℥. xvi. piperis albi croci siculi singl. p.
℥. xxxi. cummi. p. ℥. xiij. catinie elote. p. ℥. viij. maxi
me tame tollere cicatricem uidetur id quod habet cu
mi. p. ℥. zij. eruginis. p. ℥. i. croci maginatis. p. ℥. iij.

Est etia genus inflamationis in qua si cui tument ac diste
duntur cum dolore oculi. sanguinem ex fronte emitti
necessarium est. Multaq; aqua calida caput atq; oculos
fouere. Gargarizari ex lenticula uel ex fici cremore
inungui acribus medicamentis que supra comprehen
sa sunt. maximeq; eo quod sperion nominatur quod la
pidem hematitem habet. atq; alia quoq; utilia sunt que
ad extenuendam aspritudinem fiunt. de qua protinus
dicam. hanc autem inflamatio oculorum fere sequitur.

Interdum maior. interdum lenior. non nūq̄ etiam ex aspri
tudine lippitudo fit: deinde aspritudinem ipam auget
fitq; ea in alijs breuis in alijs longa. et que uix unq̄ finia
tur in hoc genere ualetudinis: qdam erasas durasq; palpe
bras et ficulneo folio et asperato specillo et interdū sca
pello eradunt: uersasq; medicamentis suffricant: que ne
q; nisi in magna uetustaq; aspritudine. neq; sepe facien
da sunt. Nam melius eodē ratione uictus et idoneis me
dicamentis peruenitur. Ergo exercitationibus utemur
et balneo frequentiore: multaq; oculos aqua calida foue
bimus. cibo autem sumemus acres et extenuantes.

Cesarianum medicamentum.

AT medicamentū id quod cesarianum uocatur habet
attramenti sutorij. p. ℞. i. nisi. p. ℞. i. piperis albi. p.
℞. v. papaueris lactime. cummis. p. ℞. ii. catinie lote. p. ℞.
iiij stibis. p. ℞. vi. satisq; constat hoc collyrium aduersus om
ne genus oculorū ualetudinis idoneum esse. exceptis his que
lenibus nutriuntur: id quoq; quod hieracis nominatur ad aspri
tudinem potest. habet myrre. p. ℞. i. hammoniaci thimia
matis. p. ℞. ii. eruginis rase. p. ℞. iiij. aqua pluuiatili: ad idē
idoneum est etiam id quod canopites est.

Phixinum.

ET quod zmilon uocatur et id quod spherion. Si co
posita medicamenta non adsunt. felle caprino ul
q̄ optimo satis melle cōmode aspritudo curatur.
Est etiā genus aride lippitudinis xyroptalian greci appellāt
neq; tument neq; fluunt oculi sed rubent tantū: et cū dolore
quodam grauescunt: et noctu fere leui pituita inherescunt
quantoq; minor generis huius impetus: tanto finis minus ex
peditus est. In hoc uicio multum exerceri lauari sepe. ibiq;
desudare multaq; frictione uti necessarium est. cibi qui ne

q; implent. neq; nimium acres apti sunt. sed inter hos medy
mane ubi concoxisse manifestum est non alienum est ex si
nape gargarizari: tum deinde caput atq; os diucius defri
care. Collyrium uero aptissimum est quod rhinion uocatur,
habet myrre. p. ℞. i. papaueris lactime acacie suci piperis
cummi singl'. p. ℞. i. lapidis scissilis. singl'. p. ℞. ij. eris combu
sti. p. iiij. ac pixinum quoq; eodem accomodatum est. Si sca
bri oculi sunt quod maxime in angulis esse consueuit. potest
prodesse militare id quod habet eruginis rase piperis lon
gi, papaueris lactime. singl'. p. ℞. iiij. catinie lote cerusse sin
gl'. p. ℞. iiij. Nullum tamē melius est q̄ euelpidis quod basi
licon nominabat. habet papaueris lactime cerusse lapidis
asu. singl'. p. ℞. ij. Cummi. p. xiij. piperis albi. p. ℞. iiij. croci
p. ℞. vj. psorici. p. ℞. xiij. Nulla autē per se materia est
que psoricon nominetur: sed calchiditis aliquid et catinie
dimidio plus ex aceto simul conteruntur. idq; in uas fictile
additum et contectum ficulneis folijs sub terra reponitur
sublatumq; post dies uiginti rursus teritur et sic appellat.

Verum in basilico quoq; collyrio conuenit. ad omnes affectus
oculorum esse idoneum qui non lenibus medicamentis cura
tur. Vbi non sunt autem medicamenta composita.

Super aridam lippitudinem panem ex uino confectum rhi
phon dixit.

Scabros angulos leuant et mel et uinum. succurrit
q; et his et aride lippitudini. si quis panem ex ui
no subactum super oculum imponit. Nam cū fere sit hu
mor aliquis qui modo ipm oculum modo angulos aut pal
pebras exasperat: sic et si quid prodit humoris extrahitur
et si quid iuxta est repellitur. Caligare uero oculi non nū
q̄ ex lippitudine non nūq̄ etiā sine hac propter senectutē

imbecillitatem ue aliam consuerunt. Si ex reliquis lippitudineis id uicium est. Asclepius ad caliginem.

ADiuuat collyrium quod asclepias nominatur. adiuuat id quod ex croco maginate fit. proprie etiam ad id componitur. Diacrocon.

QVOD diacrocon uocant: habet piperis grana p. x. i. croci cilicis. papaueris lacrime cerusse singl. p. x. ij. psorici cummis singl. p. x. iiij. Ac si ex senectute alia ue imbecillitate idest recte inungui potest: et melle q̄ optimo et ciprino et oleo uetere cōmodissimum tamen est balsami ptem unam et olei ueteris aut ciprij partes duas: mellis q̄ acerrimi partes tres miscere. Vtilia huic quoq; medicamenta sunt: queq; ad caliginem proxime: queq; ad extenuandas cicatrices supra comprehensa sunt. Cuicūq; uero oculi caligabunt. huic opus erit multa ambulatione atq; exercitatione. frequenti balneo ubi qdem totum corpus perfricandum est. precipue tamen caput et qdem irino donec insudet uelandumq; postea nec detergendum anteq̄ sudor et calor domi conquieuerit. tum cibis utendum acribus et extenuantibus: interpositisq; aliquibus diebus ex sinape gargarizandum. Suffuso quoq; quam greci hypochysim nominant: interdum oculi potentie qua cernit se opponit: quod si inueterauit manu curandum est inter inicia: nō nūq̄ certis obseruationibus discutitur. Sanguinem ex fronte uel naribus mittere: in temporibus uenas adurere: gargarizando pituitam euocare. suffumigare oculos acribus medicamentis inunguere expedit uictus optimus est qui pituitam extenuat. Ac ne resolutio qdem oculorum quā paralisim greci nominant. Alio uictus modo uel alijs medicamentis curanda est. Exposuisse tantū genus uicij satis est. Igitur interdum euenit modo in altero oculo mo-

do in utroq; : aut ex ictu aliquo : aut ex morbo comiciali, aut ex distentione neruoru : qua uehementer oculus ipe concussus est : ut is quoq; neq; intendi possit : nec omnino consistat : sed huc illucue sine ratione moueatur : ideoq; nec conspectum qdem prestet. Non multum ab hoc malo distat id quod mydriasin greci uocant : pupilla effunditur et dilatatur : aciesq; eius hebescit ac pene difficillime genus id imbecillitatis eliditur. In utraq; uero id est et paralisi et mydriasi pugnandum est per eadem omnia : que in caligine oculorum precepta sunt. paucis tantu mutatis : si qdem ad caput irino. interdum acetum. interdum nitru adiciendum est : melle inungui satis est. Quidam in posteriore uicio calidis aquis usi releuatiq; . qdam sine ulla manifesta causa subito obcecati sunt. Ex quibus non nulli cum aliq̄diu nihil uidissent repentina profusione alui lumen receperunt. Quominus alienum uideretur recenti re et interposito tempore : medicamentis quoq; moliri deiectiones : que omnem noxiam materiam in inferiora depellat.

P reter hec imbecillitas oculoru est. et qdam interdiu satis noctu nihil cernunt : quod in feminam bene respondentibus menstruis non cadit. Sed sic laborantes inungui debet humore iocineris maxime hircini : sin minus caprini. ubi id assum coquitur excepto atq; hedi quoq; ipm iecur debet. Licet tn etiam hisdem medicamentis non inutiliter uti : que uel cicatrices uel aspritudinem extenuant. quidam contrito semine portulace mel adiciunt. Catenus ne id ex specillo distillet : eoq; inungunt exercitationibus balneo frictionib; gargarizationibus hisdem his quoq; utēdum e.

Ad caliginem nocturnam.

ET hec qdem in ipis corporibus oriuntur : extrinsecus

uero interdum si ictus oculum ledit, ut sanguis in eo suffunda-
tur: nihil cōmodius est q̄ sanguine uel columbe uel palum
bi uel hirundinis inunguere. Neq; id sine causa fit. cum
horū acies extrinsecus lesa interposito tempore in antiquū
statum redeat. Celeberrimeq; hirundinis. Vnde et locus
fabule factus est: aut per parentes aut id herba restitui
quod per se sanescit. Eorū ergo sanguis nostros quoq; ocu
los ab externo casu cōmodissime tuetur: hoc ordine ut
fit hirūdinis optimus. Deinde palumbi minime efficax co
lumbe et illi ipi et nobis. supra percussum uero oculū ad in
flamatione leniendam: non est alienum imponere etiam
cathaplasma. sal hammoniacus uel quilibet alius q̄ optim⁹
teri debet sicuti paulatim oleum adiciatur: donec crassitudo
strigmenti fiat. id deinde miscendum est cū ordeacea fari
na que ex mulso decocta sit. facile aūt recognitis omibus
que medici quoq; prodiderunt apparere cuilibet. uix ullum
ex his que supra cōprehensa sunt oculi uicium esse qd̄ nō
simplicibus quoq; et promptis remedijs sūmoueri possit.

HHinc aurium cura querenda.:-

Actenus in oculis ea reperiunt. in q̄bus medicamē
ta plurimū possint. Ideoq; ad aures transeūdum
est quarum usum proximū aluminibus natura nobis dedit
sed in his aliqn̄ maius periculum est. Nam uitia oculorum
intra ipos nocent. Auriū inflamationes doloresq; inter
dum etiā ad dementiam mortēq; precipitant: quo magis
inter initia protinus succurrendum est ne maiori pericu
lo locus sit. Ergo tibi primū dolorem aliquis sensit ab
stinere et continere se debet. postero die si uehementi⁹
malum est: caput tondere idq; hirino unguento calido
perungere et operire. At magnus cū febre uigiliaq; do

lor exigit ut sanguis quoq; mittatur. Si id alique cause p
hibent: aluus soluenda est. Cathaplasmata quoq; calida sub
inde mutata proficiunt: siue feni greci siue lini siue alia
farina ex mulso decocta est: recte etiā subinde admoue
tur. spongie ex aqua calida expresse tum leuato dolore
ceratum circūdari debet ex hirino ac cyprino factum. In
quibus tamē melius quod ex rosa factum est proficit.
Si uehemens inflamatio somnū ex toto prohibet adici
cathaplasmata debent: papaueris corticis fricti atq; cō
triti: sicut ex his pars dimidia sit: eaq; tum simul ex passo
mixto decoquatur. ... Omnia medicamenta auri
bus strigile instillanda.

IN aurem uero infundere aliquod medicamentū
oportet: sed semper ante tepefieri conuenit. Com
modissimeq; per stigilem instillatur. ubi auris repleta e
sup lana mollis addenda est: que humorem intus contine
at. et hec qdem cōmunia sunt. Medicamentū uero est: et ro
se et radicum harundinis sucus: et oleum in quo lumbrici coc
ti sunt: et humor ex amaris nucibus. aut ex nucleo mali per
sici expressus. Composita uero ad inflamationem dolorem q;
leniendum hec fere sunt. Castorei papaueris lacrime por
tiones conteruntur. Deinde adicitur his passum uel papaue
ris lacrime croci murre par modus. sic teritur ut inuicem
modo rasa modo passum instilletur: uel id quod amarum
in egyptia faba est conteritur rosa adiecta cibus mirre
quoq; paulum a quibusdam miscetur uel papaueris lacrime
aut ius cū muliebri lacte: uel amarum nucleum cū rose
suco uel castorei myrre. papaueris lacrime pares portio
nes cū passo: uel croci p. x. i. murre aluminis scissilis sin
gl. p. x. i. quibus dum teruntur paulatim miscentur passi

cyathi tres: mellis minus cyatho. idq; ex primis medicamentis est: uel papaueris lacrime ex aceto. Licet etiā compositione uti themisionis que habet castorei opopanacis, papaueris lacrime ex aceto singl' p. ℞. ij. spume lyci p. ℞. iiij. qua contrita passo excipiuntur donec ceroti crassitudinē habeant: atq; ita reponuntur ubi usus requiritur. Rursus idem medicamentum adiecto passo specillo teritur illud perpetuum est quotienscūq; crassius medicamentū est: q̄ ut in aurem instillari possit: adiciendum eu humorem ex q° id componi debet: donec satis liquidum sit.

Si aures pus habent.

SI uero pus quoq; aures habent recte lycium per se infunditur: aut hirinum unguentum: aut porri sucus cū melle: aut centaurie sucus cū passo: aut dulcis punici mali sucus in ipius cortice tepefactus adiecte murre exigua parte. Recte etiā miscentur murre quam stacten uocant p. ℞. i. Croci tantūdem nuces amare xxv. mellis ses cyathus que contrita cum utendum est in cortice punici mali sepe fiant.

Que ulcera oris curant etiam auribus prosunt.

EA quoq; medicamenta que oris exulcerati causa componuntur eque ulcera aurium sanant.

Erasistrati.

QVE si uetustiora sunt et multa sanies fluit apta cōpositio est. Que ad auctorem Erasistratum refertur piperis p. ℞. i. croci p. ℞. i. murre mysi cocti singl' p. ℞. ij. eris combusti p. ℞. ij. hec ex uino teruntur. deinde ubi maruerunt adiciuntur passi hemine tres et simul coquuntur. Cum utendum est adicitur his mel et uinum.

Ptholomei chirurgici.

EST etiā ptholomei chirurgici medicamentū: quod

habet lentisci p. x. i. galle p. x. i. omphaci p. x. i. sucum pu
nica mali. . . Menophili ualidum

EST menophili ualidum ad modum quod ex his co
stat. piperis longi p. x. i. castorei p. x. iij. murre
croci papaueris lactime nardi siriaci turis malicorij. ex
egyptia faba partis interioris nucum amararu mellis q
optimi singl. p. x. iij. Quibus dum teruntur adicitur
acetum q acerrimu donec crassitudo in his passi fiat.
Est cratonis cinnamomi: cassie singl. p. x. i. lyci nardi
murre singl. p. x. i. aloes p. x. ij. mellis cyathi tres u
ni sextarium. Ex quibus unu ciu; licio decoquitur. de
de his alia miscentur. Ar si multu puris maliusq; odor
est: eruginis rase turis singl. p. x. ij. mellis cyathi duos
aceti iiij. simul incoquuntur. Vbi utendum est dulce u
num miscetur. aur aluminis scissilis papaueris lactime
acacie suci par pondus miscetur. hisq; adicitur hyoscya
mi suci dimidio minor q unius ex superioribus portio
eaq; trita ex uino diluuntur per se quoq; hyosciami su
cus satis proficit. Comune aero auxilium aduersus
omnes aurium casus iamq; usu comprobatum asclepi
ades composuit in eo sunt cinnamomi cassie singl. p.
x. i. flores iunci rotundi castorei piperis longi amomi
mirabolani. singl. scripl. ii. turis masculi nardi syriaci
murre pigius croci spume nitri. singl. p. x. iij. que sepa
tim contrita: rursus mixta ex aceto conteruntur. ar
q; ita condita. ubi utendum est aceto diluuntur. Code;
modo comune auxilium auribus laborantibus est
polybij phagis ex dulci uino liquata: que compositio
priore libello continetur. Qd si et sanies profluit et
tumor est non alienum est mixto uino per oriculariu;

clisterem eluere: et tum infundere uinum austerum cū rosa mixtum cui spodij paulū sit adiectum: aut lycium cū lacte: aut herbe sanguinalis sucum cū rosa: aut mali punici sucum cū exigua parte murre. Si sordida quoq; ulcera sunt: melius mulso eluuntur. et tum aliquid ex his que supra scripta sunt. cū mellis habeat infunditur. Si magis pus profluit: et caput undiq; condendū est et multa aqua perfundendū et gargarizandum et usq; ad lassitudinem ambulandū et cibo modico utendum est. Si cruor quoq; ex ulceribus apparuit. Lyciū cū lacte debet infundi uel aqua rosa decocta sit. suco aut herbe sanguinalis aut acacie adiecto. Qd' si sup ulcera caro increuit: eaq; mali odoris saniem fundit aqua tepida elui debet: tum infundi id quod ex ture et erugine et aceto et melle fit: aut mel cū erugine incoctum. Squama quoq; eris cū sandaraca contrita per fistulam recte instillatur. ... Si uero uermes in aures sunt. :-

VBI uero uermes orti sunt. si iuxta sunt protrahendi oriculario specillo sunt. Si longius medicamentis enecandi cauendūq; ne postea nascantur ad utrūq; proficit album ueratrum cū aceto contritū elui. quoq; aurem oportet uino in quo marrubium decoctum est. Siue mortui sub his uermis in prima auris partem conuocabuntur prolabuntur unde educi facillime pnt.

Si quando aures clause sordibus dolorem intus tenent mel optimum coctum in aurem mittendum. :-

SI in foramen auris compressum est: et intus crassa sanies subest mel q̄ optimū proficit: mellis cyatho et dimidio. eruginis rase. p. ℞. ij. audiciendū est incoquendumq; et eo utendum iris quoq; cū melle

idem proficit mellis rose scrip. ij. Item galbani p. x. ij. mur
re cu melle et fellis taurini singl. p. p. zz. x. ij. uini quan
tum satis est ad murram diluenda.

Vsi aliquis grauius audire ceperit.

VBI uero grauius aliquis audire cepit, quod maxie
post longos capitis dolores euenire consueuit. in
primis aurem ipam considerare oportet. Apparebit n. aut
crusta qualis super ulcera innascitur aut sordibus coitus.
Si crusta est infundendu; est oleum aut calidum aut cu;
melle. erugo uel porri succus: atq; ubi crusta a corpore ia
recedit eluenda auris aqua tepida est quo facilius ea
per se diluta oriculario specillo protrahatur. Si sordes
eque molles sunt: eode; specillo eximende sunt. At si du
re sunt acetum et cu eo nitri paululu; coiciendu; est. Cu
q; emollite sunt. eode; modo elui aurem purgariq; oportet.
Quod si capitis grauitas manet ad tondendum idem et le
niter: sed diu perfricandum est adiecto uel irino uel lau
reno oleo: sicut utrolibet paulum aceti misceantur: tum
diu ambulandum leniterq; post unctionem aqua calida ca
put fouendum. Cibisq; utendum ex imbecillissima et me
dia materia: magisq; assumende dilute potiones non nuq
gargarizandum est. Infundendum aute in aurem castore
um cu aceto et laurino oleo et suco radicule corticis aut
cucumeris agrestis sucus: adiectis contrite rose folijs. Im
mature quoq; uue sucus cum rosa instillatus aduersus sor
ditatem satis proficit. Aliud uicij genus est ubi aures in
ter se ipe sonant: atq; hoc quoq; fit ne externum sonum
accipiant. lenissimu est ubi id grauedine peius est ubi
ex morbo uel capitis longis doloribus incidit. pessimu ubi
et magnis morbis uenientibus maximeq; comiciali pro

uenit. Si ex grauedine est: purgare aurem oportet et spiritum continere: donec inde humor aliquis expumet. Si ex morbo uel capitis dolore: quod ad exercitationem frictionem, perfusionem, gargarizationeq; pertinet eadem facienda sunt. Cibis non utendum nisi extenuantibus in aurem dandus radicule succus cum rosa uel cum succo radicis ex cucumere agresti uel castoreum ex aceto et laurino oleo: uerattrum quoq; cū aceto conteritur. deinde melle cocto excipitur: et inde collyrium factum in aurem demittitur. Si sine his cepit ideoq; nouo metu terret in aurem dari debet castoreum cū aceto uel irino, aut ex laureo oleo: aut huic mixtum castoreum cū succo nucum amararū. aut mura aut nitrum cum rosa et acetum. Plus tamē in hoc quoq; proficit iuctus ratio: eademq; facienda sunt que supra comprehendi cū maiore quoq; diligentia: et preterea donec is sonus finiatur a uino abstinendum.

Si sonus cum inflāmatione est.

QVOD si simul et sonus et inflamatio laureum oleū coniecisse habunde est. aut id quod ex amaris nucibus exprimitur: ex quibus quidam uel castoreum uel mura miscent.

Si in aurem aliquid ceciderit.

SOLET etiam interdum in aure aliquid incidere: ut calculus aliquod ue animal.

Si pulex insiluerit in aurem.

SI pulex intus est compellendum eo lane paululum est: quas ipse is subit et simul extrahitur. Si non est secutus aliud ue animal est specillum lana inuolutum in resinam q̄ glutinosissima: maxime therebintina demittendum: idq; in aurem coiciendum ibiq; reuertendum est. Vtiq; n. comprehendet et eximet. Sin aliquid exami

ne est. specillo oriculario protrahendus est: aut amulo re-
tuso paulum recuruato. Si ista nihil proficiunt, potest
eodem modo resina protrahi. Sternutamenta quoque admo
ta id cōmode elidunt: aut oriculario clistere aqua uehe
menter intus compulsa. Tabula quoque conlocatur media
inherens capitibus utrūque pendentibus, superque eam ho
mo deligatur in id latus uersus cuius auris eo modo la
borat sicut extra tabulam emineat. Tum manlio caput
tabule quod a pedibus est feritur atque ita concussa au
re id quod inest excidit. Nares uero intus exulcera-
tas, fouere oportet uapore aque calide idest spongia
expressa atque admota. fit et subiecto uase oris angusti
calida aqua repleto. post id fomentū inlinienda ulcera
sunt: aut plumbi recremento: aut cerussa: aut argenti
spuma cum quolibet horū aliquis conterit. eique dum
teritur inuicem uinum et oleum murteum adicit do-
nec mellis crassitudinem faciat. sin autem ea ulcera cir-
ca nares sunt plures ue cruste et odorem fedum habēt
quod genus greci ozenam appellant: sciri qdem debet
uix ei malo posse succurri: nihilominus tamē hec tem
perari possunt: ut caput ad cutem tondeatur. assidueque
uehementer perfricetur. multa calida aqua perfunda
tur multa eidem habitatio sit, cibus modicus. neque acer
neque ualentissimus. Tum in narem ipam mel cum exiguo
modo resine therebintine coiciatur. quod specillo quoque
inuoluto lana fit attrahaturque spiritu is sucus donec in
ore gustus eius sentiatur. Sub n. his cruste resoluun-
tur. que totū per sternutamenta elidi debent: puris
ulceribus uapor aque calide subiciendus est. Deinde
adhibendum aut lycium ex uino dilutum: aut amurca

aut omphacium : aut mente aut marrubij sucus : aut attra
mentū sutorium : quod candens factum, deinde contri
tum sit : aut interior scylle pars contrita : sicut horū cuili
bet mel adiciatur : cuius in ceteris ad modum exigua ps
esse debet in attramento sutorio tanta : ut ea mixtura li
quida sit. cū scylla utiq; pars maior : inuoluendumq; lana
specillum est : et in eo medicamento intinguendum : eoq;
ulcera implenda sunt : rursusq; liniamentū inuolutum
et oblongum. Eo medicamento inliniendum : remittendū
q; in nares, et ab inferiore parte leniter deligandū. Idq;
per hyemem et uer bis in die. per estatem et autumnum
ter die fieri debet. Interdum uero in naribus etiā carun
cule quedaꝫ similes mulieribus mammis nascuntur eque
in imis partibus que carnosissime sunt inherent. Has cu
rare oportet medicamentis adurentibus sub quibus ex to
to consumūtur. Polypus uero est caruncula : modo alba,
modo subrubra que narium ossi inheret : et modo ad labra
pendens narem implet : modo retro per id foramen quos
spiritus a naribus ad fauces descendit, adeo increscit
uti post uuam conspici possit. strangulatq; hominē maxīe
austro aut euro flante. fereq; mollis est raro dura eaq;
magis spiritum impedit : et nares dilatat. que fere car
cinodes est. Itaq; attingi non debet. illud aliud genus fe
re qdem ferro curatur, interdū tamē inarescit. Si ad
dita in narem per liniamentū, aut penicillum ea compo
sitio est, que habet uini sinopici calchidis calcis sandara
ce. singl. p. p. i. p. ℞. i. attramenti sutorij. p. ℞. ij. In denti
um cura querendus. Experimentum agrestium co
gnitum remedium ad dolorem dentium.

IN dentium quoq; dolore qui ipē quoq; pro maximis

tormentis adnumerari potest: unu ex toto circucidendum
est: a cibo quoq; primo abstinendum. deinde eo modico molli
q; utendum. ne madentes dentes irriter. tum extrinsecus
admouendus per spongeam uapor aque calide: imponendu
q; ceratum et cyprino uel hirino factum. lanaq; id comp
hendendum: caputq; uelandum est. Quod si grauior his do
lor est utiliter et aliuus ducitur. et calida cathaplasmata
super maxillam miciuntur: et ore humor calidus cu; me
dicamentis aliquibus continetur. sepiusq; mutatur. ciuus
rei causa et qnq; folij radix in uino mixto coquitur: et hyo
sciami radix in posta uel uino sicut paulum his salis adicia
tur: et papaueris non nimiu aridi corticis et mandragore
radix eode; modo. Sed in his tribus utiq; uitandum est ne
quod haustum ciue deuoretur. Ex populo quoq; alba cortex
radicis in hunc usum in uino mixto recte coquitur: et in
aceto cornu ceruinu rasum et nepeta cū teda pingui ac fi
cus pinguis: uel in mulso uel in aceto et melle. Ex quibus
dum ficus discocta est: is humor percolatur. Specillum quo
q; lana inuolutum in calidum oleum demittitur: eoq; ipso
dens fouetur. Quinetiā queda; quas cathaplasmata in dentem
ipm inliniuntur. ad quem usum ex malo punico acido atq; a
rido malocorij pars interior cū pari portione ex galle et pi
nei corticis conteritur: misceturq; his minium. eaq; contri
ta aqua pluuiatili coquuntur aut panacis papaueris lacrime
pendani uue uiminie sine seminibus pares portiones con
teruntur. aut galbani partes tres papaueris lacrime pars
quarta quicquid dentibus admotum est: nihilomi nus supra
maxillas ceratum quale supraposiu esse debet lana obtectu.
Quidam etiā murre cardamomi singl. p. x. i. croci piretri
ficorum partes singl. p. x. iij. sinapis. p. x. viij. contrita lin

teolo inliniunt imponuntq; in humero partis eius qua dens dolet. Si is superior est a scapulis. si interior a pectore: idq; dolorem leuat: et cum leuauit protinus sumo utendum est.

Si dens exesus est.

SI uero exesus est dens festinare ad eximendum eum nisi res coegit. non est necesse. sed cū omnibus fomentis que supra posita sunt adiciende queda; ualentiores cōpositiones sunt que dolorem leuant qualis fere est habet at papaueris lacrime. p. ℞. i. piperis. p. ℞. v. psoreos. p. ℞. x. que contrita galbano excipiuntur. idq; circūdatur aut mene machi maxime ad maxillares dentes: in qua sunt ceroci p. ℞. i. cardamomi. turis fuliginis ficorum partes piretri. singl'. p. ℞. iiij. sinapis p. ℞. viij. qdam autē immiscent piretri piperis elateris singulorū p. ℞. i. aluminis scissilis papaueris lacrime uue timinie: sulphuris ignem non experti: bituminis lauri bacharum sinapis singl'. p. ℞. ij. quod si dolor eximi eum coegit: et piperis semen e cortice liberatum: et eodem modo baca hedere coniecta in id foramen dentem findit isq; per testas excidet, et plani piscis quam pastinacam nostri. trigona greci uocant aculeus torretur: deinde conteritur: resinaq; excipitur que denti circūdata hunc soluit et alumen scissile in id foramen coniectum dentem citat. Sed id tamē inuolutum. lanula demitti cōmodius est: qa sic dente seruato dolorem leuat. hec a medicis accepta sunt. Sed agrestium experimentu cognitum est cum dens dolet: herbam mentastrum cū suis radicibus uelli debere: et in peluem coici supraq; aqua infundi collocariq; iuxta sedentem hominem undiq; ueste contectum tum in peluem candentes silices dimitti sicut aqua teguntur hoīemq; eum hiante ore uaporem excipere, ut supra dcm

est undiq; inclusum. Nam et sudor plurimus sequitur et per os continens pituita defluit. idq; sepe longiorem semper annuam ualetudinem representat.

Faucium cura hinc querenda.

SI uero tossile sine exulceratione per inflamatio nem intumuerunt caput uelandum est extrinse cus. is locus uapore calido fouendus multa ambulatione utendum: caput in lecto sublime habendum. gargariza dumq; est ex reprimentibus. radix quoq; eam quam dul cem appellant contusa et passo mulsoue decocto idem prestat. leniterq; quibusdam medicamentis eas inlini non alienum est que hoc modo fiunt: ex malo punico dulci sucus reprimitur eius sextarius. in leni igne coqui tur. donec ei mellis crassitudo sit: tum croci murre a luminis. scissilis singl. ℘ ℵ. ij. per se conteruntur: pau latimq; his adiciuntur uini lenis cyathi duo. mellis unus. dein priori suco ista miscentur et rursus leniter incoquu tur: aut eiusdem suci sextarius eodem modo coquitur: at q; eadem ratione trita ei adiciunt hec nardi. ℘. ℵ. ∿ om phaci. ℘. ℵ. i. cinnamo murre cassie singl. ℘. ℵ. i. Eadem autem hec et auribus et naribus purulentis accomodata sunt: cibus quoq; in hac ualetudine lenis esse debet ne exasperet: qd si tanta inflamatio est ut spiritum im pediat in lecto conquiescendum a cibo abstinendum: ne q; assumendum quicq̄ calidum est: aluus quoq; duce da gargarizandum ex fico et mulso. inliniendum mel cū omphacio intrinsecus admouendus: sed aliquanto diutius uapor aque calide donec ea superent et perse aperiantur. Si pure substante nō rumpuntur. hi tumo res incidendi sunt. deinde ex mulso calido gargarizā

dum ex fico. Ac si modicus qdem tumor et exulceratio
est furfurum cremori ad gargarizandum ex fico pau
lum mellis adiciendum est. inliniendumq; ulcera hoc me
dicamento. passi q̄ dulcissimi tres hemine ad unam de
coquantur: tum adicitur turis p. ℞. i. alu p. ℞. i. croci mur
re singl. p. ℞. i. leniterq; omnia rursus ferueſcunt: ut
plurima ulcera sunt eodem furfurum cremore uel lac
te gargarizandum est: atq; hic quoq; cibis lenibus op
est quibus adici dulce uinum potest.

De oris ulceribus.

Vlcera autem oris si cum inflamatione sunt: et
parum pura atq; rubicunda sunt. optime his me
dicamentis curantur: que supra posita ex malis punicis
fiunt. Continendusq; sepe ore reprimens cremor est:
cui paulum mellis sit adiectum. Vtendum ambulati
onibus et non acri cibo simil atq; uero pura ulcera esse
ceperunt. lenis humor interdum etiam q̄ optima aqua
ore continenda est. Prodesteq; adsumptu pirum mitiū
pleniorq; cibus dum acribus uacet: inspgiq; ulcera de
bent alumine scissili cui dimidio plus galle immature
sit adiectum. Si iam crustas habent quales in adustis
esse consuerunt adhibende compositiones quas greci
antheras uocant. Junci quadrati murre sandarace
singl. p. ℞. iij. aluminis pares portiones: aut croci myr
re. iunci quadrati p. ℞. viij. Iridis aluminis scissilis: i
sandarace singl. p. iij. iunci quadrati p. ℞. viij. aut
galle murre singl. p. ℞. i. aluminis scissilis p. ℞. ij. ro
se foliorum p. ℞. iij. qdam autem croci p. ℞. i. aluminis
scissilis murre singl. p. i. sandarace p. ℞. iij. iunci qua
drati p. ℞. ij. miscent prima arida aspergentur.

Hoc cu; melle inlinitur: neq; ulceribus tm̄ sed etia; tossi-
lis. Verū ea longe periculosissima sunt ulcera quas ap-
tas greci appellant, sed in pueris. hos .n. sepe consumūt
in uiris et mulieribus idem periculum nō est. Hec ul-
cera a gingiuis incipiunt: deinde palatum totūq; os
occupant: tum ad uuam faucesq; descendunt. Quibus
obsessis nō facile sit ut puer conualescat: ac miserius
etiā est si lactans adhuc infans est. quo minus impe-
rari remedium aliquod potest. Sed in primis nutrix
cogenda est exerceri et ambulationibus hisq; operi-
bus que supiores partes mouent. mittenda in balne-
um bibendaq; ibi calida aqua mammas perfundere: tu;
alenda cibis lenibus, et his qui facile nō corrumpuntur. potio-
nes si febricitas puer aque. si sine febre est uini diluti, ac si
aliuis nutricis subsistit ducenda est. Si pituita eius in os co-
it uomere debet. Tum ipa ulcera perunguenda sunt mel-
le: cui ros quem siriacum uocant: aut amare nuces adiec-
te sunt: uel mixtis inter se rose folijs aridis, pineis, nucle-
is mente coliculo melle, uel eo medicamento quod ex mo-
ris fit: quorū eodem modo quo punici mali uel mellis cras-
situdinem coquitur. Eademq; ratione ei crocum murra
alumen uinū mel miscetur. Neq; quicq̄ dandum ad quod
humor euocari possit. Si uero iam firmior puer est garga-
rizare debet his fere que supra comprehensa sunt. Ac
si leuiora medicamenta in eo parum proficiunt: adhibē-
da sunt ea que adurendo crustas ulceribus inducant,
quale est scissile alumen uel calchitis uel attramentum
sutorium. Prodest etiā fames et abstinentia quanta maxīe
impari potest. cibus debet esse leuis ad purganda tn̄ ul-
cera interdu; caseus ex melle recte datur.

Hinc gingiuarum cura querenda.

Gingiue quoq; ulcera nō alijs medicamentis egent q̄ que prime partes superioribus capitis exposita sunt. Sed que in latere eius nascuntur diutissime durant. Videndumq; est num contra dens aliquis acutior sit qui sanescere sepe ulcus non sinit ideoq; leuandus est.

De tuberculis iuxta gingiuas.

SOLENT etiā interdum iuxta dentes in gingiuis tubercula quedaꝫ oriri dolentia parulidas greci uocant. hec initio leniter sale contrito perfricari oportet aut inter se mixtis sale fossili combusto cupresso: nepeta deinde eluere os cremore lenticule, et inter hec hiare donec pituite satis profluat. In maiore uero inflamatione hisdem medicamentis utendum est que ad ulcera oris suprapposita sunt. et mollis liniamentū paulu; inuoluendum ex his aliqua compositione quas antheras uocari dixi. demittendū q; id inter dentem et gingiuam. Quod si durior erit et id prohibebit extrinsecus admouendus erit, spongia uapor calidis imponendumq; ceratūq;. Si suppuratio se ostendet diutius eo uapore utendum est et continendum ore calidū mulsum: in quo ficus decocta sit. Itemq; subcrudum incidēdum ne si diutius sibi pus remanserit os ledat. Qd' si maior is tumor est, cōmodius totus exciditur. sic ut ex utraq; parte dens liberetur. Pure exempto si leuis plaga satis est ore calidam aquam continere et extrinsecus fouere eodem uapore. Si maior est lenticule cremore ut hisdem medicamentis quibus cetera ulcera oris curantur. Alia quoq; ulcera in gingiuis plerūq; oriuntur: q̄bus eadem que in reliquo ore succurrunt: maxīe tamē mandere ligustrū oportet, sucumq; cū ore continere. fit etiā interdum et

gingiue ulcere siue parulides fuit siue no fuit: diutius
pus feratur: quod aut dente corrupto aut fracto uel
aliter uiciato esse: maxie id fistulam uenire consueuit
ubi incidit locus aperiendus: dens eximendus est. ad
ossis siqua abscessit recipienda est. Si quid uiciosi est ra
dendum post q̄ id fieri debeat: supra in aliorū ulcerum
curatione cōprehensum est. Si uero a dentibus gingiue
recedunt eadem anthere succurrunt. Vtile est etiā pi
ra aut mala nō permatura mandere et ore eum humo
rem continere. Idemq; prestare non acre acetum in o
re retentum potest. Hinc querenda uue remedia.

VVE uehemens inflāmatio terrere quoq; debet.
Itaq; in hac et abstinentia necessaria est: et san
guis recte mittitur. et si id aliqua res prohibet:
alius utiliter ducitur: caputq; super hec uelandus: et sub
limius habendus est. Tum aqua gargarizandum īqua
simul rubus et lenticula decocta sit. Illinienda autem
pā tua uel omphacio uel galla uel alumine scissili sic
ut cuilibet eorū mel adiciatur. Est etia hoc medicame
tum huic aptum quod andronium appellatur. Constat
ex his alumine scissili squama eris rubri atramento su
torio galla murra mysi que per se contrita mixtaq;
rursus paulatim adiecto uino austero terentur. donec
his mellis crassitudo sit. vbi horū aliquo inlita uua est
celidonie quoq; suco per cochlear inlita uua maximeq; p
dest. fere multa pituita decurrit: cūq; ea quieuit ex
uino calido gargarizandus. Qd' si minor inflamatio
est. laser terere et ex aqua frigida q̄ satis est. Eamq;
aquam cochleario exceptam ipi uue subicere. ac medio
criter eam tumentem aqua quoq; frigida eode; modo

subiecta reprimit. Ex eade; aute aqua gargatizan
dum quoq; est que uel cũ lasere uel sine eo hac curati
one uue subiecta est.

Si quando cancer in os natus fuerit.

Si quando aute ulcera oris cancerinua sit: primu;
considerandu; est. num malus corporis habitus
sit: eiq; occurrendu;: deinde ipa ulcera curanda. Qd si
summa parte id uicium est: satis proficit anthera humi
do ulceri arida impressa. siccori cũ exigua parte mel
lis inlita. Si paulo altius carte combuste partes due:
auripigmenti pars una. si penitus malum discedit. char
te combuste partes tres: auripigmenti pars quarta. aut
pares portiones, salis fricti et uridis fricte: aut idem pa
res portiones calchuridis calcis auripigmenti. Necessari
um aut est liniamentem in rosa tingere et super aduren
tia medicamenta imponere ne uicinum et sanum locu;
ledant. Quidam etiã in acris aceti hemina fructum sale;
coquunt: donec tabescere desinat: deinde id acetum co
quunt donec exsiccetur: eiq; salem contritũ inspergunt.
Quotiens aut medicamentũ iniciti: et ante et post os
diluendum est uel cremore lenticule uel aque in qua ul
erbum aut olea aut uerbene cocte sint. sic ut cuilibet
eorũ paulum mellis misceatur. Acetum quoq; et scyllare
tentum ore satis aduersus hec ulcera proficit. Ex aceto
cocto sali sicut supra demonstratũ est rursus mixtũ a
cetum: sed et diu continere utrũlibet. et id bis aut ter
die facere prout uehemens malum est necessarium est.
Qd si puer est cui id incidit specillum lana inuolutum
in medicamentũ demittendu; est et super ulcus tenen
dum: ne per imprudentiam adurentia deuoret. et si

in gingiuis est mouenturq; aliqui dentes: refici eos oportet. Nam curationes uehementer impediunt. Si nihil medicamenta proficiunt ulcera erunt adurenda: quod tn in labris ideo nō est necessarium: quoniam excidere cōmodius est. Et id qdem eque ustum atq; excisum sine ea curatione que corpori manu adhibetur impleri nō potest.

G ingiuarū uero ossa que hebetia sunt in perpetuū ustione nudatur. Neq; n. postea caro increscit imponenda tamē adustis lenticula est donec sanitatem qualis esse potest recipiant. „ Si sub auribus parotides nate sint. :-

HEC in capite fere medicamentis egent: sub ipsis uero auribus si penitus malum descendit: charta cōbusta partes tres auripigmenti pars quarta. Sub auribus oriri parotides solent: modo in secunda ualetudine ibi inflāmatione orta modo post longas febres illuc impetu morbi conuerso: id abscessus genus est. Itaq; nulla nouam curatione desiderant. animaduersione tm̄ modo hanc habet necessariam: quia si sine morbo id intumuit. primū reprimendū experimentibus est. Si ex aduersa ualetudine illud inimicū est. Maturariq; et q̄ primū aperiri cōmodius est. „ De umbilico prominente. :-

AD umbilicos uero prominentes ne manu ferroq; utendum sit ante temptandū est ut abstineat aluus is ducatur. Imponatur super umbilicum id quod ex his constat. Cicute et fuliginis singl. p. x. i. Cerusse elote. p. x. iiij. plumbi eloti. p. x. viij. ouis duobus quibus etiā solani sucus adicitur: hoc diutius impositū esse oportet et interim conquiescere hominem cibo modico uti: sic ut uitentur omnia inflantia. :-

„ DE OBSCENIS. „

PROXIMA sunt ea que ad partes obscenas perti
nent: quarū apud grecos uocabula et tollerabilius
se habent: et accepta iam usu sunt. Cum in omni fe
re medicorum uolumine atq; sermone iactentur: apud
nos fediora uerba ne consuetudine qdem aliqua uerecū
dius loquentium cōmendata sunt ut diffi hec explanatio
sit simul et pudorem et artis precepta seruantibus: neq;
tamen ea res a scribendo deterrere me debuit. Primū ut
omnia que salutaria accepi comprehenderem: dein quia
in uulgus eorū curatio etiā precipue cognoscenda est, que
inuitissimus quisq; alteri ostendit.

De coleide uiri membrum.

IGitur si ex inflamatione coles intumuit: reduciq;
sūma cutis: aut rursus induci nō potest multa cali
da aqua fouendus locus, et ubi uero glans contecta est: o
riculario quoq; clistere interea cutemq; aqua calida inse
renda est: si mollita sic et extenuata cutis ducenti paru
it. expeditior reliqua curatio est. Si tumor uicit impone
da est uel lenticula uel marrubium uel olee folia ex uino
cocta: sicut cuilibet eorū dum teritur mellis paulum adi
ciatur: sursumq; coles ad uentrem deligandus est: qd' in
omni curatione eius necessarium est. idq; homo contine
re se debet et abstinere a cibo et potione aque tm̄ a siti
uindicari. Postero die rursus adhibendū hisdem rationi
bus aque fomentum est: ercum ui quoq; experiundum
an cutis sequatur, eaq; si non parebit leuiter sum
a scalpello concidenda erit. Nam cū sanies profluxerit
extenuabitur is locus et facilius cutis ducetur. Siue aut
hoc modo uicta erit: siue nūq repugnauerit ulcera ue
in cutis ulteriore parte uel in glande ultra ue eam inco

le reperientur: que necesse est aut plura siccaue sint: aut humida fouenda sunt. deinde imponendum lycium ex uino est aut amurca cocta cu; eodem. aut cū rosa butyrum. Si lenis humor est uino eluenda sunt. Tum butyro et rose mollis paulum et resine therebintine pars quarta adicienda est: eoq; utendum. Aut si pus ex his profluit ante omnia et ui mulso calido debent. Tum imponi piperis p. ℞. i. murre p. ℞. ij. croci mysi cocti singl'. p. ℞. ij. que ex uino austero coquuntur donec mellis crassitudinem habeant. :-

elui

Ad ea compositio tonsillis uue naribus.

Eadem autē; compositio tonsillis uue madentioris: nariumq; ulceribus accōmodata est. Aliud ad eam piperis p. ℞. i. murre p. ℞. i. croci p. ℞. ii. mysi cocti p. ℞. i. eris combusti p. ℞. ij. que primū ex uino austero conteruntur: deinde ibi inaruerint iterū teruntur ex passi tribus cyathis et incoquūtur donec uisci crassitudinem habeant. e rugo quoq; cū cocto melle ea que ad oris ulcera ad supra compositio prensa sunt curant. erasistrati aut cratonis recte super purulenta naturalia imponitur. folia quoq; olee ex nouem cyathis uini coquuntur. his adicitur aluminis scissilis p. ℞. iiij. lyci p. ℞ viij. mellis sex cyathos ac si plus puris est id medicamentū ex melle. si minus ex uino diluitur. Illud perpetuū est. post curationē du; inflamatio manet quale suprapositum est cathaplasmata supra dare et quotidie ulcera eadem ratione curare. Qd' si pus et multū et cu; malo odore cepit profluere elui cremore lenticule debet. sicut ei mellis paulu; adiciatur ut olee uel lentisci folia uel marrubij decoquēdum est. Eoq; humore eode; modo cū melle utendum, imponendaq; eade; aut etiā omphacium cū melle: aut

id quod ex erugine et melle aures fit: aut compositio an
dronis aut anthera sicut ei paulum mellis adiciatur.
Quidam ulcera omnia de quibus adhuc dictum est lycio ex
uino curant. Si uero ulcus latius atq; altius serpit: eo
dem modo elui debet. Imponi uero aut erugo aut om
phatium cū melle: aut andronis compositio aut marru
bij murre, aut croci aluminis scissilis cocti rose foliorū ari
dorū galle singl. p. x. i. mini sinopi p. x. ij. que per se sin
glā primū teruntur: deinde uincta iterū melle adiecto
donec liquidum cerati crassitudinem habeant: tum in
uase leniter coquuntur. ne superfluant cū iam gutte
indurescant: uas ab igne remouetur. idq; medicamen
tum prout opus est. aut ex melle, aut ex uino liquat.
Idem per se etiā ad fistulas utile est. Solet etiā interdū
ad neruos ulcus descendere: profluitq; pituita multa sa
nies tenuis maliq; odoris: nō cocta aut aque similis in
qua caro recens lota est: doloresq; is locus et punctiones
habet. Id genus q̄uis inter purulenta est tamē lenib;
medicamentis curandū est: quale est emplastrū tetro
pharmacum: ex rosa aliquantū sicut turis quoq; paulu
lum et misceatur: aut id quod ex butyro rosa resina mel
le fit: supra uero a me positū est: precipueq; id ulcus mlt
ta calida aqua fouendum est. uelandūq; neq; frigori cō
mittendum. Interdum aut per ipā ulcera colles sub cu
te exesus sicut glans excidat. sub quo casu cutis ipa cir
cūcidenda est: perpetuūq; est quotiens glans aut ex
cole aliquid uel excidit uel absciditur. hanc non esse ser
uandam ne concidat: ulceriq; adglutinetur ac nec neq;
reduci possit postea et fortasse fistulam quoq; urine
cludat. Tubercula etiā que greci uocant.

Circa glandem oriuntur que uel medicamentis uel ferro adu
runtur et cū cruste exciderunt squama eris inspergitur ne
quid ibi increscat rursus. Hec citra cancrum sunt. qui cum
in reliquis partibus in his quoq; uel precipue ulcera infestat
incipit a nigricie: que si cutem occupauit: protinus specu
lum subiciendum: eaq; incidenda est. Deinde ore uulsella pre
hendende: tum quicquid corruptum est excidendum: sicut
ex integro quoq; paulum demat: idq; adurendum: quoti
ens quid ustum est: id quoq; sequitur ut imponenda lenti
cula sit. deinde ubi cruste exciderunt: ulceta sicut alia cu
rentur. Ac si cancer ipam cutem occupauit mspgenda ali
qua sunt ex adurentibus maxime q; id quod ex calce cal
cithide auripigmento componitur. Si medicamenta iun
cuntur. hic quoq; scalpello quicquid corruptum est. sic ut
aliquid etiā integro trahat: precipi debet illud quoq; eq
perpetuum est exciso cancro uulnus esse adurendum. Sed
siue ex medicamentis siue ex ferro cruste occalluerunt:
magnū periculum est ne his decidentibus ex cole profusio
sanguinis insequatur. Ergo longa quiete et īmobili pene
corpore opus est, donec ex ipo cruste pure leniter resoluā
tur. At si uolens aliquis uel imprudens dum ingreditur im
mature crustas diduxit et fluit sanguis. frigida aqua ad
hibenda est. Si hec parum ualent decurrendum est ad medi
camenta que sanguinem supprimunt. Si ne hec qdem suc
currunt aduri diligenter et timide debet: neq; ullo postea
motu dandus eidem periculo locus est. Non nūq; etiā id ge
nus ubi cancri quod a grecis nominatur ori
ri solet: in quo minime differendum, sed protinus hisdem
medicamentis. Et si parum ualent ferro adurendum: qdam
etiā nigricies est que non sentitur et serpit: ac si sustinuim

usq; ad uesicam tendit neq; succurri postea potest: si id in sū
ma glande circa fistulam urine est. prius in ea tenue spe
cillum demittendum est nec laudatur. deinde id ferro ad
urendum. Si uero alte penetrauit: quicquid occupatum pre
cidendum est. Ceterū eadem que in alijs cancris facien
da sunt. Occallescit etiā incole interdum aliquid idq; omī
pene sensu caret. Quod ipm̄ quoq; excidi debet. Carbuncu
lus autē ibi natus primū ac paret per oricularium cliste
rem eluendus est. Deinde ipe quoq; medicamentis urendꝰ
maxime q; calcithide cū melle: aut erugine cum cocto mel
le aut ouilo stercore fricto et contrito cū eodē melle ubi is
excidit liquidis medicamentis utendum est que ad ora ulce
ris componuntur. De testiculis.

IN testiculis uero si qua inflamatio sine ictu orta est
sanguis ex talo mittendus est. a cibo abstinendum ex
faba farina ex mulso cocta cum cumino contrito et
ex melle cocto: aut contritū cuminum cū cerato ex rosa fac
to aut lini semen frictum contritum aut mulso coctum: a
tritici farina ex mulso cocta cum cupresso aut lilij radix cō
trita: aut si idē induruerunt imponi debent lini uel feni gre
ci semen ex mulso cocta: aut ex cyprino cerato: aut simi
le ex uino contrito cui paulum croci sit adiectum.

Si uetustior iam duricies est.

SI uetustior iam duricies est: maxime proficit cucume
ris agrestis radix ex mulso cocta dein contrita.

Si ex ictu tument.

SI ex ictu tument sanguinem mitti necessarium est
magisq; si etiā licent: imponendum uero utrūlibet ex his
que cumino componuntur. supraq; proposita sunt: aut ea
compositio que habet nitri cocti. p. ℞. i. resine pinee. cumi

nis singl. p. x. ii. vue timinie sine seminibus. p. x. iiij. mel
lis quantum satis sit ad ea cogenda.

Si ex ictu testiculus aliquid desijt.

QVOD si ex ictu testiculus aliquid desijt. fere pus
quoq; increscit: neq; aliter succurri potest q̄ si inci
so crusto et pus emissum et ipse testiculus excisus est.

ANVS quoq; multa tedijq; plena ha De anu.
bet mala que recipit nec in se multum abhorren
tes curationes habet. At primū in eo sepe et qdez
plutibus locis cutis scinditur. De ragadijs.

RAgadia greci uocant: id si recens est quiescere homo
debet in aqua calida desidere. Columbina quoq; oua
coquenda sunt et ubi induruerunt purganda: de
inde alterū iacere in aqua calida bene debet altero calido
foueri locus sicut inuicem utroq; aliquis utatur. Tum tetra
pharmacum aut thypodes rosa diluendum est aut esopum
recens miscendum cū cerato liquido ex rosa facto aut i
dem cerato liquido plumbum elotum adiciendum. aut re
sine therebintine murra: aut spuma argenti uetus oleū
et quodlibet ex his perunguendum.

Si quod lesum est foris est.

SI quid lesum est extra est neq; intus reconditum eo
dem medicamento tinctum liniamentū supdan
dum est. id quicquid ante adhibuimus cerato contegendū.
In hoc autē casu. neq; acribus cibis utendum est: nec aspe
ris nec aluum cōprimentibus. ne aridum qdem quicqm̄
satis utile est: nisi ad modum paulum liquida leuia pin
guia glutinosa meliora sunt: uino leni uti nihil prohibet.

Si condiloma fit.

COndiloma autē est tuberculum quod ex quadaz

inflamatione nasci solet. id ubi ortum est. quod ad quietem cibos potionesq; pertinet eadem seruari debent que proxime scripta sunt. isdem etiam ouis recte tuberculum id fouetur.

Sed desidere ante homo in aqua debet in qua uerbene decocte sunt ex reprimentibus tum recte imponitur et lenticula cum exigua mellis parte. et sertula campana ex uino cocta: et rubi folia contrita cum cerato ex rosa facto et cum eodem cerato contritum: uel cotoneum malum uel mali cortex uino cocti pars interior et calchitis cocta atq; contrita, deinde esopum ac rosa exceptum. et ex ea compositio que habet turis. p. ℞. i. aluminis scissilis. p. ℞. ij. cerusse. p. ℞. iij. Spume argenti. p. ℞. v. quibus dum teruntur inuicem rosa et uinum instillatur. Qualiter anus debeat alligari.

Vinculum autem ei loco linteolum aut panniculus quadratus est que ad duo capita duas ansas: ab altera duo totidem fascias habet cumq; subiectus est: ansis ad uentrem datis: a superiore parte in eas adducte fascie coiciuntur: atq; ubi artate sunt dexteriori sinistra sinisteriori dextra procedit. Circundateq; circa aluum inter se nouissimo nodo deligantur.

Si uetus condiloma.

Si uetus condiloma iam induruit: neq; sub his curationibus desidit aduri medicamento potest: quod ex his constat. eruginis. p. ℞. ij. murre. p. ℞. iiij. cuminis. p. ℞. viij. turis. p. x. xij. stibis papaueris, lacrime acacie. singl. p. ℞. xvi. quo medicamento qdam etiam ulcera de quibus proxime dixi renouant. Si id nondum in condilomate proficit adhiberi possunt etiam uehementius adurentia, ubi consumptus est tumor ad medicamenta lenia transeundum est.

DE HEMORROIDIS.

TERtium uicium est ora uenarum: tanq̄ ex capitulis quibusdam uirguentia que sepe sanguinem fundunt. hemorroidas grei uocant idq; etiā in ore uolue feminarū incidere consueuit, atq; in quibusdam parū tuto supprimitur qui sanguinis profluuio imbecilliores nō fiunt. Habent etiā purgationem hanc non morbum: ideoq; curati qdam cū sanguinis exitum nō haberent: inclinata in precordia ac uiscera materia subitis et grauissimis morbis correpti sunt. Si cui uero id nocet. is desidere in aqua ex uerbenis debet imponere maxime malicorium cuȝ aridis rose folijs contritum: aut ex his aliqua que sanguinem supprimunt. Solet autē oriri inflamatio maxime ubi dura aliuis eum locum lesit. Tum in aqua dulci desidendum est et fouendum: ouis imponendi uitelli cū rose folijs expasso subacto. Idq; si intus est digito inlinendum super in lito panniculo imponendum est. ea quoq; medicamenta q̄ recentibus scissuris posita sunt. hic idonea sunt. Cibis uero in hoc casu hisdem quibus in prioribus utendum est. Si ista parum iuuant: solent imposita medicamenta adurentia ea capitula absumere. Ac si iam uetustiora sunt sub auctore dionisio sandaraca inspgenda est: deinde ponendum quod ex his constat. Squama eris auripigmenti singl. p. ℥. v. saxi calcis p. ℥. viij. postero die acu compungenduȝ.

A dustis capitulis fit cicatrix que fundi sanguinem prohibet. Sed quotiens is suppressus est ne quid periculi adferat multa exercitatione materia digerenda est. preterea q; et uiris et feminis quibus menstrua non proueniūt. Interdum ex brachio sanguis mittendus est.

Si anus uel os uulue decidit.

ATſi anuſ ipſe uel os uulue procidit. nam id quoq;
interdum fit: conſiderari debet purum ne id ſit
quod prouolutum eſt: an humore muccoſo circun
detur. Si purum eſt in aqua humo deſidere debet aut ſal
ſa aut cū uerbenis uel malicorio incocta. Si humida uinum
auſtrerum ſubluendum eſt: inliniendus ue fece uini com
busta. ubi utrolibet modo curatum eſt. intus reponendu;
eſt: imponendaq; plantago contrita uel folia ſalicis in ace
to cocta tum linteolum: et ſuper lana eque deligenda: ceu
tribus inter ſe deuincte.

Fungo ſimile in ano naſci ſolet.

FVNGO quoq; ſimile ulcus in eadem ſede naſci ſolet.
id ſi hiemſ eſt egelida. ſi aliud tempus fri
gida aqua fouendum eſt. Deinde ſquama eris inſpergenda
ſupraq; ceratum ex murreo factum: cui paulum ſquame
fuliginiſ calcis ſit adiectum. Si hac ratione non tollitur ul
medicamentis uehementioribus uel ferro adurendu; eſt.

De ulceribus digitorum.

DIgitorum autē uetera ulcera cōmodiſſime curantur
aut lycio. aut murra cocta cū utrolibet uinum ad
iectum eſt. In hiſdem recedere ab ungue caruncula cum
magno dolore conſueuit: pterigion greci appellant. Opor
tet alumen melinum rotundum in aqua liquare donec
mellis craſſitudinem habeat. Tum quantū eius aridi fuit
tantūdem mellis infundere et radicula miſcere donec ſi
milis croco colore fiat: eoq; inlinire qdam ad eundem u
ſum decoquere ſimul malunt cū paria pondera aluminis
aridi et mellis miſcuerint. Si hac ratione ea non excide
runt excidenda ſunt: deinde digiti fouendi aqua ex uer
benis imponendumq; ſuper medicamentū ita factum.

Calchitis malocorium squama eris excipitur fico pingui leniter cocto ex melle aut carthe combuste auripigmenti sulphuris ignem non experti par modus cerato miscetur ex murteo aut erugine rase. p. ℞. i. squame. p. ℞. ij. mellis cyatho cocumis: aut pares portiones miscentur, saxi calcis, calchitidis auripigmenti quicquid horū impositum est tegendum linteolo aqua madefacto tercio die resoluendus est. Si quid aridi est iterū excidendum est. Similisq; adhibenda curatio est. Si non uincitur purgandus scalpello: tenuibusq; ferramentis adurendus est: et sicut reliqua usta curandus est. At ubi scabri ungues sunt: circū aperiri debent qua corpus contingunt: tunc super eos ex hac compositione aliquid imponi. Sandarace sulphuris singl. p. ℞. ii. nitri auripigmenti singl. p. ℞. iiij. Resine liquide. p. ℞. viij. Tercioq; id die resoluendum est. Sub quo medicamento uiciosi ungues cadunt. et in eorum locum meliores renascuntur.

Artium Aurelij Cornelij Celsi Liber. xi. idem medicine Liber Sextus Explicit. Artium Liber xij. Aurelij Cornelij Celsi idem medicine liber Septimus Incipit Feliciter.

Quēadmodum manu curentur abscessus fistule tela eximantur excidantur tubercula in capite: et quicquid manu curandum est, in oculis, naribus, auribus, ore, ceruice, uentre, naturalibus, cruribus brachijs digitis.

Qualis esse chyrurgicus debet. Caplm primum.

ERTIVM ESSE MEDICI-
ne partem que manu curet
et uulgo notum et a me propo
situm est. Ea nō qdem medica
menta atq; uictus rationem o
mittit. Sed manu tamē pluri
mus prestat: estq; eius effectus
inter omnes medicine partes e
uidentissimus. Si qdem in morbis
cui multum fortuna conferat eademq; sepe salutaria sepe
uana sint: potest dubitari Secunda ualetudo medicine: an
corporis beneficio contigerit in his quoq; in quibus medicamē
tis maxime nitimur. q̄uis profectus euidentior est: tamen
sanitatem et per hec frustra queri et sine his reddi sepe ma
nifestum est. Sicut in oculis quoq; deprehendi potest: q
a medicis diu uexati: sine his interdu; sanescunt. At in ea
parte que manu curata euidens est omne profectum ali
quid ab aliis adiuuentur. hinc tamē plurimū trahere: hec
autē pars cū sit uetustissima: magis in ab illo parente om
nis medicine hyppocrate: quā a prioribus exculta est. De
inde postea q̄ diducta ab aliis habere professores suos ce
pit. In egypto quoq; increuit phyloxeno maxime auctore
qui pluribus uoluminibus hanc partem diligentissime cō
prehendit. Gargias quoq; et Sostratus et herones appollo
nij duo et hammonius alexandrini: multiq; alij celebres
uiri singuli queda; reppererunt. Ac Rome quoq; non me
diocres professores: maximeq; nuper triphon pater et e
nelpistus et ut ex scriptis eius intelligi potest. Horū etu
ditissimus meges: quibusdam in melius mutatis aliquā
tum et discipline adiecerunt. Esse autē; chyrurgicus

debet adolescens: aut certe adolescentie propriot manu strenua stabili: nec umq̄ intremescente: eaq; nō minus sinistra q̄ dextra promptus: acie oculorū acri claraq; animo intrepidus: īmisericors sic ut sanari uelit eum quem accipit: nō ut clamore eius motus: uel magis q̄ res desiderat properet: uel minus q̄ necesse est secet: sed perinde faciat omnia ac si nullus ex uagitibus alterius affectus oriatur.

Potest autē requiri quid huic parti uindicandum sit. quia uulnerū quoq; ulcerumq; multorū curationes quas alibi executus sum chyrurgi sibi uindicant. Ego eūdem qdem hominem posse omnia ista prestare concipio: atq; ubi se diuiserunt: eum laudo qui q̄ plurimū percipit. Ipse autē huic partim ea reliqui in quibus uulnus facit medicus non accipit: et in quibus uulneribus ulceribusue plus manu q̄m medicamento credo. Tum quicquid ad ossa pertinet: que deinceps exequi aggrediar: dilatisq; in aliud uolumen ossibus: in hoc cetera explicabo. Prepositisq; eis que in qualibet parte corporis fiunt: ad ea que proprias sedes habent trā sibo. .. De Luxatis. :-

Luxata igitur inquacūq; parte corporis sunt q̄ primū sic curari debent. ut qua dolor est: ea scalpello cutis crebro incidatur: detergaturq; eodē auerso profluens sanguis. Quod si paulo tardius subuenitur: iamq; etiā rubor est, qua rubet corpus: si tumor quoq; accessit quacūq; est idem optimū auxilium. Tum superdanda reprimentia sunt: maximaq; lana sucida ex aceto et oleo. Qd si leniot is casus est: possunt etiā sine scapello imposita eadē mederi et si nihil aliud est: cinis quoq; maxime ex sarmentis. Si is non est quilibet alius ex aceto uel etiam ex aqua coactus. .. De mulieribus que ostensa suppurāt.

VERVM hoc qdem promptum est: in his autem negotium maius est, que per se uicio intus orto intumescunt: et ad suppurationem spectant: ea omnia genera abscessus esse alias proposui: medicamentaq; eis idonea executus sum: nunc superest ut dicam in hisdem que manu fieri debeant. Ergo prius q̃ indurescant cutem incidere, et cucurbitulam accōmodare oportet: que quicquid illud male corrupteq; materie coit extrahat idq; iterū tertioq; recte fit donec omne indicium inflamationis excidat.
Neq; tamen fas non est nihil cucurbitula agere. Interdum.n. sed raro quicquid abscedit uel amento suo induditur: id antiqui tunicam nominabant: megesi quia tunica omnis neruosa est: dicit nō nasci sub eo iucio nerium quo caro consumeretur: sed subiecto iam uetustiore pure: callum circūdari quod ad curationis rationem nullo loco pertinet: quia quicquid si tunica est: idem si callus est: tamen quia cingit tunicam nominari. Tum pure quoq; maturius hec interdum esse consueuit. Ideoq; qd sub ea est, extrahi per cucurbitulam non potest. Sed facile id intelligitur: ubi nihil ad mota illa mutauit. Ergo siue id incidit: siue iam durum est. In hac auxilij nihil esse ut alias scripsi: uel auertēda concurrens eo materia uel digerenda uel ad maturitatē perducenda est. Si priora contigerunt: nihil preterea necessarium est: si pus maturuit in alis qdem et inguinibus caro secandum est. Item ubicūq; mediocris abscessus est.
Item quotiens in summa cute uel etiā carne uicium est, nisi festinare curantis imbecillitas cogit: satisq; est cathaplasmatis efficere ut per se pus aperiatur. Nam fere sine cicatrice potest esse is locus qui expertus ferrum non est. Si autem altius a malo est considerari debet ner

uosus ne is locus sit. an non sit. Nam si sine nerui est cadente foramento: cuius hec gratia est qd' exigua plaga diutius ad pus euocandu; patet. paruaq; postea cicatrix fit. At si nerui iuxta sunt: ignis alienum est ne uel distendantur hi uel membru; debilitent. Necessaria uero opera scalpelli est. Sed cetera etiã subcruda aperiri possunt: inter neruos uero ultima expectanda maturitas est: que cutem extenuet eiq; pus iungat. Item alia recta; plagam desiderant in carne: quia fere uehementer cute extenuat: tota ea super pus excidenda est: aut ubi scalpellus admouetur id agendu; est: ut et q̃ minime et q̃ paucissime plage sint: cu; eo tamẽ ut necessitati succurramus et in modo et in numero. Nam maiores sinus latius interdum etiã duabus aut pluribus lineis incidendi sunt. Dandaq; opera ut imus sinus exitum habeat: ne quis humor intus subsidat: qui proxima et adhuc sana rodendo sinuet. Est etiã in ceru natura. ut cutis latius excidenda sit. Nam ubi post longos morbos totus corporis habitus uiciatus est. late q; se sinus diffudit et in eo pars cutis pallet: scire licet eam iam emortuam esse et inutilem futuram. Ideoq; excidere cõmodius est: maxime si circa articulos maiores id euenit cubante q; egrum fluens alui exhaurit: neq; per alimenta qc q̃ corpori accedit: sed excidi debet ut plaga ad silicu dinem myrtei folij fiat: quo facilius sanescat. Idq; per petuũ est. Vbicũq; medicus et quacũq; de causa cute excidit pure effuso: in alis uel inguinibus liniamento opus nõ est. ex uino spongia imponenda est. In ceteris partibus si eque liniamenta supuacua sunt: purgationis causa paulu; mellis infundendu; dein oluti

nantia supdanda. Si illa necessaria sunt sup ea quoq; silitardari: spongia eode; modo expressa debet. Quando autē liniamentis opus sit quando nō sit, alias dictu est.
C etera eade; incisa suppuratione facienda sunt: que ubi per medicamenta rupta est. facienda esse proposui. Proinus autē quantu; curatio efficiat.

de signis

Quantūq; aut spari aut timeri debeat: ex quibusda; signis intelligi potest. Fereq; idem que in uulneribus exposita sunt. Nam bona signa sunt somnum capere facile respirare: siti non conflici: cibum nō fastidire. si febricula fuit ea uacare. Iteruq; habere pus album leue nō fedi odoris mala sunt, uigilia: spiritus grauiras, siti, cibi fastidium, febris pus nigru; aut ferulentu et fedi odoris. Item procedente curatione eruptio sanguinis aut si anteq̄ sinus carne impleatur ore carnose fiunt. Illa quoq; ipa carne hebere nec firma deficere tamen anima uel ipa curatione uel postea pessimu; omniu est: qn etiā morbus ipe sine subito solutis est: dein suppuratio exorta est: siue effuso pure permanet: nō inuste terret. Est q; inter causas timoris. si sensus in uulnere rodentium nō est. Sed ut hec ipa fortuna huc illuc ue discernit: sic medici partium est eniti ad reperiendam sanitatem. Ergo quotiens ulcus resoluerit: eluere et si reprimendus humor uidebitur uino ex aqua pluuiali mixto: uel aqua in qua lenticula cocta sit debebit: si purgandu; erit mulso rursusq; imponere eade;
V bi iam repressus uidebitur humor: ulcusq; purum erit produci carnem conueniet: et foueri uulnus pari portione uini ac mellis: superq; imponi spongia ex uino et rosa tincta: per que cū raro producatur: plus tamē ut

alias quoq; dixi uictus ratio eo confert. Id est solutis iam febribus et cibi cupiditate reddita balneum rarum quotidiana sed lenis gestatio. Cibi potionesq; corpori faciendo. apteq; per omnia per medicamenta quoq; suppuratione rupta sequuntur. Sed quia magno malo uix sine ferro mederi licet in hunc locum reseruata sunt.

A Fistularum ratio.

ADVERSVS fistulas quoq; si altius penetrant ut ad ultimas demitti collyrium non possit: si tortuose sunt si multiplices: maius in manu q̄ in medicamentis presidiu; est. minusq; opere est si sic sub cute transuerse feruntur q̄ si recte intus tendunt. Igitur si sub cute transuersa fistula est: demitti sub cute specillum debet: supraq; id ea incidi: si flexus reperiuntur. hi quoq; simul specillo et ferro prosequendi sunt. Itemq; faciendum, si plures se quasi ramuli ostendunt ubi ad fines fistule uentum est. excidendum ex toto callus est: super que fibule dande et medicamentum quo glutinetur. At si recta supertendit: ubi quo maxime ferat specillo exploratum est. Excidi is sinus debet. dein fibula oris cutis incidenda est. et eque glutinantia medicamenta superdanda sunt. Aut si corruptu; ulcus est. qd' interdum osse uiciato fit: ubi id quoq; curatum est pus mouentia. Solent autē inter costas fistule subter exire, quod ubi incidit: eo loco costa ab utraq; parte decidenda et eximenda est: nequid intus corruptum relinquatur.

S olent ubi costas transierunt septum id quod transuersū a superioribus uisceribus intestina discernit uiolare: qd' intelligi et ex loco et ex magnitudine doloris potest: et quia non nūq̄ spiritus eo cū humore quasi bullante prorumpit maxime q; si hunc ore ille continuit. In eo

medicamine locus nullus non est. In ceteris uero que circa co
stas sanabilia sunt. pinguia medicamenta inimica sunt. Ce
teris uero que ad uulnera accomodantur uti licet. optime
tamē sicca liniamenta uel si purgandu; aliquid uidetur in
melle tincta imponuntur: uentri nullum os subest: sed
ibi perniciose ad modum fistule fiunt: adeo ut Sostratus
insanabiles esse crediderit id non ex toto ita se habere
usus ostendit: et qdem quod maxime mirum uideri pōt
tutior fistula est contra iecur et lienen et uentriculum
q̄ contra intestina: non quo ꝑniciosior res ibi sit: s; quo
alteri periculo locum faciat. Cuius experimento moti
qdam auctores parum modum rei cognouerunt. Nam
uenter sepe etiā telo perforatur: prolapsaq; intestina
conduntur et oras uulneris suture comprehendunt.
Quod queādmodum fiat mox indicabo. Itaq; etiā ubi te
nuis fistula abdomen perrupit excidere eam licet sutu
raq; oras coniungere. Si uero ea fistula intus patuit ex
cisa necesse est. Latius foramen relinquat: quod nisi
magna ui utiq; ab interiore parte sui non potest. qua qua
si membrana queda; finit abdomen quam peritoneon gre
ci uocant. Ergo ubi aliquis ingredi ac moueri cepit rumpit
illa sutura atq; intestina uoluuntur: quo fit ut pereundu;
homini sit. Sed non omnimodo res ea despationem habet.
ideoq; tenuioribus fistulis adhibenda. Curatio est. propr
iam etiā nū animaduersionem desiderant. ea que in ano
sunt, in has demisso specillo ad ultimū eius caput incidi
cutis debet: dein nouo foramine specillum educi lino se
quente: quod in aliam partem ob id ipm perforatam co
iectum sit. ibi linum prehendendum uinciendūq; cum
altero capite est. ut laxe cutem que super fistulam ē

teneat: idq; linum esse debet crudum et duplex triplex
ue: sic tortum ut unitas facta sit. Interim etiā licet ne
gotia agere, ambulare lauari cibum capere perinde at
q; sanissimo tm̄modo linum bis die saluo nodo ducendu3
est: sic ut subeat fistulam pars que superior fuerit: neq;
cōmittendum est ut id linum putrescat: sed tertio quo
q; die nodus resoluendus est: et ad caput alterū recens
linum alligandum est: eductoq; uetere id in fistulam
cu3 simili nodo relinquendum: sic enim id paulatim cu
tem que supra fistulam est incidit: simulq; et id sane
scit quod a lino relictum est: et id quod ab eo morde
tur incidi. hec ratio curationis longa sed sine dolore
est, qui festinat adstringere cutem lino debet quo ce
lerius secet, noctuq; penicillo tenuia queda3 intus demit
tere: ut cutis hoc ipō extenuetur quod extenditur: s3
hec dolorem mouent. Adicitur celeritati sic ut torme
to quoq; si et linum et id quod ex penicillo est aliquo
medicamento inlinitur: ex his quibus callum exedi.
P oterit tn̄ fieri ut ad scalpelli curationem etiā illo lo
co ueniendu3 sit. si intus fistula fert: simultiplex est.
Igitur in hec genera demisso specillo: duabus lineis in
cidenda cutis est: ut media inter has habenula tenu
is ad modum eiciatur: ne protinus ora coeant. sitq; lo
cus aliquis liniamentis: que q̄ paucissima supinicien
da sunt omniaq; eode3 modo facienda, qui in abscessib3
positus est. Si uero ab uno ore plures sinus erunt: rec
ta fistula scalpello erit incidenda. ab eo cetere que iā
patebunt lino excipiende: si intus aliqua procedet q°
ferrum tuto peruenire non poterit: collyrium demit
tendum erit. Cibus aute3 in eiusmodi casibus, sine

manu sine medicamentis agetur dari debet humidus.
P otio liberalis diuq; aqua. ubi iam caro increscit: tum de-
mu; et balineis raris utendum erit et cibis corpus im
plentibus.. . De telis que corpori fixa non exeunt.

TELA quoq; inlata corporibus intus heserunt
magno negocio sepe eiciuntur. Suntq; quedaz
difficultates ex generibus eorū quedam ex
eis sedibus in quas illa penetrarunt. Omne autez telu;
extrahitur: aut ab ea parte qua uenit: aut ab ea in
qua tetendit: illic uiam qua redeat, ipm̄ sibi fecit. hic
ab scalpello accipit. Nam contra mucrone caro incidit:
sed si non alte telum insedit, et in summa carne est,
aut certe magnas uenas et loca neruosa non transijt
nihil melius q̄ qua uenit id euellere. Si uero plus est
per quod telo reuertendu; q̄ quod perrūpendum est
eaq; extrahere: nam et propius petitur et tutius euel
litur, et in maiore membro si medium mucro transijt
facilius sanescit quod paruium est: quia utrīq; medi
camento fouetur. Sed si retro telum recipiendum ē
amplianda scalpello plaga est quo facilius id sequat
quoq; minor oriatur inflamatio que maior fit si ab il
lo ipō telo dum redit corpus laniatur. Item si ex alia
parte uulnus aperitur. laxius esse debet q̄ ut telo po
stea transeunte amplicetur. Summa autez utraq;
parte ita habenda cura est: ne neruus ne uena ma
ior ne arteria incidatur. Quorum ubi aliquid detec
tum est excipiendum amo retuso est abducendum scal
pello. Vbi autez satis incisum est telum eximendu; ē.
tum quoq; eodez modo et eadez cura habita: ne sub eo
quod eximetur: aliquod eorū ledatur que tuenda.

esse proposui. hec cōmunia sunt. Propria quedam in singulis telorum generibus subicienda sunt que protinꝰ subiciam. Nihil tam facile in corpore q̄ saguta conditur: eademq; altissime insedit. hec autē eueniunt: et quia magna ui infertur illa: et quia ipa in angusto est. sepius itaq; ab altera parte q̄ ex qua uenit recipienda est: precipueq; quia fere spiculis cingitur que magis laniant si retro q̄ si contra trahuntur. Sed inde aperta uia caro diduci debet. ferramento ad silitudinem facto grece littere. Deinde ubi aparuit: si mucro si harundo inheret propellenda est: donec ab altera parte apprehendi et extrahi possit. Si iam illa decidit: solū q; intus ferrum est. mucro uel digitis apprehendi uel forfice atq; ita educi debet: neq; alia ratio extrahendi est: ubi ab ea parte qua uenit euelli magis placuit, nam ampliato uulnere: aut harundo si inest euellenda est. aut si ea nō est ferrum ipm̄. Qd' si spicula apparuerunt: eaq; breuia et tenuia sunt: forfice ibi comminui debent: uacuūq; ab his telum educi. Si ea maiora ualentioraq; sunt. fissis scriptorijs calamis contegenda: ac ne quid lacerent sic uellenda sunt. et in sagittidis qdem hec obseruatio est. Latum uero telum si conditum est, ab altera parte educi nō expedit: ne ingenti uulneri ipi quoq; ingens adiciamus. Euellendum est ergo genere quodaꝫ ferramenti quod diocleum eraphiscum greci uocant: quoniam auctorem dioclen habet: quem inter priscos maximosq; medicos fuisse iaꝫ posui lamina uel ferrea uel etiā enea: ab altero capite duo utrinq; deorsum conuersos uncos habet: ab altero duplicata laribus leuiterq; extrema in eam ꝑtem

inclinata que perforata est: hec iuxta telum transuersa de
mititur. Deinde ubi ad ima mucronem uentum est: pau
lum torquetur ut telum foramine suo excipiat. Cum in
cauo mucro est: illico digiti subiecti partis alterius un
cis: simul et ferramenti id extrahunt et telum. Ter
cium genus telorum est quod interdum euelli debet: plu
bea glans: aut lapis aut simile aliquid quod prupra cu
te integrum intus insedit. In omnibus his latius uulnus
aperiendum: idq; quod mest ea qua uenit. forfice extra
hendus est. Accedit aliquid difficultati sub omni ictu si te
lum uel ossi inhesit: uel in articulo se inter duo ossa de
mersit: in osse usq; eo mouendum est: donec laxetur is
locus qui mucronem momordit: et tum uel manu uel
forfice extrahendus est telum: que ratio in dentibus
quoq; eiciendis et uix unq; ira telum no sequitur sed intra
bitur. excuti quoq; icto aliquo ferramento potest. Vltimum
est ubi non euellitur: cerebra iuxta forare: abeo quoq; fora
mine ad speciem lutere contra telum os excidere: sic ue li
nee que diducuntur ad telum spectent: eo facto id neces
se est labet et facile auferatur. Inter duo uero ossa si p
ipm articulum pertumpetit: circa uulnus duo membra
fascijs habenisue deliganda: et per has in diuersas ptes
diducenda sunt: ut neruos distendant: quibus extentis
latius inter ossa spacium est: ut sine difficultate telum
recipiatur. Illud uidendus est sicut in alijs locis posui:
ne quis nerius aut uena aut arteria a telo ledatur dus
id extrahitur: eadem scilicet ratione que supra posita est.
et si uenenato quoq; telo quis ictus est. hisdem omnibus
si fieri potest etia festinantibus actis adicienda curatio
est: que uel e poto ueneno: uel a serpente ictis adhibe

tur. Vulneribus autem ipius extracto telo medicina non alia est: q̄ que esset si corpore icto nihil inhesisset: de qua satis alio loco dictum est.

De qualitate uulnerum.

HEC uenire in qualibet parte corporis possunt. Reliqua certas sedes habent de quibus dicam orsus a capite: in hoc multa uariaq; tubercula oriuntur: gangilia, meliceridas, atheromata nominant: alijsq; etiā uocabulis quedam alij discernunt. E qbus ergo steatomata quoq; adiciam: que q̄uis et in ceruice et in alijs et in lateribus oriri solent: per se tn̄ non posui: quia cū omnia ista mediocres differentias habent. ac neq; periculo terreant neq; diuerso genere curentur: omnia autē ista et ex paruulo incipiunt, et diu paulatim increscunt: et tunica excluduntur quedam ex his dura ac renitentia quedam mollia cedentiaq; sunt: quedam spatio nudantur: quedam tecta capillo suo permanent: fereq; sine dolore sunt: quid intus habeant ut coniectura presagiri potest: maxime tn̄ in his que remittuntur: aut lapillis quedam similia aut concreti confertiq; pili reperiuntur. In his uero que cedunt aut melli simile aliquid: aut tenui pulticule aut quasi rase cartilagini aut carni habenti aut cruente quibus alijq; colores esse consuerunt: fereq; gangilia remittuntur. At atheromati subest quasi tenuis pulticula melceridi liquidior humor: ideoq; pressum circūfluit: steathomati pingue quiddam. idq; latissime patere consueuit. Resoluitq; totā cutem superpositam: sic ut eam labet. cū in ceteris sit astrictior. omnia derasa ante si capillis conteguntur per medium oportet incidere.

S ed steathomatis tunica quoq; secanda est ut effunda

tur quicquid intus coit. quia nō facile a cute subiecta carne ea separetur. In ceteris ipa tunica inuiolata seruāda est. Protinus aute alba et intenta se ostendit. Tum scalpelli manubriolo diducenda a cute et carne est: eiciendaq; cuz eo quod intus tenet: si quando tn̄ ab inferiore parte tunice musculus inhesit: ne is ledatur: superior pars illius decidenda: ad iam ibi relinquenda est ubi tota exempta est: cōmittende ore: fibulaq; his initienda et super medicamentū glutinans dandum est: ubi uel tota tunica uel ex ea relictum est: pus mouentia adhibenda est. Sed ut hec neq; genere uicij neq; ratione curationis inter se multuz distant: sic in oculis que manu postulant et ipa diuersa sunt: et aliter aliterq; curantur. Igitur in superioribus papelmis uesice nasci solent. pingues grauesq; que uix attollere oculos sinunt. leuesq; pituite cursus sed assiduos in oculos mouent. fere uero in pueris nascūtur. Oportet compresso duobus digitis oculo atq; ita cute intenta scalpello transuersam lineam incidere. suppressa leuiter manu: ne uesica ipa prorumpat. Tum digitis eam apprehendere oportet et euellere. facile autez sequitur: dein superungui collyrio debet. ex his aliquo quo lippientes oculi super inunguntur. Paucissimisq; diebus cicatricula inducitur molestius est ubi incisa uesica est. effundit enim humorem: neq; postea quia tenuis ad modum est. potest colligi si forte id incidit: eorum aliquid imponendum est quo puri mouendo sunt.

Ad orzilolum

IN eadez palpebra super pilorū locum tuberculum paruulum nascitur: quod a similitudine ordei agrecis trite nominatur. Tunica quiddaz quo difficulter ma

turescit comprehensum est. id uel calido pane uel cera subin
de calefacta foueri oportet: sic ut nimius is calor sit: sed fa
cile ea parte sustinetur. Hac n. ratione sepe discutitur in
terdum concoquitur: si pus se ostendit scalpello diuidi debet
et quicquid intus humoris est exprimi. Eodem die uapore
postea quoq; foueri et superinungui: donec ad sanitatem
peruenias. Alia quoq; queda; in palpebris huic no dissimilia
nascuntur: sed neq; utrq; figure eiusdem et mobilia simul
atq; digito uel huc uel illuc impelluntur. Ideoq; ea chala
zia greci uocant: hec incidi debent si sub cute sunt: ab exte
riore parte: si sub cartilagine ab interiore: dein scalpelli
manubriolo diducenda ab integris partibus sunt: ac si int;
plaga est inunguendum primo lenibus deinde acrioribus: si
extra superdandum emplastrum quo id glutinetur.

De ungue.

VNGVIS uero quod pterigion greci uocant: est mem
branula neruosa orienS ab angulo: que non nuq; ad
pupillam quoq; peruenit eiq; officit. sepius a natiuitate inter
dum etia a temporis parte nascitur. Hunc recentem non
difficile est discutere medicamentis. iamq; et crassitudo quo
q; accessit excidi debet. post abstinentia uero unius diei uel
aduersus in sedili contra medicum is homo collocandus est:
uel sic aduersus ut in gremium eius caput resupinus effun
dat: quid et si in sinistro oculo nicium est aduersum. Si in
dextro resupinium collocari uoluit: alteram autem palpebra
a ministro diduci oportet. alteram a medico: sed ad hoc si
ille aduersus est inferiorem: si supinus supiorem. Tum ide;
medicus hamulum acutum paulum mucrone intus recur
uato: subicere extremo ungui debet: eumq; infigere: atq; ea
quoq; palpebram tradere alteri. ipe hamulo apprehenso leua

re unguem eumq; acu traucere lino trahente: deinde acum po
nere. Lini duo capita apprehendere: et per ea recto ungue
si qua parte oculo inheret manubriolo scalpelli deducere do
nec ad angulum ueniat. Deinde inuicem modo remittere mo
attrahere: ut sic et initium.n. et finis anguli reperiatur. Du
plex.n. periculu; est: ne uel ex ungue aliquid relinquatur.
Q uod exulceratum uix ullam recipiat curatione uel et ex an
gulo quoq; caruncula abscidatur: que si uehementius unguis
ducitur sequitur. Ideoq; decipit. ac si abscisa est. patefecit fo
ramen per quod postea semper humor descendit. rhyphada gre
ci uocant. Verus ergo unguis finis utiq; noscendus est: qui ubi
satis constitit: non nimium adducto ungue scalpellus adhibe
dus est. Deinde excidenda ea membranula. ne quid ex angu
lo ledatur. Eo deinde ex melle lintamentu supdandum est.
supraq; linteolum: et aut spongia aut lana sucida. proximis
q; diebus diducendus quotidie oculus est: ne cicatrice inter
se palpebre glutinentur. Si quidem id quoq; tertium pericu
lum accedit: eodem; modo lintamentu imponendum: ac no
uissime inunguendu; collyrio: quo ulcera ad cicatricem dida
cuntur. Sed ea curatio uere esse debet: aut certe ante hieme.
Q uare ex plura loca pertinente semel dixisse satis erit.
Nam duo genera curationu sunt. Alia in quibus eligere
tempus non licet: sed utendum est eo quod incidit: sicut
in uulneribus in fistulis. Alia in quibus nullu; die surget
et expectare tutissimu et facile est: sicut euenit in his q
tarde increscunt et dolore no cruciant. In his uer expec
tandu; est. Aut si quis magis pressit: melior tn autumno
uel estas uel hyems est. Atq; is ipe medius iam fractis e
statibus: nondum ortis frigoribus: quo magis aute neces
saria pars erit que tractabitur: hoc quoq; maiori peri

culo subiecta est. Sepe quo maior plaga facienda: eo magis hec temporis ratio seruabitur.

Que uitia nascuntur ex ungue.

Ex curatione uero unguis ut dixi uitia nascuntur: que ipa alijs quoq; de causis oriri solent. Interdum.n. fit in angulo parum ungue exciso: uel aliter tuberculum qd' palpebras parū diduci patitur. Enchatis grece nominatur: excidi hamulo et circūcidi debet. hic quoq; diligenter tempata manu: neq; quod ex ipo abscidat. Tam exiguū liniamentum respergendum est: uel catinia uel attramento sutorio. inq; eum angulum diductis palpebris inserendum. Supraq; eodē modo deligandum: proximisq; diebus similiter nutriendū. Tamen in primis aqua egelida uel etiā frigida foueatur. Interdū interse palpebre coalescunt. Aperiq; nō potest oculus: cui malo solet etiā illud accedere ut palpebre cum albo oculi coherescant. Scilicet cū in utroq; fuit ulcus et neglenter curatum: sanescendoq; diduci posse debent: glutinabit angyn blepharus sub utroq; uicio greci uocant. Palpebre tm̄ interse coherentes non difficulter diducuntur: sed interdū frustra. Nam rursus glutinantur: experiri tamē oportet. quia bene res sepiꝰ cedit. Igitur auersum specillum inserendū: diducendeq; eo palpebre sunt: deinde exigua penicilla interponenda, donec exulceratio eius loci finiatur. At ubi albo ipius oculi palpebra inhesit. heraclides tarentinꝰ auctor est. auerso scalpello subsecare magna tum moderatione ut neq; ex oculo neq; ex palpebra quicqm̄ abscidatur: ac si necesse est ex palpebra potius. post hec inunguatur oculus. medicamentis quibus aspritudo

curatur: quotidieq; palpebram uertant: nō solum ut ulceri medicamentū inducatur: sed etiā ne rursus inhereat, ipiq; etiā precipiatur, ut sepe etiā duobus digitis attollat.

E go sic restitutum esse neminem memini. meges se quoq; multa temptasse: neq; profuisse: quia semper iterū oculo palpebra inheserit, memorie prodit.

De serengijs que nascuntur in angulis oculorum.

ETIAM num in angulo qui naribus propior est ex aliquo uicio qua si parua fistula aperitur per quā pituita assidue distillat greci uocant idq; assidue male habet oculum non nūq̄ et exeso osse usq; ad nares penetrat: idq; interdum natura carcinomatis habet. Vbi intente uene et recuruate sunt, colore pallent cutis dura est et leui tactu irritatur. Inflāmationēq; in eas partes que coniecte sunt euocat. Ex his eos qui quasi carcinoma habent: curare periculosum est. Nam mortem quoq; ea res maturat: eos uero qbus ad nares tendit superuacuū: neq; n. sanescunt. At quibus id in angulo est: potest adhiberi curatio: cū eo ne ignotū sit esse difficile: quantoq; angulo: propius id foramen est: tanto difficilior est. quoniam per angustū est: in quo uersari manus possit. Recenti tamen re mederi facilius est. Sed hamulo summū eius foraminis excipiendū. Deinde totū ad cauum sicut in fistulis dixi usq; ad os excidendum. oculoq; et ceteris iunctis partibus bene obtectis. os ferramento adurendū est: uehementiusq; si iam caries est: quo crassior his squama accedat: qdam adurentia imponunt: ut attramentū sutorium ul calchitidem uel eruginem rasam: quod et tardius et nō idem facit. Osse adusto curatio sequitur eadem que in

ceteris ustis. Cura pilorum adulterorum.

PILI uero qui in palpebris sunt duabus de causis oculum irritare consuerunt. Nam modo palpebre superioris summa cutis relaxatur et procidit: quo fit ut eius pili ad ipm oculum conuertantur: quia non sil cartilago quoq; se remisit: modo sub ordine naturali pilorum alius ordo subcrescit: qui protinus intus ad oculum tedit: curationes hee sunt. Si pili nati sunt qui non debuerunt: tenuis acus ferrea ad similitudinem haste lata in igne coicienda est. Deinde candens sublata palpebra sic ut eio pernicioli pili in conspectum curantis ueniant sub ipis pilorum radicibus inuitanda est: ut ea tertia partem palpebre transuebat. inde deinde iterum tertioq; usq; ad tertium angulum quo fit ut omnes pilorui radices adiste emouentur. Tum super imponendum medicamentu est quod inflamationem prohibeat: atq; ubi cruste exciderunt ad cicatricem perducendum. Facillime ante id genus sanescunt. Quidam aiunt acu transui iuxta pilos in exteriorem partem palpebre oportere: eamq; transinitti duplicem capillum muliebrem ducentem: atq; ubi acus transijt: ipius capilli sinum quia duplicatur pilum esse coiciendum. et per eum in superiorem palpebre partem attrahendum. ibiq; corpori adglutinandum et imponendum medicamentu quo ferumen quoq; gluinetur. Sic n. fore ut is pilus in exteriorem partem postea spectet: id primu fieri no potest nisi in pilo longiore: cum fere breues eo loco nascuntur. Deinde si plures pili sunt necesse longum tormentu. cum tociens acus transui magnamq; inflamationem moueat. Nouissime cu humor aliquis ibi subsit oculo et ante per pilos et tum per palpebre foramina affecto. Vix fieri potest ut gluten quo iunctus est pilus no

resoluatur. Coq; fit ut is eo unde ui abductus est redeat: ea uero curatio que palpebre laxioris ab omnibus frequentatur nihil habet dubij. Si qdem oportet contecto oculo mediam palpebre cutem siue ea superior siue inferior est apprehendere digitis ac leuare. Tum considerare quantulo detracto futurum sit: ut naturaliter se habeat. Si qdem hic quoq; duo pericula circumstant. Si nimium fuerit excisum ne contegi oculus non possit. si parum ne nihil actum sit et frustra sectus aliquis sit: qua deinde incidendum iudebitur. Per duas lineas attramento notandum est sicut de interiore que pilos continet: et propiore et linea aliquid relinquatur. quod apprehendere acus postea possit. his constitutis scalpellus adhibendus est et si superior palpebra est. ante si inferior postea
P ropius ipis pilis incidendum initiumq; faciendum in sinistro oculo: ab eo angulo qui tempori in dextro: ab eo qui naribus propior est. idq; quod inter duas lineas est. est excidendus. Deinde ore uulneris inter se simplici sutura committende: operiendusq; oculus. et si parum palpebra descendet: laxandos utroq; si nimium aut astringendum. aut etia rursus tenuis habenula ulteriore ora excidenda. ubi secta est. alte suture adiciende: que supra tres esse no debent. Preter hec in superiore palpebra sub pilis ipis incidenda linea est. ut ab inferiore parte diducti pili susum spectent. usq; si leuis inclinatio est etia solum satisfuetur. inferior palpebra eo non eget. his factis spongia ex aqua frigida expressa super deligandaest. postero die glutinans emplastrum iniciendum. Quarto sutura tollenda est collyrio quod inflamationes reprimit superinungendum. Non nunq; autem nimium sub hac curatione excisa cute euenit ut oculus no contegatur: idq; interdum etia alia de causas sit lagoptalamus greci appel

lant. In quo si nimium palpebre deest: nulla id curatio pōt restituere. Si id exiguum mederi licet: paulum infra supercilium cutis incidenda est. Lunata figura cornibus eorum deorsum spectantibus altitudo esse plage usq; ad cartilaginem debet: ipa illa nihil lesa. Nam si ea incisa est palpebra concidit: neq; attolli postea potest. Cute igitur tantū diducta sit: ut paulum in ima oculi ora descendat hiantes scilicet super plagas. in quam liniamentū coiciendum est, quod et coniungi diductam cutem prohibeat: et in medio carunculam citet: que ubi eum locum impleuit: postea recte oculus operietur. Vt superioribus autē palpebre uiciū est quod parum descendit. ideoq; oculum non contegit sic inferioris quo parum susum attollitur pendet et hiat: neq; potest cū superiore cōmiti. Atq; id quoq; euenit interdum ex simili uicio curationis. interdum etiā senectute etropion greci uocant. Si ex mala curatione est: eadē ratio medicine est: que suprapositā est: plage tm̄ cornua. ad maxillas nō ad oculum conuertende sunt.

Si ex senectute est tenui ferramento id totū extrinsecus adurendum est: deinde melle inunguendum. at quarto die uapore aque calide fouendum inunguendumq; medicamentis ad cicatricem perducentibus.

Cura Aciui.

HEC fere circa oculum in angulis palpebris incidere consuerunt. In ipso autē oculo non nunq̄ summa attollitur tunica, siue ruptis intus membranis aliq̄bus siue laxatis. et similis figura aciuo fit. Vnde id scaphiloma greci uocant. Curatio duplex est. altera ad ipas radices. per medium transuere acu duo lina ducēte. deinde alterius lini duo capita ex superiore parte,

alterius ex interiore adstringere: interque paulatim secā do id excidunt. Altera in summa parte eius ad lenticule magnitudinem excidere. Deinde spodium aut catiniam infricare: utrolibet autē facto: album oui lana excipiendum et imponendū: posteaq; uapore aque calide fouendus oculus: et lenibus medicamentis inunguendus est.

De clauis.

CLAVI autē uocantur callosa in albo oculi tubercula, quibus nomen a figure similitudine est. hos ad imam radicem perforare acu cōmodissimum est. infraq; eam excidere, deinde lenibus medicamentis inunguere.

De cataractis.

SVffusionis iam alias feci mentionem: quia cū recens incidit: medicamentis quoq; sepe discutitur. Sed ubi uetustior facta est: manus curationem desiderat, que inter subtilissimas haberi potest. De qua anteq̄ dico, paucis ipius oculi natura indicanda est. Cuius cognitio cū ad plura loca pertineat: tum uel precipue ad hunc pertinet. Is igitur summas habet duas tunicas: ex quibus superior a grecis caeratoides uocatur. Ea qua parte alba est satis crassa: pupille loco extenuatur: huic inferior adiuncta est: media parte qua pupilla est modico foramine concaua. circa tenuis ulteriotibus partibus ipā quoq; plenior que choriodes a grecis nominatur. He due tunice cū interiora oculi cingunt: rursus sub his coeūt extenuateq; et in unū coacte per foramen quod inter ossa est ad membranā cerebri perueniunt eoq; inherescunt. Sub his autē qua parte pupilla est locus uacuus est. deinde infra rursus tenuissima tunica, quam herophilus araconide nominauit ea media subsidit.

Coq; cauo continet quiddam quod a nitri similitudine hya
loydes greci uocant: id neq; liquidum neq; aridum est:
sed quasi concretus humor: ex cuius colore pupille color
niger est uel cesius cū summa tunica tota alba sit: id aūt
superueniens ab interiore parte membranula includit
sub his gutta humoris est, oui albo similis a qua uidendi
facultas proficiscitur. cristalloydes a grecis nominatur.
Igitur uel ex morbo uel ex ictu concrescit humor sub du
abus tunicis. qua locum uacuū esse proposui. isq; paula
tim indurescens interiori potentie se opponit. Vicijq; ei⁊
plures species sunt. quedaꝫ sanabiles sunt: quedam que
curationem non admittunt. Nam si exigua suffusio est,
si īmobilis: colorem uero habet marine aque uel ferri
nitentis: et a latere sensum aliquem fulgoris relinquit
spes superest. Si magna est. si nigra pars oculi: amissa naturali
figura in aliam uertit. Si suffusioni color cerulentus est aut
auro similis. si labat illa ac mouetur: uix unq̄ succurritur.
fere uero peior est quo ex grauiore morbo: maioribus ue ca
pitis doloribus: uel ictu uehementiore orta est: neq; idonea
curatio. si senilis etas est: que sine nouo uicio tamē hebe
tem aciem habet. At ne puerilis qdem sed inter hec media
etas. Oculus quoq; curationis neq; exiguus neq; concauus satis
oportunus est: atq; ipius suffusionis quedaꝫ maturitas est. Ex
pectanduꝫ igit est donec iam nō fluere sed duricies quedaꝫ
nō creuisse uideatur. ante curationē autē modico uti ci
bo: bibere aquam triduo debet pridie ab omnibus abstinē.
Post hec in aduerso sedili collocandus est, loco lucido lumine
aduerso: sic ut contra medicus paulo altius sedeat. a poste
riore autē parte caput eius qui curabitur minister con
tineat ut īmobile id prestet. Nam leui motu eripi acies ī

perpetuum potest. quin etiam ipe oculus qui curabitur im
mobilior faciendus est. super alterū lana imposita et deli
gata. Curari uero sinister oculus dextra manu dexter si
nistra debet. Tum acus admouenda est, aut acuta aut for
te nimiū tenuis eaq; demittenda: sed recta est per sūmas
duas tunicas medio loco inter nigrum oculi et angulum
tempori propior est. e regione medie effusionis. sic ne
qua uena ledatur: neq; tamē tum de dimittenda: quia
inani loco excipitur. Ad quem cū uentum est: ne medio
criter qdem peritus falli potest: quia prementi nihil reni
titur. Vbi eo uentum est, inclinanda acus ad ipam suffusio
nem est. leniterq; ibi uerti et paulatim eam deducere
infra regionem pupille debet. Vbi deinde eam transit, ue
hementius imprimi, ut inferiori parti insidat: si hesit cu
ratio expleta est. Si subinde redit eadē acu concidenda
et in plures partes dissipanda est que singule et facilius cō
duntur: et minus late officiunt. post hec educenda recta
acus est: imponendū est lana molli exceptum oui album.
et supra quod inflamationem coerceat: atq; ita deuincen
dum. Post hec opus est quiete, abstinentia, lenium medica
mentorū inunctionibus cibo: qui postero die satis mature
datur. Primū liquido ne maxille laborent: deinde infla
matione finita tali, qualis in uulneribus propositus est: q
bus ut aqua quoq; diutius bibatur necessario accedit. :-

Qualiter fluens humor oculorum potest agnosci. :-

DE pituite quoq; tenuis cursu: qui oculos infestat
quatenus medicamentis agendum est iam explicui
nunc ad ea ueniam que curationem ex manu postu
lant. animaduertimus autē quibusdam nūq̄ siccessere
sed semper humore tenui madere: que res aspritudinem

continuat: ex leuibus momentis inflāmationes et lippitudines excitat: totamq; deniq; uitam hominis infestat. Id in quibusdaz sanabile est: quod primū discrimen nosse oportet ut aliter succurratur: alteri manus non iniciatur. Ac primū supuacua curatio est his qui ab infantibus id uicium habent: quia necessario mansurus est usq; mortis diem. Deinde nō necessario etiā in his quibus nō multa sed actis pituita est. si qdem manu nihil adiuuantur: medicamentis et uictus ratione que crassiorē pituitam reddit: ad sanitatem perueniunt. Lata etiaz capita uix medicine patent: tum interest uene pituitam emittant que inter caluariam et cutem sunt.

An que inter membranā cerebri et caluariam superiores uero per tempora oculos rigant: inferiores per eas mēbranas que ab oculis ad cerebrum tendunt. Potest aūt adhiberi remedium in his que supra os fluunt. non potest his que sub osse. ac ne is qdem succurritur quibus pituita utriq; descendit: quia lenata altera parte: nihilominus altera infestat. quid sit autē hac ratione cognoscitur. Raso capite ea medicamenta quibus in lippitudine pituita suspenditur: a supcilijs usq; ad uerticem inlini debent: si sicci oculi esse ceperunt: apparet per eas uenas que sub cute sunt inrigari: si nihilominus madent: manifestum est sub osse descendere. Si est humor sed lenior duplex uicium est: plurimi tn̄ ex laborantibus repperiuntur quos superiores uene exerceant. Ideoq; etiā pluribus opitulari licet. idq; non in grecia tantū modo sed in alijs quoq; gentibus celebre est: adeo ut nulle medicine pars magis per nationes quoq; exposita sit. Reperti in grecia sunt qui nouem lineis cutem ca-

pitis inciderent. duabus in occipitio rectis una semper eas transuersa. tribus inter uerticem et frontem rectis. reperti qui a capite rectas lineas ad tempora diducerent.

Cognitisq; ex motu maxillarum musculorū inicijs: leniter super eos cutem inciderent. Inductisq; pertusos hamos oris insererent liniamenta, ut neq; inter se cutis antiq fines cōmitterentur. et in medio caro increscerent que uenas ex quibus humor ad oculos transiret adstringerent.

Quidam etiā attramento duas lineas duxerunt a media aure ad mediam alteram aurem. Deinde a naribus ad uerticem. tum ibi linee cōmittebantur: scapello inciderūt et post sanguinem effusum os ibidem adusserunt. Nihilominus autē; et in temporibus, et inter frontem atq; caluariam eminentibus uenis idem candens ferrum admouerūt. frequens curatio est: uenas in temporibus adurere: que fere qdem in eiusmodi malo tument: sed tamen ut inflentur magisq; se ostendant: ceruix autē modice deliganda est: tenuibusq; ferramentis et retusis, uene adurende donec in oculis pituite cursus conquiescat. Id.n. signū est quasi excecatoru; itinerum, per que humor ferebatur. Valentior tn̄ medicina est ubi tenues condite q; uene sunt. ideoq; legi nō possunt: eodē; modo ceruice deligata retentoq; ab ipo spiritu quo magis uene prodeant: attramento notare eas contra tempora et inter uerticem ac frontē.

Deinde ceruice resoluta, qua note sunt uenas incidere et sanguinem mittere: ubi satis fluxit tenuibus ferramentis adurere. Contra tempora qdem timide: ne subiecti quidem musculi qui maxillas tenent sentiant. Inter frontē uero et uerticem uehementer ut squama ab osse recedat. Efficatior tn̄ etiā; num est afrorū curatio: qui uertice

usq; ad os adurunt: sic ut squamam remittat. Sed nihil melius est q̄ qd' in gallia quoq; comata fit. Vbi uenas in temporibus et in superiori capitis parte legunt. Adusta quodam modo curanda sint iam explicui. Nunc illud adicio neq; ut cruste decidant, neq; ut ulcus impleatur: adustis uenis esse properandu; ne uel sanguis erumpat uel cito pus supprimatur. Cum per hoc siccessere eas partes opus sit. per illud exhauriri opus nō sit. Si qn tamen sanguis eruperit infricanda medicamenta esse que sic sanguine supprimunt ne adurent. Quēadmodu; aut uene delegende sint. quicq; lectis his faciendum sit cum uenero ad crurum radices dicam.

Curas aurium.

VERVM ut oculi multiplicem curationē etiam manus exigunt: sic in auribus ad modum pauce sunt que hac medicine parte tractentur. Solet tamē euenire: uel a primo natali die protinus uel postea facta exulceratione: deinde per cicatricem aure repleta ut foramen in ea nullum sit. ideoq; audiendi usu careat: quod ubi incidit: specillo temptandum est. alte ne id repletum an in summo tantū glutinatum sit. Nam si alte est prementi nō cedit. Si in summo specillum protinus recipit, illud attingi nō oportet ne sine effectus spe distentionis neruorū, et ex ea mortis periculum sit. hoc facile curatur.

Nam qua cauum esse debet: uel medicamentū aliquod imponendum est ex adurentibus uel candente ferro aperiendum uel etiā scalpello incidendum. Cūq; id patefactum, etiā ulcus purum est: coicienda eo pinna est inlita medicamento cicatrice inducente circaq; idem medicamentū dandum: ut cutis circa pinnam sanescat: quo fit ea remota postea facultas audiendi sit. At ubi aures in uiro puta

perforate sunt et offendunt: traicere id cauum celeriter candente acu satis est: ut leuiter eius ora exulcerentur. Aut etiā adurente medicamento idem exulcerare. postea deinde imponere id quod purget, tum quod eum locum repleat, et sic cicatricem inducat. Qud si magnū id foramen est sicut solet esse in his qui maiora pondera auribus gesserunt incidere quod superest ad extremū oportet supra deinde ora scalpello exulcerare et postea suere ac medicamentū quod id glutinetur imponere. Tercium est si quid curti ē sarcire: que res cū in labris quoq; et naribus possit eandē etiā rationem habeat: simul explicanda est. Curta igitur in his tribus ac si qua parua paria sunt curari possunt. Si qua maiora sunt: aut non recipiunt curationem: aut ita per hanc ipam deformantur ut minus indecora ante fuerunt: atq; in aure qdem et natibus deformitas sola timeri potest. In labris uero si nimiū contracta sunt ususq; quoq; necessarij iactura: quia minus facile et cibus adsumitur et sermo explicatur: neq; n. creatur ibi corpus, sed ex uicino aducitur quod in leni mutatione et nihil eripere et fallere oculum potest: in magna nō potest. Neq; senile autē corpus neq; quod mali habitus est: neq; in quo difficulter ulcera sanescunt. huic medicine idoneum est: quia nusq̄ celerius cācer occupat: aut difficilius tollitur. Ratio curationis eius modi est. Id quod curatum est, in quadratū redigere, ab interioribus eius anguli lineas transuersas incidere que citeriorem partem ab alteriore parte ex toto diducant: deinde ea que sic resoluimus in unum adducere: si non satis iunguntur: ultra lineas quas ante fecimus: alias duas lunatas et ad plagam conuersas immittere: quibus sūma tm̄ cutis deducatur. Sic n. fit ut facilius quod adducitur sequi possit.

quod non ui cogendum est: sed ita adducendu; ut ex facili subsequatur: et dimissum nō multum recedat. Interdu; tn ab altera parte cutis aut omnino adducta deformē quem reliquit locum reddit. huiusmodi locis altera pars inciden da, altera intacta habenda est. Ergo neq; ex imis auribus neq; ex medio naso imis uenarū partibus: neq; ex angulis labrorum quicq̄ attrahere temptabimus. Vtriq; autē pete mus: si quid summis auribus: si quid his imis. si quid autem medio naso: aut medijs naribus: aut medijs labris deserit: idq; tamē interdum etiā duobus locis curata esse consuerunt: sed eadē ratio curanda est: neq;. n. aut glutinatur, aut acu traicitur: neq; longe tamē incidi debet ne inter duas oras li bre cutis. utriq; coitus puris fieri possit. Tum iuncte ore i ter se suende sunt. Vtriq; cute apprehensa, et que priores linee sunt: he quoq; suture iniciende sunt: siccis locis ut in naribus inlita spuma argenti satis proficit. In ulterio res lunatasq; plagas liniamentū dandum est: ut caro in crescens uulnus impleat: summaq; cura quod ita sutum est tuendum esse apparere ex eo potest: quod de cancro supra posui. Ergo etiā tercio quoq; die fouendum erit uapore aque calide. Rursusq; idem medicamentū initiendum. fereq; septimo die glutinatum est. Tum suture eximi et ulcus ad sanitatem perduci debent.

Cura polyppi.

Polyppum uero qui in naribus nascitur ferro precipue curari. Iam alias posui. Ergo etiā hunc ferramento acuto in modum pate facto resoluere ab osse oportet ad hibita diligentia: ne infra cartilago ledatur in qua diffici lis curatio est: ubi abscissus est: unco ferramento extrahē dus est. Tum implicitum liniamentū uel aliquid ex peni

cillo respergendum est medicamento quo sanguis supprimi
tur eoq; nares leniter implende: sanguine suppresso linia
mento, ulculus purgandum est: ubi purum est. eo pinna eo
dem modo quo in aure suprapositū est medicamentū illi
niata quo cicatrix inducitur intus demittenda donec ex
toto id sanescat.. De ozena quid senserit.

ID autē uicium quod ozena grece uocatur. si medica
mentis nō cederet quēadmodū manu curandum
esset apud magnos chyrurgicos non repperi: credo qa
res raro ad sanitatem satis proficit. Cum aliquod in ipā cu
ratione tormentū habeat. Apud quosdam tamen positū
est: uel facilem fistulam uel enodem scriptorū calamum
in nare esse coiciendum donec susum ad os perueniat. Tū
per id tenue ferramentū candens dandum esse ad ipm os.
D einde adustum locum purgandū esse erugine et melle, u
bi purus est. lycio ad sanitatem perducendum: uel narem
incidendum esse ab una parte ad os: ut et conspici locus pos
sit et facilius candens ferramentū admoueri. Tum sui na
rem debere et adustum qdem ulcus eadē ratione curari.
S uturam uero inliniri uel spuma argenti uel alio glutinātē.

Oris cure diuerse.

IN ore quoq; quedā manu curantur: ubi in primis
dentes non nūq̄ mouentur: modo propter gingiua
rum arescentium uicium oportet in utrolibet candens
ferramentū gingiuis admouere. leuiter attingat: nō ut
nisi dat aduste gingiue melle inliniende et mulso eluen
de sunt: ut pura ulcera esse ceperunt: arida medicamen
ta infricanda sunt ex his que reprimūt. Si uero dens do
loris mouet: eximiq; eum quia medicamenta nihil adiu
uant placuit: circūradi debet: ut gingiua ab eo resoluatur.

Tum is concutiendus est: eaq; facienda donec bene moueatur. Nam dens herens, cū summo periculo euellitur ac non nūqm̄ auxilia loco mouetur: idq; etiā maiore periculo in superioribus dentibus fit: quia potest tempora oculos ue concutere. Tum fieri si potest manu si minus forfice dens recipiendus. Ac si exesus est ante id foramen uel liniamento uel bene accōmodato plumbo replendum est: ne sub forfice confringatur. Recta uero forfex ducenda est: ne inflexis radicibus os tarum euidens inheret partem aliquam frangat: neq; ideo nullus eis rei periculum est utrq; in dentibus breuibus qui fere longiores radices habent. Sepe n. forfex cū dentem comprehendere nō posset: aut frustra comprehendat: os gingiua precidit et frangit. Protinus autē ubi plus sanguinis profluit scire licet aliquid ex osse fractum esse: ergo specillo conquirenda est testa que recessit et uolsella protrahenda est. Si non sequitur incidi gingiua debet: donec labans ossis testa recipiatur: quod si factum statim nō est: indurescit extrinsecus maxilla: ut is hiare non possit: sed imponendum ex farina et fico cathaplasma est: donec ibi pus moueatur. Tum incidi gingiua debet: pus quoq; multum profluens ossi fracti nota est. Itaq; etiam tu id extrahi conuenit. Non nunq̄ etiam eo leso fistula fit que cradi debet: dens autē scabet qua parte niger est radendus est: inliniendusq; rose flore contrito cui galle quarta pars et alteta mitte est adiecta. Continendum ore crebro uinū meratum: atq; in eo casu uelandum caput ambulatione multa fructione capitis: cibo non acri utendum est. ac si ex ictu uel alio casu aliqui labant dentes: auro cum his qui bene herent uinciendi sunt. Concinendaq; ore reprimentia: ut uinum in quo malicorum decoctum: aut in quo galla candens conuecta sit. Si quando etiā in pueris aut aliter dens nascitur

q̃ prior excidat: is qui cadere debuit circũpurgandus et euellendus est. Is qui natus est in locum prioris quotidie digito adurgendus: donec ad iustam magnitudinem perueniat. Quotiens cũq; dente exempto radix relicta est: protinus ea quoq; adid facta forfice quam riza greci uocant eximenda est. Tonsillas autẽ que post inflamationes induruerunt: anticidas aut a grecis appellantur. cũ sub leui tunica sint: oportet digito cũ curadere et euellere: sine sic qdem resoluunt: hamulo excipere et scalpello excidere: tum ulcus aceto eluere et inlinire uulnus medicamento quo sanguis supprimatur.

VVVE CVRE.

VVA si cum inflamatione descendit doloriq; est et tubi cundi coloris: precidi sine periculo non potest. Solet n. multum sanguinem effundere: utaq; melius est his uti que alias proposita sunt. Si uero inflamatio qdem nulla est: nihilo minus autem ea ultra iustum modum a pituita diducta est et est tenuis: acuta alba precidi debet. Iremq; si ima liuida et crassa. summa tenuis est: neq; quicq̃ cõmodius est q̃ uolsella prehendere sub eaq; quod uolumus excidere. Neq; n. periculum est. ne plus minusue precidatur. cũ liceat tantum intra uulsellam relinque: quantũ esse inutile manifestum est: idq; precidere quo longior uua est q̃ esse naturaliter debet. Post curationem eadem facienda sunt que in tonsillis proxime posui.

De Lingua muta.

LIngua uero quibusdam cum subiecta parte a primo natali die iuncta est: qui ob id ne loqui qdem possunt. Horum extrema lingua uulsella prehendenda est: sub eaq; membrana incidenda: magna cura habita: ne uene que iuxta sunt uiolentur et profusione sanguinis noceant: reliqua curatio uulneris in prioribus posita est et pleriq; qdem ubi cũ sanauerint

tunc locuntur. Ego autē cognoui qui succisa lingua cum habunde super dentes ea premeret nō tamen loquendi facultatem consecutus est. adeo medicina etiam ubi perpetuum est quod fieri debet: non tamen perpetuum est id quod sequi conuenit.

Si quid sub lingua nascitur quali curatione

SVB lingua quoq; interdum aliquid abscedit: quod fere consistit in tunica doloresq; magnos mouet: quod si exiguum est: incidi semel satis est. Si maius cutis usq; ad tunicam excidenda est: deinde utriq; ore hamulis excipiende: et tunica undiq; circūdata liberada est magna diligentia per omnem curationem habita. ne qua maior uena incidatur.

Cura labiorum

LABRA autē sepe finduntur: eaq; tes habet cui; dolore hanc molestiam qd sermo prohibetur: qui subinde eas rimas cū dolore diducendo sanguinem ciet. sed has in summo sunt medicamentis curare cōmodius est que ad ulcera oris fiunt. Si uero altius descenderunt. necessarium est cenu ferramento adurere: quod spare simile quasi transcurrere nō imprimi debet. Postea facienda eadem sunt que in auribus adusta exposita sunt.

De his que in ceruice nascuntur

AT in ceruice inter cutem et asperam arteriam tumor increscit broncocelesis greci uocant. Quomodo carro hebes: modo humor aliquis melli aqueue similis induditur: interdum etia minutis ossibus pli immixti: ex qbus quicquid est quod tunica continetur: potest adurentibus medicamentis curari. Quibus summa cutis cū superiecta tunica ereditur: quo facto siue humor est profluit siue quid densius digitis educitur: tum ulcus sub liniamentis sanescit.

Sed scalpelli curatio breuior est. medio tumore una linea t

ciditur usq; ad tunicam. Deinde uiciosus sinus ab integro corpore; digito separatur totusq; cū uelamento suo eximitur.
T um aceto cui uel salem uel nitrum aliquis adiecit eluitur oreq; una sutura iunguntur. Ceteraq; eadem que in alijs suturis super iniciuntur. Ceteraq; eadem. Leniter deinde ne fauces urgeat deligatur. Si quando autē tunica eximi non potuerit: intus inspergenda adurentia. liniamētis idq; curandum est. ,,. Cura eminentis intestini.,,

SVNT etiā circa umbilicum plura uicia: de quibus ꝑꝑ raritatem inter auctores parum constat. Verisile est aūt id a quo quoq; pretermissum: quod ipē nō cognouerat. a nullo id quod nō uiderat fictum. Commune omnibus est umbilicum in decore prominere; cause requiruntur. Meges tres has posuit: modo intestinum eo irrumpere: modo omentum: modo humorem. Sostracus nihil de omento dixit. duobus isdem adiecit carnem ibi interdum increscere. eamq; modo integram esse: modo carcinomati silem. Gorgias ipē quoq; omenti mentionem omisit. Sed eadem tria causatus spiritum quoq; interdum eo dixit irrumpere. Heron omnibus his quatuor positis et omenti mentionem habuit: et eius quod simul et omentū et intestinum habuerit. Quid aūt horū sit his indicijs cognoscitur. ubi intestinum prolapsum est: tumor neq; durus neq; mollis est. Omni frigore nō minuitur non solum sub omni calore sed etiā retento spiritu crescit.
S onat interdum: atq; ubi resupinatus est aliquis delapso intestino ipē desidit. Vbi uero omentum est cetera silia sunt tumor mollior et ab ima parte latus: extenuatus ē in uerticem. si quis apprehendit elabitur ubi utrūq; est: indicia quoq; mixta sunt et inter utrumq; mollicies. At

caro durior est: semperq; etiā resupinato corpore tumet:
P rementiq; non cedit: prioribus facile cedentibus: si uitio
sa est: easdem notas habet quas in carcinomate exposui. hu
mor autē si premitur circūfluit. At spiritus pressus cedit
sed protinus redit. resupinato quoq; corpore: tumorem in
eadem figura tenet. Ex his id quod ex spiritu uicium est
medicinam nō admittit. Caro quoq; carcinomati similis cu
periculo tractatus. Itaq; omittenda est: sana excidi debet: id
q; uulnus liniamentis curari. humorem qdem uel inciso sum
mo tumore effundunt: et uulnus hisdem liniamentis curāt.
I n reliquis uarie sententie: ac resupinandum qdem corpus
est: et resupā testatur: ut in uterum siue intestinū siue
omentum est delabatur: sinus uero umbilici: tum uacuus
a quibusdam duabus regulis exceptus est. Vehementer q;
earū capitibus deligatis ibi emoritur a quibusdam ad ima
acu traiectatur: duo lina ducente: deinde utrisq; lini duob;
capitibus diuerse partes adstricte: quod in una quoq; oca
li fit. Nam si id quod supra uinculum est moritur. Adie
cerunt qdam ut anteq̄ uincirent summū una linea in
ciderent: excideremtq; quo facilius digito dimisso: qd
illic irrupisset depellerent: tum deinde uinxerunt. Sed
habunde est iubere spiritum continere. Vt tumor qua
tus maximus esse potest se ostendat. Tum imam basim eo
atramento notare: resupinatoq; homine digitis tumorem eū
premere: ut si quid delapsum nō est manu cogatur. Post hec
umbilicum attrahere equa nota atramenti est: lino uehemē
te adstringere. Deinde partem supiorem aut medicamētis
aut ferro adurere: donec emoriatur. atq; ut cetera ista ul
cus nutrire. Idq; nō solum ubi intestinum uel omentū: uel
utriūq; est sed etiā ubi humor est optime proficit: sed ante

quedam uisenda sunt. ne quod ex uinculo periculum sit.
Nam curationi neq; infans. neq; aut robustus annis aut senex
aptus est: sed a septimo fere anno ad quartudecimus: deinde
ei corpus idoneum est, id quod integrum est. At quod mali ha
bitus est quodq; papulas impetigines similiaq; habet idoneu
non est. Leuibus quoq; tumoribus facile subuenitur. At in eo
rum qui nimis magni sunt curatione periculum est. Tempus
autē anni et autūnale et hybernum uitandum est. Ver ido
neum maxime est, ac prima estas non aliena est preter
hec abstinere pridie debet. neq; id satis est: sed aluus quoq;
educenda est: quo facilius omnia que excesserunt intra aluū
considant. Qualiter aqua sit tollenda hydropicis.

AQVAM his qui hydropici sunt emitti oportere alias
dixi: nunc quēadmodu; id fiat dicendum est. Quidā
autē sub umbilico fere quatuor interpositis digitis
a sinistra parte. qdam ipo umbilico perforato id facere con
suerunt. qdam cute primū adusta: deinde interiore abdomi
ne inciso: quia quod per ignem diuisum est minus celeriter
coit. ferramentum autē dimittitur magna cura habita neq^a
uena incidatur: id tale esse debet: ut fere tertiam digiti par
tem latitudo mucronis impleat: demittendumq; ita est ut mē
branam quoq; transeat. qua caro ab interiore parte finitur.
ea cū plumbea aut enea fistula coicienda est: uel recuruatis
in exteriorem partem labris. uel in media circūsurgente qua
dam mora ne tota intus delabi possit. Huius ea pars que
intra paulo longior esse debet q̄ que extra: ut ultra ulte
riorem membranam procedat: per hanc effundendus humor
est. Atq; ubi maior pars esus euocata est. cludenda demisso
linteolo fistula est et in uulnere: si id ustum non est relin
quenda: deinde per insequentes dies circa singulas heminas

emittendum. donec nullum aque uestigium appareat.

Quidam tn̄ etiam nō usta acute protinus fistulam recipiūt, et super uulnus spongiam expressam deligant. Deinde postero die rursus fistulam demittunt: quod recens uulnus paulum diductum patitur: ut si quid humoris superest emittatur. idq; bis ita fecisse contenti sunt.

Casus intestini uulnerati qui diuersis casibus euenit super pectineos.

NONnūq̄ autē uenter ictu aliquo perforatur. sequiturq; ut intestina euoluantur: quod ubi incidit protinus considerandum est. an integra ea sint. Deinde an his color suus maneat. Si tenuius intestinū perforatum est: nihil profici posse iam retuli: latius intestinum sui potest. non qd' certa fiducia sit: sed qd' aliqua spes certa desp̄atione sit potior. Interdum.n. glutinatur: tum si utrūlibet intestinum liuidum, aut pallidum aut nigrum est. quibus illud quoq; necessario accedit: ut sensu careat: medicina omnis inanis est. Si uero adhuc ea sui coloris sunt cū magna festinatione succurrendum est: momento.n. alienantur externo et insueto spiritu circūdata: resupinandus autem homo est coxis erectioribus. et si angustius uulnus est q̄ ut intestina cōmode refundantur: incidendum est donec satis pateat. Ac si iam sicciora intestina sunt. p̄luenda aqua sunt. cui paulatim ad modum olei sit adiectum. tum minister oras uulneris leuiter diducere manibus suis. uel etiā duobus hamis membrane interiori iniectis: debet medicus priora semper intestina que posteriora prolapsa sunt condere: sic ut orbium singulorum locum seruet. Repositis omnibus leniter homo concutiendus est: quo fit ut per se singula intestina in suas edes di

ducantur et inibi considant. his conditis, omentū quoq; co
siderandū est. ex quo si quid iam nigri et emortui est: for
fice excidi debet. Si quid integrum est. leuiter super inte
stina diduci. Sutura autē neq; summe cutis: neq; interio
ris membrane per se satis proficit: sed utriusq;. Et qdem
duobus lineis inicienda est: spissior q̄ alibi. quia et rumpi
facilius motu uentris potest: et nō eque magnis inflamatio
nibus pars ea exposita est. Igitur in duas acus fila coicienda,
eaq; duabus manibus tenenda: et prius interiori membrane
sutura initienda est: sic ut sinistra manu in dexteriore o
ra: dextra in sinistriore a principio uulneris orsa ab inte
riore parte in exteriorem īmitat. Quo fit ut ab intesti
nis ea pars semp acuum sit que retusa est semel utraq; p
te traiecta permutande acus inter manus sunt ut ea sit
in dextra que fuit in sinistra: ea ueniat in sinistram quam
dextra continuit. Iterūq; eodē modo per oras īmittende
sunt, atq; ita tertio et quarto, deincepsq; permutatis in
ter manus acubus includenda plaga. Post hec eadē fila,
eedemq; acus ad cutem transferende: similiq; ratione ei
quoq; parti utraq; initienda. semper ab interiore parte
acubus uenientibus semper inter manus traiectis: dein
glutinantia initienda quibus aut spongiam, aut sucidam
lanam ex aceto impressam accedere debere: manifestius
est q̄ ut super dicendum sit. Impositis his leuiter declina
ri uenter debet. De exposito tumore qui diuersis ca
sibus euenit super pectinē.

INterdum tamē uel ictu aliquo: uel retento diu
tius spiritu: uel sub graui fasce interior abdomi
nis membrana: superiore cute integra rumpitur. qd̄
feminis quoq; ex utero sepe euenire consuenit, fitq; p

cipue circa illa: sequitur autē cuꝫ superior caro mollis sit ut non satis intestina contineat, usq; indita cutis indecora intumescat. atq; id quoq; aliter ab alijs curatur: quidam autē per acum duobus linis ad imam basim immissis: sic utriq; deuinciunt: quēadmodū et in umbilico et in uua positum est. Vt quicquid super uinculum est emoriatur. q. dam medium tumorem excidunt ad similitudinem myrtacei folij. quod semp eodē modo seruandum esse iam posui: et tumorem sutura iungunt. Cōmodissimū est autē resupinato corpore experiri manu: qua parte is tumor maxime cedat: quia necesse est ea parte rupta membrana sit: qua quia integra est ea magis obnitatur. Tum qua rupta uidebitur: īmittende scalpello due linee sunt: ut exciso medio: interior membrana utrinq; recentem plagam habeat: quia quod uetus est sutura non coit loco patefacto: si qua parte membrana nō nouam plagam sed ueterem habet: tenuis excidenda habena est, que tantū ora eius exulceret.

C etera que ad suture reliquam curationem pertinent. supra comprehensa sunt. De uaticibus.

PRETER hec euenit ut in quorūdam uentribus uarices sint: quia quarū nulla alia curatio est q̄ que in cruribus esse consueuit: tum eam partem explanaturus. hanc quoq; eo differo. De testiculis.

VENIO autē ad ea que in naturalibus partibus circa testiculos oriri solent: que quo facilius explicē prius ipius loci natura paucis preponenda est. Igitur testiculi, simile quiddaꝫ medullis habent. nam sanguinem nō emittunt et omni sensu carent. dolent autem in ictibus et inflāmationibus tunice: quibus hi continētur.

D ependent uero ab inguinibus per singulos neruos quos

cremasteras greci nominant cū quoruꝫ utroq; bine descen
dunt et uene et arterie. Hec autē tunica conteguntur te
nui: neruosa sine sanguine alba que aegyttoides a grecis
nominatur: super eam ualentior tunica est, que in interio
ri uehementer ima parte inheret darton greci uocant:
multe deinde membrunule, uenas et arterias eosq; neruos
comprehendunt. Atq; inter duas quoq; tunicas superioribꝰ
partibus leues paruuleq; sunt. hactenus propria utriq;
testiculo et uelamenta et auxilia sunt. Communis deinde
utriq; omnibusq; interioribus sinus est qui iam conspicitur
a nobis. Oscheon a grecis. scrotum nostri uocant. isq; ab ima
parte medijs tunicis leuiter innexus est. a superiore tantū
circūdatus. Sub hoc igitur plura uicia esse consuerunt: q̄
modo ruptis tunicis quas ab inguinibus incipere proposui mo
do his integris fiunt. Si qdem interdum uel ex morbo pri
muꝫ inflamatur. Deinde postea pondere abrumpitur. uel
ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica que diducere ab
inferioribus partibus intestina debuit. Tum pondere eo
deuoluitur aut omentum, aut etiā intestinum: atq; u
bi reperta uia paulatim ab inguinibus inferiores quoq; p
tes nisum subinde neruosas tunicas, et ob id eius rei patie
tes diducit. Enterocelen et epiplocelen greci uocant: apud
nos indecorū: sed cōmune his hirnee nomen est. deinde si
descendit omentū. nunq̄ in scroto tumor tollitur siue ine
dia fuit siue corpus huc illucue conuersum: aut aliquomodo
collocatum est. Itemq; si retentus est spiritus nō magnope
increscit. Tactu uero inequalis est et mollis et lubricus. At
si intestinum quoq; descendit tumor is sine inflamatio
ne modo minuitur: modo increscit. Estq; fere sine dolo
re. et cū conquiescit aliquis aut iacet. interdum ex toto

desidit. interdum sic diuiditur. ut in scroto exigue reliquie
maneant. Ac clamore et sacietate. et si sub aliquo pondere
is homo nisus est crescit. frigore omni contrahitur: calo
re diffunditur. Est q: tum scrotum et rotundum et tactu
leue. idq: quod superest lubricum est: si pressum est ad
inguem reuertitur. Dimissumq: uerū cu; quoda; quasi
murmure deuoluitur: et id qdem in leuioribus malis e
uenit. non nūq: aute; stercore accepto uastius tumet
retroq: compelli nō potest. adfert tum dolorem et scro
to et inguinibus et abdomini. Non nunq: stomachus quo
q: adfectus. Primū ruffam bilem per os reddit. deinde
uiridem: qbusdam etiā nigram. integris uero membra
nis interdum eam partem humor distringit: atq: eius
quoq: species due sunt. Nam uel inter tunicas is incre
scit: uel in membranis que ibi circa uenas et arterias
sunt: ubi ee grauate occaluerunt. ac ne et qdem humo
ri qui inter tunicas est, una sedes est. Nam modo inter
summā et mediam, modo inter mediam et imam con
sistit. greci cōmuni nomine quicquid est hydroceelen ap
pellant. nostri scilicet ut nullis discriminibus cognitis
satis hec quoq: sub eodem nomine quo priora habent.
Signa autē quedam cōmunia sunt queda; propria. Co
munia quibus humor deprehenditur. Propria qbus
locis humorem subesse dicimus. Si tumor est nunq: ex
toto se remittens. sed interdum leuior aut propter fame
aut propter febriculam maximeq: in pueris. isq: mol
lis est si nō nimius humor subest. At si is uehemen
ter increuit. renititur sic ut uter repletus et arte a
strictus. Vene quoq: in scroto inflantur et si diguo pres
simus creuit humor. Circūfluensq: id quod nō premi

tur attollit: et tamq̃ in uitro cornuue per scrotu apparet.
Est q; quantu; in ipo est in eo dolore. Sedes aute eius sic
deprehenditur. Si inter summa mediamq; tunicam est,
cũ digitis duobus pressimus: paulatim humor inter eos re-
uertens subit: scrotum ipius albidius est: si ducitur aut
nihil aut paruulum intenditur: testiculus ea parte: ne-
q; uisu neq; tactu sentitur. At si sub media tunica est. in
tentũ scrotum magis se attollit. adeo ut superior coles sub tu
more eo deliteſcat: preter hec eque integris tunicis tames
innascitur. Cirsocelen greci appellant: uene intumescunt
eeq; intorte conglomerateq; ad superiorem partem. uel
ipm̃ scrotum implent. uel mediam tunicam interdu; etia
sub ima tunica circa ipm̃ testiculum neruumq; eius incre-
scunt. Ex his ea que in ipo scroto sunt oculis patent. Ce-
uero que medie ume ue tunice insident ut magis conduce
no eque qdem cernuntur. tamẽ etia; sed uisui subiecte
sunt. preterq̃ quod et tumoris aliquid est pro uenarũ
magnitudine et modo: et id prementi magis renituntur.
Ac per ipos uenarum toros inequale est. et qua parte id
est testiculus magis iusto dependet. Cum uero etia su
per ipm̃ testiculum neruũq; eius id malum increuit: ali
quanto longius testiculus ipe descendit minorq; altero fit
ut pote alimento amisso. Raro sed aliqn caro quoq; inter
tunicas increscit. Sarcocelen uocant interdum etiam ex
inflamatione tumet. ipe testiculus ac febres quoq; affert,
et nisi celeriter ea inflamatio conquieuit dolor ad ingui
na atq; ilia peruenit. Partesq; ee intumescunt: neruius
ex quo testiculus dependet plenior fit simulq; indure-
scit. super hec inguen eum quoq; non nunq̃ uarice im-
plent bubonocelen appellant.

De curis testiculorum.

HIS cognitis de curatione dicendum est in qua quedam communia omnium sunt: quedam propria singulorum.
Prius de communibus dicam. loquar autem nunc de his que scalpellum desiderant. Nam que uel sanari non possint uel aliter nutriri debeant dicendum erit simul cum ad speties singulas uenero. Inciditur autem interdum inguen: interdum scrotum in utraque curatione: homo ante triduo bibere aquam pridie abstinere etiam a cibo debet. ipso autem die collocari supinus.
Deinde si inguen incidendum est: idque iam pube contegitur ante radendum est: et tum extento scroto: ut cutis inguinis intenta sit. id incidendum sub imo uentre: qua cum abdominis tunica in inferiores committuntur. aperiendum autem audacter est donec summa tunica que ipsius scroti est incidatur perueniaturque ad eandem que media est plaga facta. foramen deorsum uersus subest: in id demittendus est sinistre manus digitus index ut diductis interuenientibus membranulis simul laxet: minister autem sinistra manu comprehenso scroto susum uersus eum debet extendere: et quam maxime ab inguinibus abducere. Primum cum ipso testiculo: dum medicus omnes membranulas que super mediam tunicam sunt. si digito deducere non potest. scalpello abscidat. Deinde sine eo ut is delapsus ipsi plage iungatur digitoque inde prematur: et super uentrem cum duabus suis tunicis collocetur. Inde si qua uitiosa sunt circumcidenda sunt. In quibus cum multe uene discurrant. tenuiores quidem precidi protinus possunt. Maiores uero ante longiore lino deligande sunt: ne periculose sanguine sundant. Sin media tunica uexata erit. aut sub ea malum increuerit excidenda erit sic ut alte ad ipsum inguen precidatur.

Infra tamen non tota demenda est. Nam quod ad basim testiculi uehementer cū ima tunica connexum est: excidi sine sūmo periculo non potest. Itaq; ibi relinquendum est: idem in ima quoq; tunica si lesa est faciendum est. Sed non ad summa inguinis plaga uerū infra paulum ea abscidenda: ne lesa ab dominis membrana inflamationes moueat. neq; tamē nimium ex ea susum relinquendum est ne postea sinuetur et sedem eidem malo prestet. Purgatus ita testiculus per ipam plagam cū uenis et arterijs et neruo suo, leuiter demittendus est: uidendumq; ne sanguis in scrotum descendat ne ue concretus aliquo loco maneat; que ita fient: si uenis uincendo medicus prospexit. Lina quibus capita earum continebuntur extra plagam dependere debebunt: que pure orto sine ullo dolore excident: ipi autē plage inciende due fibule sunt: et insuper medicamentū quo glutinentur. solet interdum ab altera ora necessarium esse aliquid excidi ut cicatrix maior et latior fiat: quod ubi incidit liniamenta super nō fulcienda sed leniter tm̄ ponenda sunt supraq; ea que inflāmationem repellant: idest ex aceto uel lana succida uel spongia. Cetera eadem que ubi pus moueri debet adhibenda sunt. At cum in infra incidi oportet: resupinato homine subicienda sub scroto sinistra manus est: deinde id uehementer apprehendendū; et incidendum. si paruulum est quod nocet: modice ut tertia ps integra ad sustinendū; testiculum infra relinquatur. Si maius est etiā amplius ut paulum tm̄modo ad imum cui testiculus insidere possit integrum maneat sed primo rectꝰ scalpellus q̄ lenissima manu teneri debet: donec scrotum ipm̄ diducat. Tum inclinandus mucro est: ut transuersa membrana secet que inter summā mediamq; tunicaꝫ sūt.

A t si uitium in proximo est mediam tunicam attingi non
oportet. Si sub illa quoq; conditur etiā illa incidenda est,
sicut tertia quoq; si illa uitium tegit. Vbicuq; repertus ma-
lum est ministrum ab inferiore parte exprimere mo
derate scrotum oportet medicum digito manubriolo
uel scalpello diductam inferiorem partem tunica ex
tra collocare: deinde eam ferramento quod a similitudi
ne cuiuum uocant incidere: sic ut intrare duo digiti
index et medius possint. His deinde connectis excipien
da reliqua pars tunice: et inter digitos scalpellus imie
tendus est. eximendumq; aut effundendus quicquid est
noxium. quacunq; autē tunicam quis uiolauit illam
quoq; debet excidere, ac mediam qdem ut supradixi q̄
altissime ab inguine. imam autē paulo infra ceterum
anteq̄ excidantur. ee quoq; uinciri lino summe debet.
et eius lini capita extra plagam relinquenda sunt. si
cut in alijs quoq; uenis que id requisierint eo facto te
sticulus intus reponendus est. oreq; scroti suturis int
se committende neq; paucis ne parum glutinentur ut
longior fiat curatio. neq; multis ne inflamationem
augeant. Atq; hic quoq; uidendum est. ne quid in scro
to sanguinis maneat. tum imponenda glutinantia
sunt. si quando autē in scrotum sanguis defluxit
aliquid ue concretum ex eo decedit. Incidi subtet id
debet. purgatoq; ei spongia acri aceto madens circū
dari. deligatum autē uulnus omne quod ex his cau
sis factum est. si dolor nullus est. qnq; primis diebus
non est resoluendum. sed bis die tīn aceto urtoranda
lana uel spongia si dolor est: tertia die resoluendus
et ubi fibule sunt he incidende ubi liniamentū id t-

mutandum est: rosaq; et uino madefaciendum id quod impo-
nitur. si inflamatio increscit. adiciendum prioribus catha-
plasma ex lenticula et melle. uel ex malicorio quod in au-
stero uino coctum sit. uel ex his mixtis. Si sub his inflamatio
nō conquierit. post diem quintū multa calida aqua uulnus
fouendum. donec scrotum ipm̄ et extenuetur et rugosius
fiat. Tum imponendum cathaplasma ex triticea farina:
cui resina pinea adiecta sit. que ipa. si robustus cubat. si te-
ner ex melle coquenda sunt. Neq; dubium est: quodcūq;
initium est: si magna inflamatio est. quin ea que pus mo-
uent imponenda sint. qd' si pus in ipo scroto ortum est.
paulum id incidi debet. ut exitus debetur. Liniamentū
q; eatenus imponendum est ut foramen tegat inflama-
tione finita propter neruos propiore cathaplasmate:
dein cerato utendum est. Hec proprie ad huiusmodi uul-
nera pertinent. Cetera et in curatione et in uictu similia
his esse debent: que in alio quoq; uulnerum genere p̄-
cipimus. „ Si cui intestinum descendit.

HIS propositis: ad singulas species ueniendum est.
Ac si cui paruulo puero intestinum descendit ant̄
scalpellum experienda iunctura est. fascia huius
rei causa fit: cui uno loco pila assuta est ex panniculis fac-
ta que ad repellendum intestinum ipi illi subicitur. Dein-
de reliqua fascie pars arcte circūdatur: sub quo sepe et
intus compellitur intestinum: et inter se tunice glutinā-
tur: rursus si etas processit. multūq; intestini descendisse
ex tumore magno patet: adiciunturq; dolores uomitus.
qui ex stercore ex cruditate eo delapso fere accidunt.
Leuandum tm̄ modo malum. et per alias curationes extra-
hendum est. sanguis mitti ex brachio debet. Deinde si ui-

res patiuntur: imperanda tridui abstinentia est. Si minus
certe prout corporis qualitas longissima: eodem uero tempo
re superhabendus cathaplasma ex lini semine: quod ante
aliquis ex mulso decoxerit. Post hec et farina et ordeacea
cū resina inicienda: et is dimittendus in solium aque ca
lide: cui oleum quoq; adiectum sit dandumq; aliquid cibi
lenis calidi. qdam etiā aluum ducunt: id deducere aliquid
in scrotum potest. educere ex eo non potest. Per ea uero
que supra scripta sunt: leuato malo: si quando alias dolor
reuerterit. eadem erunt facienda sine dolore quoq; siml'
ta intestina prolapsa sunt: secari super uacuum est. Non
quo non excludi a scroto possint: nisi tamen id inflamatio
prohibuit: sed quo repulsa inguinibus īmorentur: ibiq; tu
morem excitent. atq; ita fiat mali non finis sed mutatio.
A t in eo quem scalpello curari oportebit: simulq; ad medi
am tunicam uulnus in iguine factum peruenerit: dua
bus hamulis ea iuxta ipās oras apprehendi debebit: dum
deductis omnibus mēbranulis medicus eam liberat: neq;
.n. cū periculo leditur que excidenda est. cū intestinū esse
nisi sub ea non possit. ubi deducta autē erit ad inguinem
usq; ad testiculum incidi debebit: sic ne is ipē ledatur. tuz
excidi. fere tamē hanc curationem puerilis etas et modi
cum malum recipit. Si uir robustus est maiusq; id uiciuz
extrahi testiculum non debet sed in sua sede permanere:
id hoc modo fit. inguem eadem ratione usq; ad mediam
tunicam scalpello aperitur. eaq; tunica eodez modo dua
bus hamis excipitur. sic ut a ministro testiculus eatenus
contineatur. ne per uulnus exeat tunicam: at tunica
deorsum uersus scalpello inciditur. sub eaq; iudex digitꝰ
sinistre manus ad imū testiculum dimittitur: eumq;

ad plagam compellit. deinde dextre manus duo digiti: pollex atq; index uenam et arteriam et neruū tunicamq; eorū. a superiore tunica diducunt: qd' si alique membranule prohibent: scalpello resoluuntur. donec ante oculos totaiam tunica sit: excisis que excidenda sunt repositoq; testiculo ab ora quoq; eius uulneris quod in inguine est: demenda hamula paulo latior est: quo maior plaga sit et plus creare carnis possit. ,, . De Omento. :-

AT si omentum descendit eodē; qdem modo quo suprascriptū est aperiendum inguen: diducendeq; tunice sunt. Considerandum autē maior ne is modus an exiguus sit. nam quod paruulum est super inguen in aluum uel digito uel auerso specillo repellendum est. Si plus est sinere oportet dependere: quantū ex utero prolapsū est: idq; adurentibus medicamentis inlinire donec emoriatur et excidat. Quidam hic quoq; duo lina acu traiciūt, binisq; singulorum capitibus diuersas partes adstringūt.
S ub quo eque sed tardius emoriatur. adicitur tñ hic quoq; celeritati: si omne tum super uinculum illinitur medicamentis: que sic exedunt ne erodant septa greci uocant.
F uerunt etiā qui omentum forfice preciderent quod in paruulo non est necessarium. Si maius est potest profusionem sanguinis facere. Si qdem omentū quoq; uenis quibꝰdam etiā maioribus inligatum est: neq; uero si discusso uētre id prolapsum forfice preciditur. Cum et emortuum sit: et aliter tutius euelli non possit: inde hunc exemplū transferendum est. Vulnus autē curari si reiectum omētum est sutura debet. Si id amplius fluit et extra emortuum est, excisis oris sicut supra propositum est. Si uero humor intus est: incidendum est in pueris qdem inguen

nisi in his quoq; id liquoris eius maior modus prohib;
in uiris uero et ubicūq; multus humor subest scrotum
deinde si inguen incisum est ea protractis tunicis hu-
mor effundi debet. Si scrotum et sub hoc protinus uiriū
est Nihil aliud q̄ humor est fundendus abscidende
membrane sunt. si que eum continuerunt deinde eluendum
id ex aqua que uel salem adiectum uel nitrum
habeat. Si sub media ima ue tunica tote at extra scro-
tum collocande excidende q; sunt.

De ramis egritudinis ipsius.

RAMES aure; si super ipm scrotum est adurendo
est tenuibus et acutis ferramentis que ipsis ue-
nis infigantur. cū eo ne amplius q̄ has urant maxime
q; ubi inter se implicate glomerantur. eo ferrum id ad-
mouendum est tum super farina ex aqua frigida subac-
ta imitenda est. Vtendumq; eo uinculo quod idoneum
esse ad curationibus posui. Tertio due lenticula cū mel-
le imponenda est post eiectis crustis ulcera melle purgā-
da rosa implenda ad cicatricem aridis liniamentis per-
ducenda sunt. Quibus uero super mediam tunicam uene
tument incidendum inguen est atq; tunica promouen-
de que ab ea uene digito uel manubriolo scalpelli sepa-
rande qua parte uero inherebunt et ab superiore et ab
inferiore parte lino uinciende. Tum sub ipis uinculis
precidende. reponendusq; testiculus est. At ubi supra
tertiam tunicam rames insedit mediam excidi necesse
est deinde si due testue uene tument. et ita pars aliq̄
obsidetur ut maiore uitio uacet idem faciendum quod
supra scriptum est ut ab inguine et a testiculo deliga-
te uene precidantur isq; condatur. Si in nō totum id

rames obsederit. per plagam demittendus digitus index
erit, subiciendusq; uenis: sic ut paulatim eas protrahat
eque adducende, donec testiculus par alteri fiat. Tum
fibule oris sic initiende, ut simul eas quoq; uenas cōpre-
hendant. id hoc modo fit. acus ab exteriore parte orā
uulneris perforat. Tum non per ipam uenam sed per mē-
branam eius īmittitur. per eamq; in alteram oram com-
pellitur: uene uulnerari non debent ne sanguinem fun-
dant. membrana semper inter has uenas est. ac neq; peri-
culum adfert et filo comprehensa illas habunde tenet.
Itaq; etiā satis est duas fibulas esse. Tum uene quecunq;
protracte sunt in ipm inguen auerso specillo compelli de-
bent, soluendi fibulas inflāmatione finita, et purgato
ulcere est: ut ima simul et oras et uenas cicatrix deuī-
ciat. Vbi uero inter imam tunicam et ipm testiculuz
neruūq; eius rames ortus est, una curatio est que totum
testiculuz abscidit. Nam neq; ad generationem quicqm
is confert, et omnibus in decore. quibusdam etiā cū do-
lore defendet, sed totum quoq; inguen incidendum, me-
dia tunica promenda atq; excidenda est. idem in imaz
faciendum, neruusq; ex quo testiculus dependet preci-
dendus. post id uena et arteria ad inguen lino de ligā-
de et infra uinculum abscidende sunt.

De carne que inter tunicas crescit.

CARO quoq; si quando inter tunicas crescit: nihil
dubij est quin eximenda sit sed id ipo scroto inciso
fieri cōmodius est. At si neruus induruit curari res neq;
manu neq; medicamento potest. Vrgent.n. febres arden-
tes et aut uirides aut nigri uomitus. Preter hec ingens
sitis et lingue, fereq; a die tertio spumans bilis aluo cuz

rosione redditur. ac neq; adsumi facile cibus neq; contineri
potest: neq; multo post extreme partes frigescunt tremor
oritur manus sine ratione extenduntur: deinde in fronte
frigidus sudor eumq; mors sequitur.

De tramo qui in inguine nascitur.

VBI uero in ipo inguine tamen est. Si tumor modicus
ut medium excidat. deinde no extracto testiculo
sicut intestini quoq; prolapsis: interdum fieri docui, col
ligende uene uinciendeq; ubi tunicis inherebunt: et sub
his modis precidende sunt: neq; quicq; noui curatio uulne
ris eius requirit.

Si glans nuda est.

AB his ad ea transeundum est que incole ipo fiunt,
in quo si glans nuda est: uulgq; aliquis eam decoris
causa tegere fieri potest: sed expeditius in puero
q̃ in uiro in eo cui id naturale est q̃ in eo cui quarundam
gentium more circuciisus est. In eo cui glans parua iux
taq; eam cutis spatiosior uero ipe coles est q̃ in quo con
traria his sunt. Curatio autē eorum quibus id naturale et
eiusmodi est cutis circa glandem deprehenditur et ex
tenditur donec illam ipam condat: ibiq; deligatur. dein
de iuxta pubem in orbem ferrum incidit donec coles
nudetur: magnaq; cura cauetur ne uel urine iter uel
uene que ibi sunt incidantur. Co facto cutis ad uinculum
inclinatur nudaturq; circa pubem uelut circulus: eoq; li
namenta dantur ut caro increscat et id impleat. sa
tisq; uelamenti supra latitudo plage prestat. sed donec
cicatrix sit iunctum esse id debet in medio tantum relic
to exiguo urine itinere. At in eo qui circuciisus est sub
circulo glandis scalpello diducenda cutis ab interiore co
le est. Non ita doler quia summo soluto deduci deorsum

usq; ad pubem manu potest. neq; ideo sanguis profluit. reso-
luta etiã cutis rursus extenditur ultra glandem. cum multa
aqua frigida fouetur. emplastrumq; circa datur qd' ualen-
tem inflamationem reprimat. Proximisq; diebus et pro-
pe a fame uicdus est. ne forte eam partem sacietas ex-
citet. ubi iam sine inflãmatione est deligari debet a pu-
be usq; circulum. super glandem autẽ auerso emplastro
imposito induci. sic.n. fit ut inferior pars glutinetur:
superior ita sanescat. ne inhereat.

Si glans nudari non potest.

CONTRA si glans ita contecta est ut nudari
non possit. quod uicium greci phymosin appellant:
Aperienda est qd' hoc modo fit. subter a summa ora cutis
incidutur recta linea usq; ad frenum. atq; ita superius:
tercui relaxatum cedere retro potest. quod si parum sic
profectum est: aut propter duriciem tergoris protino
triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda est.
Sicut uertex eius ad frenum basis in tergo extremo sicum
superdanda liniamenta sunt. Aliaq; medicamenta que ad
sanitatem perducant. Necessarium autẽ est donec cica-
trix sit conquiescere: nam ambulatio atterendo ulcus
sordidum reddit.

De fibulis adolescentium.

IN fibulare quoq; adolescentulos interdum uocis
interdum ualetudinis causa qdam consuerunt. eio
q; hec ratio est. cutisque super glandem est extendi
tur. notaturq; utriq; a lateribus atramento: qua perfora
tur deinde remittitur. Si super glandem note reuertun-
tur nimis apprehensum est et ultra notari debent. Si glas
ab his libera est is locus idoneus fibule est. Tum qua no
te sunt cutis acum filum ducent et transuitur. eiusq; fi

li capita inter se deligantur: quotidieq; id mouetur. donec
circa foramina cicatricule fiant. Vbi ce conformate sunt,
exempto filo fibula adducur: que quo lenior eo melior est.
S ed hoc qdem sepius inter supuacua q̃ inter necessaria est.
Res uero interdum cogit emoluri manu urinam. cum illa
nō redditur: aut quia senectute iter eius conlapsum est:
aut quia calculus uel concretum aliquid ex sanguine in
tus se opposuit: ac mediocris quoq; inflāmatio sepe eam
reddi naturaliter prohibet. Idq; nō in uiris tantūmodo
sed in feminis quoq; interdum necessarium est. ergo ahe
nee tenues fistule fiunt: que ut omni corpori ampliori
minoriq; sufficiant. Ad mares ccl. ad feminas due me
dico habende sunt. ex uirilibus maxima decem et qnq;
digitorū, media xij. minima viij. ex mulieribus maior
viij. minor sex. Incuruas uero esse eas paulum: sed ma
oris uiriles oportet leuesq; ad modum. ac neq; nimis ple
nas neq; nimis tenues. homo tū resupinus, eo modo quo
in curatione ani figuratus super subsellium aut lectum col
locandus est: medicus autē a dextro latere si sinistra qdem
manu colem masculi continere. dextra uero fistulam de
mittere in uter urine debet. Atq; ubi ad ceruicem uesice
uentum est. sil cui; cole fistulam inclinatam in ipam ue
sicam compellere: eamq; urina reddita recipere. femina
breuius urine similiter erectius uter habet. quod mamule
simile: inter imas oras supnaturale positum: non minus se
pe auxilio eget: aliquanto minus difficultatis exigit.

De calculis exsecandis extrahendis.

NON nunq̃ etiā prolapsus in ipam fistulam calculus
qui subinde ea extenuatur. nō longe ab exitu inhe
rescit. eum si fieri potest uellere uel auriculario specillo

uel eo ferramento quo in sectione calculus protrahitur.
Sed id fieri nō potuit: cutis extrema q̄ plurimū attrahēda
et condita glande lino uincienda est. deinde a latere v
recta plaga colus incidendus et calculus eximendus ē.
Tum cutis remittenda. sic n. fit ut incisum colem integra
pars cutis contegat et urina naturaliter profluat.

Cui etati calculus competenter extrahit.

CVM uesice uero calculiq; facta mentio sit: locus ipe
exigere uidetur ut subiciatq; curatio calculosis
cū aliter succurri nō potest adhibeatur. Ad quā festina
re cū preceps sit nullo modo conuenit: ac neq; omni tem
pore: neq; omni etate: neq; in omni uitio id experiendu;
est. sed solo uere in eo corpore quod iam nouem annis nō
dum q̄tuordecim excessit: et si tantū mali subest: neq; me
dicamentis uinci possit: neq; eam cū trahi posse uideatur;
cominus interposito aliquo spatio interemat. nō interdu;
etiā temeraria medicina proficiat sed quos sepius utiq; in
hoc fallat. in quo plura et genera et tempora periculi sunt,
que simul cum ipsa curatione proponam.

Quod uictus necessarius est calculum sublaturis.

IGITVR ubi ultima experiri statutum est. ante
aliquot diebus uictu corpus reparandum est: ut
modicos: ut salubres cibos ut minime glutinosos
adsumat: ut aquam bibat. Ambulandi uero inter hec ex
ercitatione utatur: quo magis calculus ad uesice seruicem
descendat: quod inciderit digitis quoq; sicut in curatione
docebo demissis cognoscitur ubi eius rei fides est: pridie
is puer in ieiunio continendus, et tum loco calido curatio
adhibenda que hoc modo ordinatur homo preualens
et peritus in sedili alto considit: supinūq; eum et auer

sum super genua sua coxis eius collocatis comprehendit: re-
ductisq: eius cruribus ipm quoq: iubet manibus ad suos popli-
tes datis: eos q̄ maximo possit attrahere simulq: ipe sic eos co-
tinet. quod si robustius corpus eius est qui curatur duobus se-
dilibus iunctis duo ualentes insidunt quo et sedilia et inte-
riora crura inter se deligantur ne diduci possint. Tum is
super duorū genua eodem modo collocatur: atq: alter pro ut
consedit sinistrum crus eius alter dextrum simulq: ipe popli-
tes suos attrahit. siue autē unus siue duo continent super hu-
meros eius suis pectoribus incumbunt. Ex quibus euenit ut
inter illa sinus super pubem sine ullis rugis sit extentus et
in angustum compulsa uesica facilius calculus capi possit.
P reter hec etiā num a lateribus duo ualentes obciuntur qui
circustantes leuare uel unū uel duos qui puerum con-
tinent nō sinunt: medicus deinde diligenter unguibus cu-
cūctis atq: sinistra manu duos eius digitos indicem et me-
dium leniter prius unū deinde alterum in anū eius demit-
tit. dextreq: digitos super imū abdomen leniter impōit.
ne si utriq: digiti circa calculum uehementer concurrerint
uesicam ledant: neq: uero festinanter in hac re ut in ple-
risq: agendum est: sed ita ut q̄ maxime id tuto fiat: nam
lesa uesica neruorū distentiones cū periculo mortis excitat.
ac primū circa ceruicem queritur calculus ubi repertus
minore negotio expellitur: et idem dixi ne curandum
qdem nisi cū in hoc indicijs suis cognitum est. Si uero aut
ibi non fuit aut recessit retro digiti ad ultima uesicam
dantur: paulatimq: dextra quoq: manus eius ulterius trans-
lata subsequitur: atq: ubi repertus est calculus qui necesse
est in manus incidat eo curiosius deducitur quo minor
leuiorq: est ne effugiat: id est ne sepius agitanda uesica sit

Ergo ultra calculum dextra semper manus eius opponit sini
stre digiti. deorsum cum compellunt donec ad ceruicem
peruenitur. In quam si oblongus est sic compellendus est
ut promus exeat. si planus sicut transuersus sit. si quadra
tus ut duobus angulis sedeat. si altera parte plenior sicut
prius ea que tenuior sit euadat. in rotundo nihil interesse
ex ipa figura patet nisi si lenior altera parte est ut ea an
te cedat. Cum iam eo uenit ut incidi super uesice ceruice
iuxta anum cuius plaga lunata usq; ad ceruicem uesice de
bet cornibus ad coxas spectantibus paulum deinde ea
parte qua strages ima plaga est etiam sub cute altera
transuersa plaga facienda est qua ceruix aperiatur
donec urine et pateat sic ut plaga paulo minor q̄ calcu
lus sit. nam qui metu fistule quam illo loco choriada gre
ci uocant parū patefaciunt maiore eodē periculo re
uoluuntur q̄ calculus eru eum ui promitur nisi facit ac
cipitur. idq; etiā pernitiosius est. si figura quoq; calculi
uel aspritudo aliquid eo contulit. ex quo et sanguinis
profusio et distentio neruorum fieri potest. que si quis
euasit multo tamen patentiorem fistulam habiturus
est rupta ceruice q̄ habuisset incisa. cui uero patefacta
est in conspectum calculus uenit in cuius corpore nullu
discrimen est. ipe si exiguus est digitis ab altera pte
propelli ab altera protrahi potest. Si maior initien
dus a superiore et parte uncus est eius rei causa fac
tus is est ad extremū tenuis in semicirculi specie re
tuse latitudinis ab exteriori parte leuis qua corpo
ri iungitur. ab interiore asper qua calculum attin
git. hisq; longior potius esse debet. nam breuis ex
trahendi uim non habet. ubi inflectus est in utruq;

latus inclinandus est, ut appareat calculus et teneatur: qa
si apprehensus est ille simul inclinatur. Idq; eo nomine o
pus est. nec cū adduci uncus ceperit: calculus intus effugi
at. Hic in ora uulneris incidat: eamq; cū uulneret: ī qua
re quod periculum esset iam supraposui: ubi satis teneri cal
culum patet eodē; momento triplex motus adhibendus
est in utrūq; latus, deinde extra sic tamē ut leniter id fiat:
paulumq; primo calculus attrahitur: quo facto attollendo
uncus extremus est uti intus magis maneat facilius q;
illud producat quod aliquando a superiore parte calcu
lus paruum cōmode cōprehendetur. a latere erit appre
hendendus. hec est simplicissima curatio: sed uarietas re
rum quādam etiā num animaduersionem desiderat.
Sunt. n. qdam nō asperi tm̄modo, sed spinosi quoq; calculi
qui per se qdem delapsi in ceruicem sine ullo periculo exi
muntur: in uesica uero nō tuto uel hi conquirūtur uel at
trahuntur, quoniam ubi illam conuulnerarunt: ex distē
tione neruorū mortem maturant: multoq; magis si spi
na aliqua uesica inheret: eamq; cū duceretur duplica
uit. Colligitur autē eo quod difficilius urina redditur
in ceruice calculum esse: eo qd' cruenta destillat: illum
esse spinosum: maximeq; subit digitis quoq; experiun
dum est: neq; adhibenda manus nisi id constitit; actuq;
quoq; leniter intus digiti obiciendi. ne ualenter promo
uendus conuoluerent: tum initiendum. multi id quoq;
scalpello usi sunt: mater. quoniam is infirmior est. po
testq; in aliqua prominentia incidere: incisoq; super
illam corpore. qua cauum subest: nō secare sed relin
quere quod iterū incidi necesse sit. ferramentū fa
cit rectum in summa parte labrosum, in ima semicir

culatum acutūq; id receptum inter duos digitos indicē ac medium super pollice imposito sic deprimebat: ut simul cū carne si quid ex calculo prominebat incidēt. Quo cū sequebatur ut semel quantū satis esset aperiret, quocūq; modo ceruix ea parte facta est leniter extrahi quod asperum est debet: nulla propter festinationem ui admota. Signa calculorum.

AT calculus arenosus: et ante manifestus est: quoniam et urinam quoq; redditus arenosam et in ipa curatione quoniam inter subiectos digitos neq; eque leniter renititur. et insuper dilatatur. Itē molles calculos scalpello. et ex pluribus sed inter se parum abstrictis indicatur. ui attrahens quasdam quasi squamulas. hos omnis leniter permutatis. subinde digitorū uicibus sic oportet abducere ne uesicam ledant, ne ue intus alique dissipate reliquie maneant: que postmodum curationi difficultatem faciant. quicqd autē ex his in conspectum uenit, uel digitis uel unco eximendum est. at si plures calculi sunt: singuli protrahi debent: sic tamē ut si quis exiguus supererit potius relinquatur. Si qdem in uesica difficulter inuenitur, inuentusq; celeriter effugit. Ita longa inquisitione uesica leditur: excitatq; inflāmationes mortiferas, adeo ut qdam nō sequuti, cū diu frustraq; per digitos uesica esset agita: decesserint qbus accedit etiā qd exiguus calculus ad plagam: urina postea promouetur et excidit: si quando autē is maior non uidetur nisi rupta ceruice extrahi posse, findendus est. cuius repertor ammonius: ob id lithomos cognominatus est: in hoc modo fit, uncus inicitur calculo: sic ut facile eum con

cussum quoq; teneat ne is retro resoluatur. Tum ferrame-
tum adhibetur crassitudinis modice parte ictum eum fin-
dit: magna cura habita ne aut ad ipam uesicam per fer-
ramentum perueniat. aut calculi fractura neqd incidat.

Cura de calculis feminarum.

HE uero curationes in feminis quoq; similes sunt: de
quibus tame parum proprie quedam dicenda sunt:
Si qdem in his ubi paruulus calculus est, scalpellus superua-
cuus est: quia is urina in ceruicem no compellit que et
breuiter qua in manibus et laxitior est. Ergo et per se
sepe excidit: et si in primo quod est angustius inheret, eo-
dem tn unco sine ulla noxa educitur. At in maioribus cal-
culis necessaria eadez curatio est: sed uirginis ubi se digi-
ti qua masculo: mulieri per naturalem eius citius debent:
tum uirgini qdem sub ima sinisteriore ora, mulieri uero
inter urine uter eos pubis incidendum est. Sic ut utroq;
loco plaga transuersa sit: neq; terreri conuenit si plus
ex muliebri corpore sanguinis profluit: calculo euulso
si ualens corpus est neq; magnopere uexatum: sinere
oportet sanguine fluere quo minor inflamatio oriatur,
atq; ingredi quoq; eum paulum no alienum est: ut exci-
dat si quid intus concreti sanguinis mansit: quod si per
se non destitit: rursus ne in somnis intereat supprimi de-
bet. idq; protinus in imbecillioribus ab ipa curatione fa-
ciendum est: si qdem ut distentione neruoru periclita-
tur aliquis dum uesica eius agitatur: sic alter motus ex-
cipitur. remotis medicaminibus ne tantu sanguinis pro-
fluat ut occidat: quod ne incidat desidere is debet in hac
re actum cui aliquantu salis sit adiectum. sub quo et san-
guis fere conquiescit et adstringitur uesica: ideoq; minꝰ

inflamatur: quod si parum proficit: ad glutinanda cu
curbitula est: et inguinibus et coxis et super pubem. ubi
iam satis uel euocatus est sanguis uel prohibitus resupinus
sit collocandus est: sic ut caput humile sit coxe paulum
excurentur: ac super uulnus imponendum est duplex a
triplex linteolum aceto madens: deinde interpositis dua
bus horis in solum is aque calide resupinus dimittendus
est. Sic ut a genibus ad umbilicum aqua teneat cetera
uestimentis circūdata sint: manibus tm̄modo pedibusq;
nudatis ut minus digeratur et ibi diutius maneat: ex
quo multus sudor oriri solet: quo spongia subinde facile
in facie detergendum est: inducendusq; hapsus lane mol
lis tepido oleo repletus qui pube et coxas inguina et pla
gam ipam contectam eodem ante linteolo protegatus
q; subinde oleo tepido madefaciendus est: ut neq; frigo
ad uesicam admittat: et neruos leniter molliat: qdam
cathaplasmatis calefacientibus utuntur ea pondere no
cent quo uesicam urguendo uulnus irritant. quo colore
proficiunt. Ergo ne uinculum qdem ullu; necessariu; e
proximo dies spi difficilius redditur si urina nō excedit:
si locus circa pubem mature intumuit scire licet sangui
nem in uesica concretum remansisse. Igitur demissis eo
de; modo digitis leuiter pertractanda uesica est: et di
scutienda si qua coierunt. quo fit ut per uulnus poste a p
cidant. nō alienum etia est oriculario clistere acetum
nitro mixtu per plagam in uesicam compellere. Nam
sic quoq; discutiuntur si qua cruenta coierunt eaq;
facere etia primo die conuenit. si timemus ne quid in
tus sit: maximeq; ubi ambulando id elicere imbecilli
tas prohibuit. cetera eadem facienda sunt ut demit-

tatur in solium ut eode; modo panniculus tade; lana
super iniciatur: sed neq; sepe tam diu in aqua calida pu-
er habendus q̃ adolescens est infirmus q̃ ualens leui qua
gramore inflamatione is cuius adfectum est. Inter
hec uero si somnus est et equalis spiritus et madens in
lingua et sitis modica et uenter immus sed et medio-
cris est cũ febre modica dolor scire licet recte proce-
dere curationem: atq; in his inflammatio fere quinto
uel septimo die finitur quale uita solium superuacu-
um est. Supini tm̃modo uulnus aqua calida fouendus
est: ut si quid urine rodet abluatur: imponenda aut
medicamenta sunt pus mouentia. et si purgandum ul-
cus uidebitur melle liniendum. id si rodet rosa temperabi-
tur: huic curationi aptissimũ uidetur enneapharma-
cum emplastrum. Nam si seuum habet ad pus moven-
dum et mel ad ulcus ad purgandum medulla etiam
maximeq; uitulina quod in id ne fistula relinquãtur
precipue proficit. Liniamenta uero cum super ulcus
nõ sunt necessaria super medicamentũ ad id contine-
dum recte imponuntur. At ubi ulcus purgatum est
puro liniamento adici cicatricem perducendum est
qbus temporibus tamẽ si felix curatio nõ fuit uaria
pericula oriuntur: que presagire protinus licet: si con-
tinua uigilia est. si spiritus difficultas. si lingua ari-
da est: si sitis uehemens. si uenter immus tumet: si uul-
nus hiat: si transfluens urina id non rodit. Similiter
ante tertium diem queda; liuida excidunt: si is aut
nihil aut tarde responder. si uehementes dolores sui
si post diem qntum magne febres urgent. et fastidiu;
cibi permanet. si cubare in uentrem iocundus est

nihil tamē peius est distentione neruorū et ante nonū
diem uomitu bilis: sed cū inflāmatione sit metus succurri
abstinentia modicis et tempestiuis cibis inter hec fomen
tis de quibus supra scripsimus oportet :— ¶hitur.

Cancro qui nasci solet dum calculus negligenter abstra

PROXIMVS cancri metus est is cognoscitur. si et
per uulnus et per isum colem fluit sanies mali odo
ris: cū eo quedam a concreto sanguine nō abhorre
tia tenues caruncule lanulis similes. preter hec si ore uul
neris aride sunt. Si dolent inguina, si febris non defuit
eaq; in noctem augetur. Si inordinati horrores accedunt.
Considerandū autē est in quā partem canceris tendat.
si a colen indurescit. is locus et rubet et tactu dolorem ex
citat: testiculi intumescunt. Si in ipam uesicam ani do
lor sequitur: coxe dure sunt, nō facile crura extendi pos
sunt. ac si in altum utrū latus oculis id expositum est
pares que utrūq; easdem nota sed minores habet. Primā
autē ad rem pertinet corpus recte iacere ut superior
pars eadē semper sit in quam uitium feretur ita si et
colen et supinus is conlocare debet. Si ad uesicam in uen
trem. Si in latus initiatus in id quod integrius est: dein
de ubi uentum fuerit ad curationem homo in aquam
demittetur. In qua marubium decoctum sit aut cupres
sus aut mirtus idemq; humor clistere intus adiecur.
Tum superponetur lenticula cū malicorio mixta: que u
traq; ex uino decocta sint uel rubus aut olee folia eodē
modo decocta. Aliaq; medicamenta que ad cohibendos
purgandosq; cancros proposuimus ex quibus si querūt
arida per scriptorium calamū inspirabuntur. Vbi stare
ceperit cancer mulso uulnus eluetur. Vitabitur que eo

tempore ceratum: quod ad recipiendum id malum corpus emollit: potius plumbum elotum cui uino inunguetur. Superq; idem linteolo illitum imponetur. Sub quibus perueniri ad sanitatem potest: cui eo tamen quod nō ignoremus orto cancro sepe afici cui ciu uesica quodāmodo consortium est: ex eo fieri ut neq; retineatur cibus: neq; si quis retentus est concoquatur neq; corpus alatur. Ideoq; ne uulnus qdem aut purgari aut ali possit: que necessario mortem maturant: sed ut his succurri nullo modo potest. Sic a primo tame dēu tenenda ratio curationis est in qua quedam obseruatio ad cibum quoq; positionem que pertinet necessaria est. Nam cibus inter principia nō nisi humidus dari debet. Vbi ulcus purgatum est ex media materia olera et salsamenta semper aliena sunt: potione opus est modica. Nam si parum bibitur accenditur uulnus et uigilia urget et uis corpori minuitur. Si plus e quo adsumitur subinde uesica impletur: eoq; irritatur nō nisi aquam autē bibendu; esse. manifestius est q̄ ut subinde dicendum sit. Solet uero sub eiusmodi dictu uenire ut alius nō reddatur. Hec aqua ducenda est in qua uel fenum grecum uel malua decocta sit: idem humor rosa mixtus in ipm uulnus oriculario clistere agendus est ubi hydroditur maneq; purgari patitur fere uero primo per uulnus exit. Hec deinde eo sanescente diuiditur et pars per colen descendere incipit: donec ex toto plaga claudatur quo interdum tertio mense interdum nō ante sextum: nō nunq̄ ex acto quoq; anno fit neq; desperari debet solida glutinatio uulneris: nisi ubi aut uehementer rupta ceruix est: aut ex cancro multe magneq; caruncule: simulq; neruosa aliqua excidunt: sed ut uel nulla sibi fistula uel exigua ad modum relinquatur. Sum

ma cura prouidendum est. Ergo cū iam ad cicatricem uulnꝰ intendit extentus iacere feminibus et cruribus oportet nisi tamē molles arenosi uel calculi fuerunt. sub his.n. tardius uesica purgatur. Ideoq; diutius plagam patere necessarium est. et tum demū ubi iam nihil tale extra fertur ad cicatricem perduci. Quod si anteq̄ uesica purgata est ore se glutinarunt. Vulnus digitis uel auerso specillo diducendu; est ut torquentibus exitus detur. hisq; effusis cū diutius sup̄ urina descendat. Tum demū que cicatricem inducant imponenda sunt extendiq; ut supraposui pedes q̄ maxime iuncti. Qd' si fistule metus ex his causis quas proposui subesse uidebitur quo facilius cludatur ea uel certe coangustetur. in anum quoq; danda plumbea est fistula. extentisq; cruribus femina taliq; inter se deligandi sunt donec qualis futura est cicatrix sit.

De feminis quibus aut naturaliter uirorum coitus prohibetur aut culpa curantis est.

Et hoc qdem cōmune esse maribus et feminis potest: proprie uero quedaꝫ ad feminas pertinent ut in primis quod eorū naturalia nō nūq̄ inter se glutinatis oris concubitum nō admittunt. Idq; interdum euenit protinus in utero matris: interdum ex ulceratione in his partibus facta, et per malam curationem his oris sanescendo iunctis. Si ex aluo est membrana ori uulue opposita ē. Si ex ulcere caro id replet. Oportet autē membrana duabus lineis inter se transuersis incidere ad silitudinem littere ex magna cura habita ne urine iter uioletur. Deinde undiq; ea membrana excidere: ac si caro increuit necessarium est recta linea patefacere. Tum ab ora ul' uulsella uel animo apprehensa tanq̄ ab enulam excedē.

et intus implicitum in longitudinem linimentū: lemnis cū greci uocant in aceto tinctum dimittere: suptaq; sucidam lanam aceto madentem deligare: tertio die soluē ulcus et sicut alia ulcera curari. Cumq; iam ad sanitatem tendet plumbeam fistulam medicamento cicatrice inducente inlinire: eamq; intus dare. Supraq; idem medicamento inicere donec ad cicatricem plagam pueniat.

Qua ratione mortuum pectus extrahatur.

VBI concipit autē aliqua suam prope maturus partus intus emortuus est neq; excidere per se potest adhibenda curatio est que numerari inter difficillimos potest. Nam et summā prudentiam moderátionēq; desiderat et maximū periculū adfert. Sed ante omnia uulua natura mirabilis cū id multis alijs tum in hac re quoq; facile cognoscitur. Oportet autē ante omnia resupinā mulierem transuerso lecto sic collocare ut feminibus eius ipsius ilia comprimātur quo fit ut immus uenter in conspectu medici sit, et infās ad os uulue compellatur que emortuo partuit id comprimit: ex interuallo uero paulum debiscere hac occasione usus medicus uncte manus indicem digitum primū debet inserere atq; ibi continere donec uterū ad os apertatur: rursusq; alterū digitum demittere debebit: et per easde occasiones alios donec tota esse intus manus possit. ad cuius rei facultatem multum confert et magnitudo uulue: et uis neruorū eius et corporis totius abductus et mentis etiā robustum cū presertim intus non nūq; etiā due manus dari debeant: pertinet etiam ad rem q̄ calidissimū esse immū uentrem et extrema corporis: neq; dum inflamatione cepisse sed retenti re-

protinus adhiberi medicamina. Nam si corpus iam intu-
muit: neq; domiti manus neq; educi infans nisi egerri-
me potest. Sequiturq; sepe cū uomitum cuꝫ tremore
mortifera neruorū distentio. Verū intus e mortuo
corpori manus iniecta protinus abditum eius sentit.
Nam aut in caput aut in pedes conuersum est: aut trās-
uersum iacet famens infans tn̄. sic ut uel manus eius uel pe-
des in propinquo sit. medici uero propositū est. ut eum
manu dirigat uel in caput, uel etiā in pedes. Si forte
aliter compositus est: ac si nihil aliud est manus uel pes ap-
prehensis corpus rectius reddit. Nam manus in caput pes
in pedes eum conuertit. Tum si caput proximū est demit-
ti debet uncus undiq; leuis acuminis breuis qui uel oculo
uel auri uel ori interdum etiā fronti recte inicitur. de-
inde adtractus infantem educit: neq; tamē quolibet
is tempore extrahi debet. Nam si compresso uulue ore
id temptatū est: nō emittente eo infans abrumpitur,
et unci acumen in ipm̄ os uulue delabitur: sequiturq;
neruorū distentio et ingens periculum mortis. Igitur
compressa uulua conquiescere hi ante leniter trahere
oportet: et per has occasiones paulatim eum educere
trahere autē dextra manus uncum, sinistra intus posita
infantem ipm̄ simulq; derigere eum debet. Solet etiā
euenire ut is infans humore distendatur: exq; eo proflu-
at fedi odoris sanies. Quod si tale est indice digito corpus
illud forandū est ut effuso humore extenuetur: tum id
leniter per ipās manus recipiendum est. Nam unctus in-
iectus facile habeti corpusculo eleuabitur: in quo quid
periculi sit suprapositum: sed in pedes quoq; conuersus
infans nō difficulter extrahitur. Quibus apprehensis

per ipas manus cōmode educitur. Si uero transuersus est: neq; derigi potuit uncus ale initiendus paulumq; attrahendus est. Sub quo fere ceruix replicatur: retroq; caput aut reliquū corpus spectat remedio est. Ceruix precisa ut separatim utraq; pars auferatur id unco fit qui prioris similis in interiore tm̄ parte per totam aciem exacuitur.

Tum id agendum est ut ante caput, deinde reliqua pars auferatur: quia fere maiore parte extracta caput in uacuam uuluam prolabitur. extrahiq; sine summo periculo nō potest. Si tamē id incidit super uentrem mulieris duplici panniculo iniecto: ualens homo non imperitus a sinistro latere eius debet assistere. et super imum uentrem eius duas manus imponere alteraq; alteram premere quo fit ut illud caput ad os uulue compellatur idq; eedem rationes que supra posita est unco extrahitur.

At si pes alter iuxta repertus est: alter retro cū corpore est quicq̄ protractum est paulatim abscidendum est: et si clunes os uulue urguere ceperunt iterū retro repellende sunt. Conquisitusq; pes eius adducendus: alieq; etiam num difficultates faciunt: ut qui solidus nō exit concisus eximi debeat. Quotiens autē infans protractus est tradendum est ministro: ut is eum supinis manibus sustinere medicus deinde sinistra manus leniter trahendum umbilicum debet itane abrumpat dextraq; eum seq usq; ad eas quas secundas uocant. Quod uelamentū infantis intus fuit: hisq; ultimis apprehensis uenulas membranulasq; omnes eadam ratione manu diducere a uulua: tantūq; illud extrahere. et si quid intus preterea concreti sanguinis remanet. Tum compressis in unum feminibus illa conclaui collocanda est. modicum calorem sine

ullo perfluatur habento et super imum uentrem eius impo-
nenda lana succida in aceto et rosa tincta reliqua curatio
est talis esse debet qualis in inflamationibus et in his uul-
neribus que in neruosis sunt adhibetur.

De cura ani.

ANI quoq; uitia ubi medicamentis non uincuntur ma-
nus auxilium desiderant. Ergo si qua scissa in eo ue-
tustate indurauerunt: iamq; callum habent comodissimum
est ducere alium. Tum spongiam calidam admouere ut re-
laxentur illa et foras prodeant ubi in conspectu sunt scal-
pello singula excidere et ulcera renouare. Deinde imponē
limamentu molle et super lentiolum illitum melle. locu
q; cū molli lana implere et ita uincire altero die demceps
celeris lenibus medicamentis uti que ad recentia eadem
uicia necessaria esse alias proposui et utrq; per primos di-
es sorbitionibus eum sustinere. paulatim deinde cibis ad
dicere aliquid generis. Tamen eiusq; uis quod eodē loco
preceptum est. Si quando aut ex inflamatione pubis in
his oritur ubi primu id apparuit incidendum est ne anus
ipe suppurct: neq; tamē ante properandum est. Nam si
crudum incisum est inflāmationis multum accedit, et
puris aliquanto amplius concitatur. His quoq; uulneri-
bus lenibus cibis hisdemq; medicamentis opus est.

De tuberculis.

AD tubercula que condilomata appellantur, ubi
indurauerunt hac ratione curantur. Aliqos ante
omnia ducitur. Tum uulsella tuberculum apprehensu;
iuxta radices excidutur: quod ubi factum est eadem se-
quantur que supra post curationem adhibenda esse p-
posui tantumodo si quid increscit squama eius coercen

dum est. Si sanguis per uenas fluit.

ORA etiā uenarum fundentia sanguinem sic tol
luntur. ubi sanguis qui effluit fames adicitur: alius
acrius ducitur quo magis ore promoueantur. eo
q; fit ut omnia uela quasi capitula conspicua sunt. Tum
si capitulum exiguum est, basimq; tenuem habet adstri
gendum lino paulum supra est q̄ ubi cum ano cōmutit
imponenda spongia aqua calida est donec hic libeat. De
inde aut ungue aut scalpello supra modum id exulcerā
dum est. quod nisi factum est magni dolores subsequū
tur. Interdum etiā urine difficultas si id maius est et
uasi latior amulo uno aut altero excipiendum est. pau
lumq; supra basim incidendus neq; relinquendus quic
q̄ ex eo capitulo: neq; quicq̄ ex ano demendus est. quod
consequitur is qui neq; nimium neq; parum amos du
cit qua incisum est acus debet īmitti. infraq; eam lino
id capitulum alligari. Si duo triaue sunt imū quodq;
primū curandum est. Si plura non omnia simul ne tē
pore eodem undiq; tenere cicatrices sunt. Si sanguis
profluit excipiendum ex spongia deinde liniamentū
imponendum unguenda femina et inguina et quicquid
iuxta ulcus est. ceratumq; superdandum est farina or
deacea calida implendus qui es locus est. Sic deligan
dus est postero die is desidere in aqua calida debet eo
demq; cathaplasmate e foueri ac bis die et ante curati
onem et post eam ceruices ad feminam liquido cerato
perungende sunt tepidoq; is loco continendus. Inter
positis qnq; aut sex diebus oriculario specillo liniamē
ta educenda. Si capitula simul nō exciderunt digito
promouenda. tum lenibus medicamentis hisdemq; que

alia posui ulcera ad sanitatem perducentia finito uicio
quēadmodū agendum est iam alias superius exposui.

A Ratio crurū.

AB his ad crura proximus transitus est in quibus
orti uarices nō difficili ratione tolluntur. huc āt
et earū uenularum que in capite nocent et eorū uari
cum qui in uentre sunt curationem distuli quoniam u
biq; eadem. Igitur uenam omnis que noxia est aut ad
usta tabescit aut manu exciditur. Si recta est si q̄uis
transuersa tn̄ simplex. Si modica est melius aduritur.
Si curua est et uel in orbes quosdam implicatur plures
q; interse inuoluuntur utilius eximere est. adurendi
ratio hec est. Cutis super inciditur. tum patefacta ue
na tenui et retuso ferramento candente modice p̄
mittitur. uitaturq; ne plage ipsius ore adurantur qu
as reducere amulis facile est id interpositis fere quater
nis digitis per totū uaricem fit. et tum super imponitur
medicamentū qd' adusta sanantur. Venam incisam amu
lo ore excipiuntur scalpelloq; undiq; corpore uena didu
citur. caueturq; ne inter hec ne ipa ledatur eiq; retu
sus amulus subicitur interpositoq; eodem fere spatio
quod suprapositum est in eadem uena idem fit que co
quenda facile amulo extento cognoscitur. ubi idez iam
quacūq; uarices sunt factum est uno loco adducta per
amulum uena preciditur: deinde qua proximus annus
est attrahitur et euellitur ibiq; rursus absciditur assit
undiq; uaricibus crure liberatur: tum plagarum ore cō
mittuntur et super emplastrorum inciditur.

A Cura digitorum.

AT si digiti uel in utero protinus uel propter cōmu

nem exulcerationem postea coheserunt scalpello dedu-
cuntur. dein separatim uterq; nō pingui emplastro circūda-
tur: atq; ita per se uterq; sanescit. Si uero fit ulcus in di-
gito posteaq; male inducta cicatrix curium eum reddit.
P rimū malagina temptandum est. deinde si id nihil pro-
dest, quod et in ueteri cicatrice et ubi nerui lesi sunt e-
uenire consueuit. Videre oportet nerui ne id uicium an
cutis sit. Si nerui est attingi non debet. neq; n. sanabile
est sicuti his tota cicatrix excidenda est que fere calcu-
los efficit ut extendi digitum non pateretur: tum rec-
tus sic ad nouam cicatricem perducendus est. :-

De cancro uel quibus locis nascitur. :-

C Angrena inter ungues alasq; aut inguina nasci
et si qn̄ medicamenta uincuntur membroꝝ pre-
cidi oportere alio loco mihi dictum est: sed id quoq; cum
periculo summo fit. Nam sepe in ipō ulcere profusione san-
guinis uel anime defectione moriuntur. Vtrum hic quo-
q; nihil interest. an satis tutum presidium sit quod unicum
est igitur inter sanam uitia tanq̄ partem incidenda scal-
pello caro usq; ad os est, sicut neq; contra ipm̄ articulum
id fiat: et potius ex sana parte aliquid excidatur q̄ ex
egra relinquatur. Vbi ad os uentum reducenda ab eo sa-
na caro et circa os subsecanda est: ut ea quoq; parte ali-
quod os nudetur: deinde is serrula precidendum est qm̄
proxime sane carni etiam inherenti. ac tum frons ossis que
serrula exasperauit leuandus est supraq; inducenda cutis
que sub eiusmodi curatione laxa esse debet: ut q̄ maxime
undiq; os contegat: quo cutis inducta non fuerit id linia-
mentis erit ex aceto deligenda: cetera postea sic facienda
ut in uulneribus in quibus pus moueri debet preceptū est.

Artium Aurelij Cornelij celsi. Liber. xij. idem medicine liber Septimus explicit. Incipit eiusdem Liber Octauus. feliciter.

De ossibus capitis. de maxillarum. in quo de uarietate tracturarum de iugulo in quo de qualitatibus ossium. et si cum uulnere uel sine eo tracte de coitu humero temore crure digitis. in quibus ossa aut manere aut extrahi et deligaturis. Superest ea pars que ad ossa pertinet que quo facilius accipi possit. prius positus figuras eorum indicabo.

De Expositione capitis. Capitulum Primum.

EGITVR CALVARIA INCIPIT in exteriore parte concaua extrinsecus gibba utriq; leuis. et qua cerebri membrana contegit et qua cute capillorum contegitur: eaq; simplex ab occipitio et temporibus, duplex usq; in uerticem a fronte est: ossaq; eius ab exterioribus partibus dura: ab interioribus quibus inter se connectuntur molliora sunt. Interq; ea uene discurrunt quas his alimentum subministrare credibile e.

Raro aute caluaria solida sine securis est: locis tame estuosis facilius inuenitur et id caput firmissimu atq; a dolore tutissimu est ex ceteris: quo suture pauciores sunt eo capitis ualetudo cōmodior est: neq; n. certus earū nume

rus est: sic ut ne locus qdem fere tamen due insuper au
res et tempora a superiore capitis parte discernunt.
Tertia ad aures per uerticem tendens occipitium a sum
mo capite diducit. Quarta ab eodem uertice per medi
um caput a fronte procedit. ea que modo sub imo capil
lo desinit: modo frontem ipam secans inter supercilia
finitur. ex his cetere idest suture in ignem cōmittun
tur. Hee uero que super aures transuerse sunt: totis
oris paulatim extenuantur: atq; ita infirmiora ossa su
perioribus leniter insidunt. Crassissimū uero in capite
os post aurem est qua capillus ut uerisile est ob id ipm
nō gignitur: sub his quoq; musculis qui tempora coniec
tunt os medium in exteriorem partem inclinatum posi
tum est per has facies suturas.

Expositio nature aurium.

Hab maxima que a timpore incipiens per me
dios oculos naresq; transuersa peruenit ad alte
rum timpus: aqua breues due sub interioribus angulis
deorsum spectant: et male quoq; in summā partem
singulas transuersas suturas habent. a medijsq; naribꝰ
aut superiorū dentium gingiuis per medium palatum
uua procedit. Aliaq; transuersa idem palatum secat: et
suture qdem in plurimis he sunt: foramina autē intra
caput maxima oculorum sunt: deinde narium. Tum que
in auribus habemus. ex his que oculorū sunt, recta sim
plicia ad cerebrum tendunt: narium duo foramina osse
medio discernuntur. Si qdem hac primū supercilijs an
gulisq; oculorum osse inchoantur. Ad tertiā fere parte
deinde in cartilaginem uerse. quo propius ori descen
dent: eo magis caruncula quoq; molliuntur. Sed ea fo

ramina que a summis ad imas nares simplicia sunt. ibi rursus in bina itinera diuiduntur. Aliaq; ex his ad fauces ꝑuia spiritum et reddunt et accipiunt. Alia ad cerebrū tendunt in ultima parte in multa et tenuia foramina dissipantur. per que sensus odoris nobis datur. Item in aure quoq; primo rectum et simplex iter procedendo fluxuosum fit quod ipm̄ iuxta cerebrum in multa et tenuia foramina diducitur: per que facultas audiendi est. Iuxtaq; ea duo paruula quasi sinus sunt: superq; eos finituros quod transuersum a genis tendens ab inferioribus ossibus sustinet iugale appellari potest: ab eadem silitudine a qua id greci zicodes appellant. maxima uero est molle os: eaq; una est. cuius eade; et media et etiā ima pars mentum est: a quo utrīq; procedit ad timpora: solaq; ea mouetur. Nam male cū toto osse qd̄ superiores dentes exigit īmobiles sunt. Verum ipsius maxille partes extreme: quasi bicornes sunt: alter processus intra latior uertice ipō tenuatur. longiusq; procedens sub osse iugali subit: et super id timporum musculis illigatur. Alter breuior et rotundior et in eo sinu qui iuxta foramina auris est: cardinis modo fit ibiq; huc et illuc se inclinans: maxille facultatem motus prestat.

De dentibus

DVRIORES osse dentes sunt: quorū pars maxille pars superior: ossi malarum heret: ex his quaterni primi. quia secant tenici a grecis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur: ultra quos utrīq; fere maxillares quaterni st̄: preter q̄ in his sunt: quibus ui ultimi qui sero gigni solet non increuerunt ex his priores singulis radicibus maxil

lares utiq; binis. qdam etiā ternis quaternis uenit. fereq; longior radix breuiorem dentem edit. rectiq; dentis recta etiam radix curui flexa est. ex que ea radice in pueris nouus dens subit. qui multo sepius priorem expellit interdu; tamen sicut infra uectem se ostendit. Caput ante.

Expositio spine.

SPINA excipit. ea constat ex ueteribus quatuor et xxvij. in ceruicem sunt. duodecim ad costas. reliquequnq; sunt proxime costis. ee tereas breuesq; ab utroq; latere processus duos exigunt. medie perforate. qua spine medulla cerebro cōmissa descendit. Circa quoq; per duos processus tenuibus canis puie. per que a membrana cerebri similes membranule deducuntur. omnes uertebre exceptis tribus sūmis a superiore parte in ipis processibus. paulum desidentis sinus habent. Ab inferiore alios deorsum uersus processum exigūt.

S umma igitur protinus caput sustinet. per duos sinus receptis exiguis eius processibus. quo fit ut caput susum deorsum uerū tuberius exasperatur. Secunda superiori parti inferiore. quod ad circuitum pertinet pars summa angustiore orbe finitur. Ita superior summe circūdata in latera quoq; caput moueri sinit. Tercia eodem modo secundam excipit. ex quo facilis ceruici mobilitas est. at ne sustinere qdem caput posset nisi utriq; recte ualentesq; nerui collum continerent quos TENONTAE greci appellant. Siqdem horum inter omnes fluxus. alter semper intentus ultra prolabi superiora non patitur. Iamq; uertebra. tercia tubercula que inferiori inserantur exigit. Cetere processibus deorsum spectantibus inferiores insinuantur. at per sinus quos utriq; habent superiores accipiunt. multisq; neruis et multa cartilagine continentur. ac si uno flexu modico in promptū dato

ceteris negotijs homo et rectus insistit. et aliquid ad necessaria opera curuatur. Infra ceruicem uero summa costa contra humeros sita est. Inde undecim inferiores usq; ad imum pectus perueniunt: eaq; primis partibus rotunde et leniter qui capitulate uertebrarum transuersis processibus, ibiq; paulum insinuatis inherent. Inde patescunt et in exteriorem partem recuruate paulatim in cartilaginem degenerant. Eaq; parte rursus in interiora leniter flexe committuntur cum osse pectoris: quod ualens et durum a faucibus incipit: ab utroq; latere lunatum est. A precordijs iam ipsam quoq; cartilaginem emollit ac terminatur.

Expositio costarum.

SVB costis uero prioribus qnq; quas nodat greci nominant breues tenuioresq; atq; ipe quoq; paulatim in cartilagine uerse extremis ab omnibus partibus inherescunt. ima que ex his maiore iam parte nihil nisi cartilago est. Rursus a ceruice duo lata ossa utriq; ad scapulas tendunt nostri scutula operta ωμοπλαατα greci nominant ea in summis uerticibus sinuata ab his triangula paulatimq; latescentia ad spinam tendunt: et quo latiora atq; ipa quoq; in imo cartilaginosa posteriore parte uelut innatant. quoniam nisi uel in summo nulli ossi inherescunt. Ibi uero ualidis musculis neruisq; constricta sunt. At a summa costa paulo interius q̄ ubi ea media est, os excrescit ibi qdem tenues. procedens uero quod propius est lato scapularum ossi fit, eo plenius latiusq; et paulatim in exteriora curuatum, quod propius alter a uerticis parte modice intumescens sustinet.

Expositio iugulum.

IVgulum aute ad ipm recuruum. ac neq; inter durissima ossa numerandum. altero capite in eo quod po

sui. altero in exiguo sinu pectoralis ossis insidit. paulumq; motu brachij mouetur: et cū lato osse scapularum infra caput eius neruis et cartilagini connectitur.

. HVMERI.

HVNC humerus incipit: extremis utriq; capitibus tumidis: mollis sine medulla cartilaginosus medius teres durus medullosus leniter gibbus et in priore et in exteriorem partem. prior autē pars est que a pectore est: posterior ab scapulis interior ad latus tendit. exteriorq; ab eo recedit: quod ad omnes articulos pertinere in ulterioribus patebit. superius autē humeri caput rotundius q̄ cetera ossa, de quibus adhuc dixi paruo excessu uerticilatis scapularū ossibus inseritur ac maiore parte ex transitu neruis deligatur: ad inferius duos processus habet: inter quos quod medium est magis et extremis partibus sinuatur que res edem brachio prestat: quod constat ex ossibus duobus radius quā cercida greci appellant. superior breuiorq; et primo tenuior rotundior: et leniter capite cauum exiguū humeri tuberculum recipit: atq; ibi neruis et cartilagine continetur.

. DE CVBITV.

CVBITVS interior longiorq; et primo plenior in summo capite duobus quasi uerticibus exstantibus in sinu humeri que inter duos processus eius esse proposuit se inserit. primo uero duobus brachijs ossa iuncta paulatim dirimūtur. Rursusq; ad manum coeunt modo crassitudinis mutato. Siqdem ibi radius plenior cubitus ad modum tenuis est. dein radius in caput cartilaginosum consurgens in uerticem eius. Sinuatur cubitꝰ rotundus in extremo parte altera paulum procedit.

Ac ne sepius dicendum sit. illud ignorare nō oportet. plu-
rima ossa in cartilagine desinere nullū articulum non
sic finiri. Neq; n. aut moueri possit nisi leui inuitere-
tur. Aut cū carne neruisq; et coniungi nisi ea media
quedam materia cōmitter. . . De manibus . . .

IN manu uero prime palme pars ex multis minu-
tisq; ossibus constat. quorū numerus incertus est.
Sed oblonga omnia et triangula structura quadā
inter se connectuntur cū inuicem superior alterius angu-
lus alterius planitie sit. eoq; fit ex his unius ossis paulum
in interiora concauis species. uerū ex manu duo exigui
processus in sinus radij coniciuntur. Tum ex altera pte
qnq; ossa ad digitos tendentia palma explent: a quibus
ipi digiti oriuntur qui ex ossibus ternis constant. omni-
umq; eadē ratio est: interius os in uerticem sinuatur
recipitq; exterioris exiguum tuberculum. Neruiq; ea cō-
tinent: a quibus orti ungues indurescunt. Ideoq; non os-
si sed carni magis radicibus suis inherent: ac superio-
res quidem partes sic ordinate sunt. .

De ima spina.

IMA uero spina in coxarum osse disidit: quod trās-
uersum longeq; ualentissimū uuluam uesicā rec-
tum intestinū tuetur. Idq; ab exteriore parte gibbum
et spina resupinatum a lateribus idest in ipis coxis sinꝰ
rotundos habet: a quibus oritur os quod pectinē uocat.
Idq; super intestina sub pube transuersum uentrem fir-
mant. rectius in uiris recuruatum magis in exteriora
in feminis ne parum prohibeat. Inde femora ordiun-
tur. Quorū capita rotundiora etiam q̄ humeroꝝ sunt
cū illa ex ceteris rotundissima sint. Infra uero duo pces-

sus a priore et a posteriore parte habent. Rursus ab inferio
ribus quoq; capitibus intumescunt superiora in sinus coxe
sicut humeri in ea ossa que scapularum sunt coiciuntur.
Tum infra introrsus leniter intendunt. quo equalius supe
riora membra sustineant. Atq; in eo inferiora quoq; capita
media sinuantur. quo facilius excipi cruribus possint. que
cōmissura esse paruo molli cartilaginoso tegitur. patellam
uocant. Hec super innatans neq; ulli ossi inherens sed carne
et neruis deligata pauloq; magis ad femoris os tendens in
ter omnes crurum flexus uincturam tuetur. Ipsum aute
crus est ex ossibus duobus. et. n. per omnia femur humerū.
Crus uero brachium simile est. Ideo ut habitus quoq; et dolor
alterius ex altero cognoscatur. quod ab ossibus incipiens
etia in carne respondet. Verum alterum os ab exteriore par
te idem suprapositum est. quod ipm quoq; supra recte nomi
natur. id ob breuius supraq; tenuius ad ipos talos intumescit.
Alterum a priore parte positum cui tibie nomen est longius et
in superiore parte plenius. solum cū femoris inferiore capi
te cōmititur. Sicut cū humero cubitus atq; ea quoq; ossa in
fra supraq; coniuncta media ut in brachio dehiscunt. Excipi
tur aūt crus infra ossa et transuerso talorum, idq; ipm super
os calcis situm est quod quadam parte sinuatur: quosdam
excessus habens et procedentia ex talo recipit et in sinum eius
inseritur: idq; sine medulla durum, magisq; in posteriore
partem proiectum teretem ibi figuram representat. Cete
ra ossa pedis ad eorū que in manus sunt similitudinem in
structa sunt. Plante palme, digiti digitis, ungues unguibus
respondeant. Omne aute os ubi iniuria accessit aut uicia
tus aut finditur aut frangitur, aut foratur aut colliditur,
aut loco mouetur id quod uiciatum est. Primo fere pingue

fit deinde uel nigrum uel cariosum: que supnatis grauib9
ulceribus aut fistulis. hisq; uel longa uetustate uel etiā can
cro occupatis eueniunt. Oportet autē ante omnia os nuda
re ulcere exciso. et si latius eius uitium est q̄ ulcus fuit,
carnem subsecare donec donec undiq; os integrum pateat.
T um id quod pingue est semel iterū ue satis est, admoto fer
ramento adurere: ut ex eo statua secedat: aut eradere
donec iam aliquid cruoris ostendatur que integrioris sit
note est. Nam necesse est aridum sit id quod uiciatum est:
idem in catilagine quoq; scalpello radenda est donec inte
grum id sit quod relinquatur. Deinde siue os siue cartila
go rasa est: nitro bene trito respergenda est. Neq; alia fa
cienda est: ubi caries nigritiesue in summo osse est. Si qui
dem id uel paulo diutius eodem ferramento adurendum
uel radendum est. Qui radit hec audacter imprimere fer
ramentū debet ut et agat aliquid et maturius desinat.
F inis est cū uel ad album os uel ad solidum uentum est: al
bo finiri ex nigritie uitium soliditate quadam.

De carie cure et signa.

EX carie manifestum est accedere etiā cruoris aliqd
integro supradictum est. Si quando aūt in altius de
scenderit: utrūlibet dubium est. in carie qdem expedita co
gnitio est. Specillum tenue in foramen dimittitur: quod ma
gis minusue intrando uel in summo carie esse uel altius de
scendisse testatur. Nigricies colligi qdem potest etiā ex do
lore et ex febre: que ubi mediocria sunt: illa alte descen
disse non potest: manifestior tamē adiecta terebra fit.
N am finis uicij est ubi scobis nigra esse desit. Igitur si caries
alte descendit per terebram unguenda crebris forami
nibus est. Que altitudine uitium equentū in ea foramina

dimittenda candentia ferramenta sunt: donec in siccum os ex toto fiat: simul. n. post hec et resoluetur ab inferiore osse, quodcūq; uiciatū est: et is sinus carne replebitur. et humor aut nullus postea feretur aut mediocris.

S in autē nigrities est: aut si caries ad alteram quoq; ꝑtem ossis transit. Oportet excidi atq; idem in carie quoq; ad alteram partem ossis penetrante, fieri potest. Et quod totū uiciatum est, totum eximendum est. Si inferior pars integra est, eatenus quod corruptum est excidi debet. Item siue capiti siue pectoris os siue costa cariosa est. Inutilis uitio est. et excidendi necessitas est.

N eq; audiendi sunt qui osse nudato: diem tertium expectant qui tunc excidant. Ante inflāmationem. n. tutius omnia tractantur. Itaq; quantū fieri potest: eodē momento et cutis incidenda est et os detegendum et omne uitium liberandum est. longeq; per alias os si qd in osse pectoris est quia uix etiā si recte recessit curatione ueram sanitatem reddit: excidit uero os duobus modis. Si paruulum est quod lesum est modiolo quā ΧΟΙΝΕΚΙΔΑ greci uocant. Si spatiosus terebris utriusq; rationem proponam.

Expositio ferramentorum.

MOdiolus ferramentū concauum, teres est, imis oris ferratum. per quod medium clauus ipē quoq; interiore orbe cinctus dimittitur. Terebarum aut duo genera sunt: alterum capitulum longioris: alterū simile et quo fabri utuntur. quod ab acuto mucrone incipit. deinde subito latiusq; fit: atq; iterū ab alio principio paulominus q̄ equaliter sursum procedit.

S i uitium in angusto est quod p̄dere mediolus possit.

Ille potius aptatur et si caries subest medius clauus in
foramen dimittitur. Si nigrities angulo scalpri. Si nu
lus exiguus fit qui clauo recipiat: ut eo insistente cir
cũactus modiolus delabi non possit. Deinde his habe
ne quasi terebras conuertitur. Estq; qdam premen
di modus ut efforet et circũagatur: qua si leuiter im
primitur paru proficit: si grauiter nõ mouetur. Ne
q; alienum est instillare paulum rose uel lactis: quod
magis lubrico circũagatur: quod ipm tamen si copio
sius est: aciem ferramenti habet. Ar ubi iam iter mo
diolo pressum est: medius clauus educitur: et ille per
se agitur. Deinde cũ sanitas inferioris partis scobe
cognita est: modiolus remouetur. Ar si latius uitium
est: q̃ ut illo cõprehendatur terebra res agenda est.
Ca foramen fit in ipso fine uitiosi ossis atq; integri.
Deinde alterum nõ ita longe tertiumq; donec totus is
locus qui excidendus est his caulis cinctus sit. atq; ibi
quoq; quatenus terebra agenda sit scobis significat. Tuc
excisorius scalper ab altero foramine ad alterũ mallio
lo adactus: id quod utrũq; medium est excidit: ac sic
ambitus similis ei fit qui in angustiorem orbem modi
olo imprimitur. utrũ modo uero id circũductum est.
Idem excisorius scalper in osse corrupto planus sũma
quãq; testam lesit donec integrum os relinquatur.
Vix unq̃ nigrities integrum caries per totũ os per
corrumpit. Maximeq; ubi uiciata caluaria est: id
quoq; signi speculo significatur: qui depressus in id
foramen: quod ibi solidam sedem habet. et ob id te
tinens aliquid inuenit et madens exit: si puium
inuenit: altius descendens inter os et membrana

nihil opposuum inuenit: educiturq; siccus: no quo no subsit aliqua uitiosa sanies est. Sed quoniam ibi ut in latiore sede diffusa sit. Siue autē nigrities quā terebra detexit siue caries quam specillum ostendit os transit: modioli q dem usus fere superuacuus est: quia latius pateat necesse quod iam alter processit. terebra uero ea quā secundo loco posui utendum eaq; ne nimis incalescat, subinde in aquam frigidam demittenda est. Sed tum maiore cura agendum est. cū iam aut simplex os dimidium perforatū est: aut in duplici superius: illud spatium ipm hoc sanguis significat. Ergo tum lentius ducenda habena suspendendaq; magis et sepius attollenda et foraminis altitudo cōsideranda, ut quandoq; os perrūpitur sentiamus: neq; periclitemus: ne mucrone cerebri membrana ledatur.

Ex quo graues inflamationes cū periculo mortis oriuntur factis foraminibus eodē modo media sepe sed multo circūspectius excidenda sunt: ne forte angulus scalpri eadē membrana uiolet: donec fiat aditus per quem membrane custos imitatur: meningo phylagas greci uocant. Lamina enea est prima paulum resima ab exteriore parte leuis que demissa: sic ut exterior pars eius cerebro propior sit. Subinde ei subiciatur quod scalpro discutiendū est: ac sic excepit eius angulum ultra transire non patitur: eoq; et audacius et tucius scalprum malliolo subinde medicus serit. donec excisum undiq; os, eadem lamina leuator tolli sine ulla noxa cerebri potest. Vbi totum os eiectum est circūradende lauandeq; sunt ore et si quid scobis membrane insedit colligendum: ubi superiori parte sublata inferiore relicta est. non ora tm̄ sed os quoq; tm̄ lauandum est: ut sine noxa postea cutis increscat

que aspero osse innascens. protinus non sanitatem sed no
uos dolores mouet patefacto cerebro qua ratione agendu
sit. dicam cu ad fracta ossa uenero: si bassis aliqua seruata
est: superimponenda sunt medicamenta no pinguia que re
centibus uulneribus accomodantur: supraq; imponenda la
na sucida oleo atq; aceto madens. ubi tempus processit os
se caro increscere: eaq; factum uianu sinum complet. Si
quod etia os adustum est, a parte sana recedit. Subitq; su
per integram atq; emoriuam partem carbuncula que quod
abscessit expellat eaq; fere quia testa tenuis et angusta e
squama est: idest lepis a grecis nominatur. Potest etiam
euenire ut ex ictu neq; findatur os neq; perfingatur: sed
summu tamen collidatur os exasperetur q; quod ubi inci
dit radi et leuari satis. Hec q̃uis maxime fiunt in capite:
tn ceteris quoq; ossibus comunia sunt. ut ubicuq; ibi incipit,
eodem remedio sit utendum: atq; ea fracta fissa, forata
collisa sint. quasdam proprias in singulis generibus: quas
dam comunes in pluribus curationes requirunt. De qui
bus protinus dicam initio ab eadem caluaria accepto.

Signa capitis uulnerati.

IGITVR ubi ea pertusa: protinus requirendum
est num bilem is homo uomuerit: nu oculi eius
obcecati sint: num obmutuerit. nu per nares aures
ue sanguis ei effluxerit: num conciderit num sine sen
su quasi dormiens iacuerit. hec.n. non nisi osse fracto e
ueniunt. Atq; ubi inciderunt scire licet necessariam sed
difficilem curationem esse. Si uero etia torpor accessit,
si mens non constat. Si neruoru uel resolutio uel disten
no secuta est: uerisile est etia cerebri membranam esse
uiolatam: eoq; in angusto magis spes est. At si nihil hoꝝ

secutum est. potest etiā dubitari an os fractum sit. et
protinus considerandum est, lapide an ligno an ferro
an alio telo percussus sit. et hoc ipo leni an aspero me-
diocri an uastiore: uehementer an leuiter: quia quo
mitior ictus fuit eo facilius os ei restitisse credibile est.
S ed nihil tn̄ melius est q̄ certiore id nota explorare.
Ergo qua plaga demitti specillum oportet neq; nimis
tenue neq; acutum: ne cū in quosdam sinus natura
les inciderit: opinionem fracti ossis rationis frustra fa
ciat. neq; nimis plenum ne paruule rimule fallant
ubi specillum ad os uenit. si nihil nisi leue et lubricu
occurrit: integrum id uideri potest nihil. Si quid as
peri est: utiq; qua suture nō sint. fractum os esse te
statur: a suturis se deceptum esse hyppocrates memo
rie prodidit more scilicet magnorum uirorū, et fiduci
am magnarū rerū habentium. nam leuia ingenia
quia nihil habent: nihil sibi detrahunt: magno inge
nio multoq; nihil minus habituro: conuenit etiā sim
plex ueri erroris confessio: precipueq; in eo ministe
rio quod utilitatis causa posteris traditur. Neq; decipi
antur eadem ratione qua quis ante deceptus est. Sed
hec qdem alioqn memoria magni professoris uti in
terponeremus effecit. Potest autē sutura eo nomine
fallere, que eque aspera est. Vt aliquis hanc etiā siri
ma est existimet eo loco quo subesse hanc uerisile est.
E rgo eo nomine decipi non oportet. sed os aperire tutis
simū est. Nam neq; utiq; certa sedes ut supraposui su
turarum est: et potest idem et naturaliter cōmissū
et ictum fictum esse iuxta ne aliquid fissum habere,
quin aliquid etiā ubi ictus fuerit uehementior. q̄uis

specillo nihil inuenitur: tamē aperire cōmodius est. At si
ne tum qdem rima manifesta est inducendum sup os
atramentū scriptorium est. Deinde scalpro id deraden-
dum: nigritiem n. continet. si quid fissum est: solet etiā
euenire ut altera parte fuerit ictus et os altera fiderit.
Itaq; si grauiter aliquis percussus est: si mala indicia sub-
secuta sunt: neq; ea parte qua cutis discussa est: rima
reperitur: non incōmodum est parte altera considera-
re. nūquid locus mollior sit et tumeat: eumq; aperire: si
qdem ibi fissum os reperietur: nec tn̄ magno negotio
cutis sanescit. Etiā si frustra detecta est: os fractum ni-
si succursum est: grauibus inflāmationibus afficit diffici-
liusq; postea tractatur, raro sed aliqn̄ tamen euenit. ut
os qdem totum integrum maneat: intus uero ex ictu
uena aliqua in cerebri membrana rupta, aliquid san-
guinis mittat: isq; ibi concretus magnos dolores moueat,
oculos quibus obcecet. Sed forte contrahit dolor est: et
eo loco cute incisa pallidum os reperitur. Ideoq; id quo-
q; os excidendum est. Quacūq; autē de causa curatio hec
necessaria est. si nondum cutis patefacta est: latius a-
perienda est: donec quicquid lesum est in conspectu sit
in quo ipo uidendum est: ne quid ex ima membranula
que sub cute caluariam cingit: super os relinquatur.
Si qdem hec scalpro terebrisue lacerata uehementes
febres cū inflāmationibus excitant. Itaq; eam cōmodi-
us ex toto abosse seduci: plagam si ex uulnere est ta-
lem necesse est habeamus qualem acceperimus. Si ma-
nu facienda est ea fere cōmodissimū est: que duabus
transuersis lineis litere et figuram accipit ū deinde
a singulis cutis subsequatur, interque si sanguis fertur.

Spongea subinde in aceto tincta cohibendus est. occupandusq; obiectis liniamentis: et caput altius excitandum: neq; id ullum uitium metum nisi inter musculos qui tempora continent adfert: sed ibi quoq; nihil tutius fit. In omni uero fisso fracto ue osse protinus antiquiores medici ad ferramenta ueniebant. Quibus sic exciderent. Sed multo melius est ante emplastra experiri que caluarie causa componuntur eorumq; aliquid oportet ex aceto inelitum per se super fissum fractumue os imponere. Deinde super id aliquanto latius q̄ uulnus est, eodem medicamento illitum linteolum et preter eam sucidam lanam aceto tinctam tunc uulnus deligare et quotidie resoluere. Similiterq; curare usq; ad diem quintū. A sexto die etiā uapore aq̄ calide per spongiam fouere. Cetera ex eadem facere.

Quod si caruncula increscere ceperit: et febricula aut soluta erit aut lenior: aut cupiditas cibi reuerterit: satisq; somni accedet in eodem medicamento erit perseuerandus. Procedente deinde tempore emolliendum id emplastrum adiecto cerato ex rosa facto quo facilius carnem producat. Nam per se reprimendi uim habent. hac ratione sepe rime callo quodam implentur. Estq; ea ossis uelut cicatrix: et latius fracta ossa si qua inter non coherebant eodem callo glutinantur. ee que aliquanto melius uel amentū cerebro q̄ caro que exciso osse increscit. Si uero sub prima curatione febris intenditur breuesq; somni et idem per somnia. tumultuosi sunt ulcus madet neq; alitur: et in ceruicibus glandule oriuntur magni dolores sūt. Cibiq; super hec fastidium increscit. Tum demū ad manum scalpriq; ueniendum est: duo uero sub ictu caluarie pericula sunt: ne uel findatur uel medium defidat. Si fissum e

possunt fore esse comprehense: uel quia altera super alte-
ram excessit uel etiā quia fere uehementer rursus se com-
miserunt. ex quo euenit humor ad membranam qdem de-
scendat. exitum uero non habeat: ac si eam irritet: et gra-
ues inflāmationes moueat. ubi medium desedit: eandem
cerebri membranā surget. Interdum etiā extra curam: q
busdam uelut aculeis pungentibus: his ita succurrendum
est: ut tamen q̄ minimū ex osse donatur. Ergo si ora alteri
insedit: satis est id quod eminet plano scalpro excidere
quo sublato iam rima hiat quantū curationi satis est. At
si ore inter se comprimūtur: a latere eius interposito di-
giti spatio, terebra foramen faciendum est. Adeoq; scal-
per duabus lineis ad rimam agendus ad similitudinem
litere: ij. sicut uertex eius a foramine basis ad rimas it.
Q d' si rima longius patet ab altero foramine rursus similis
fieri sinus debet. ita nihil latens in eo osse concauo est. habū
deq; exitus datur intus ledentibus. ne si fractum qdem os
desedit totum excidi necesse est. Sed siue totum perfrac-
tum est: et ab alio ex toto precessit, siue circūposite cal-
uarie inheret: exigua parte ab eo quod naturaliter se
habet scalpro diuidendum est. Deinde in eo quod descē-
dit iuxta rimam quā fecimus foramina addenda sunt:
S i in angusto noxia est duo. si latius patet tria: septaq; eo-
rū excidenda. et tum scalper utrīq; ad rimam agendus
sic ut lunatum sinum faciat. Imaq; pars eius intus ad i
fracturam cornua: ad os integrum spectent. Deinde si
qua labent, et ex facili remoueri possunt: forfice ad id fac-
ta colligenda sunt: maximeq; ea que acuta membrana;
infestant. Si id ex facili fieri non potest: subicienda la-
mina est, quā custodem eius membrane esse proposui:

Et super eam quicquid spinosum est et intus eminet exciden
dum est. Eadem lamina quicquid deorsum insedit ad tol
lendum hoc genus curationis efficit. Vt qua parte frac
ta ossa tamen inherent solidentur: qua parte abruta sunt
sine ullo tormento sub medicamenti tempore excidant.
Spatiumq; inter hec satis illa magnu ad extrahendam sa
niem relinquatur. plusq; in osse propugnandi cerebrum
habeat q̄ habiturus fuit eo exciso. his factis ea mēbrana
acri aceto respergenda est. ut siue aliquid sanguinis ex
ea profluit cohibeatur. Siue intus concretus cruor ema
net discutiatur. Tum idem medicamentu eodē modo
qui supra positum est mollitum: ipi membrane impone
dum est. Ceteraq; eodē modo facienda sunt que ad lin
teolum illitum et lanam sucidam pertinent collocandus
q; is loco in tepido: et curandum quotidie uulnus bis e
tiam estate. Medicamentum capitis.

QVOD si membrana per inflamationem intumue
rit: infundenda erit rosa tepida: si iisq; eo tume
bit ut super ossa quoq; emineat: coaceruabit ea
bene trita lenticula uel folia uitis contrita. et cum re
centi uel butyro uel adype anserino mixta cerulaq; mol
liri debebit liquido cerato et ex irino facto. At si pa
rum pura membrana uidebitur: par modus eius em
plastri et mellis miscendus erit. idq; super infundendu
eiusq; continendi causa unū aut alterum liniamentu
initiendum, et super linteolo cui emplastrum illitum
sit contegendum. ubi plus pura membrana est: eadem
ratione adiciendum emplastrum ceratum ut carnem
producat: quod ad abstinentiā uero et primos uteriores
cibos potionesq; pertinet: eadem que in uulneribus pre-

cepi seruanda sunt. eo magis quo periculosius hec pars ad
ficitur. qn etiā cū iam nō solum sustineri sed ali his quo
q; apparebunt. Tamē erunt uitanda quecūq; mandenda
sunt. Item fumus et quicquid excitat sternuitatem. Spē
uero certam faciunt membrana mobilis ac sui coloris. ca
ro increscens rubicunda facilis motus maxille atq; ceruicis
mala signa sunt: membrana īmobilis nigra uel liuida, max
illarum rigor atq; ceruicis. cetera queq; ad somnū, cibi de
siderium, febrem puris colorem attinent: eadem que in
ceteris uulneribus uel salutaria uel mortifera sunt. ubi
bene res cedit: incipit ab ipā membrana, uel si os eo loco
duplex, inde quoq; caro increscere: eaq; id quod inter ossa
uacuum est replet. Non nunq̄ etiam super caluariam ex
crescit. Quod si incidit inspergenda squama eris est ut
id reprimat: cohibeatq; ea carne superdanda que ad cica
tricem perducant. Omnibusq; ea locis cōmode inducitur
excepta frontis ea parte, qua paulum super id est, quod in
ter supercilia est: ibi n. uix fieri potest. ut non per omē;
etatem sit: ut exulceratio que linteolo medicamentum
habente contegenda sit. Illa utiq; capite fracto seruan
da sunt. ut donec iam ualida iam cicatrix sit minus in
usu erit soluendus frequens balneum. maior uini modus.

Cura narium.

IN naribus uero et os et cartilago frangi solet: et
qdem modo auersa modo a latere si fracta sunt,
alterum ue ex his nares desinunt difficulter spiritus tra
hitur. Si a latere os fractum est: is locus cauus est. Si car
tilago in alteram partem nares declinantur, quicquid
in cartilagine incidit excitando ea lenicer est. aut sub
iecto specillo aut duobus digitis utrīq; compressi. dein

de in longitudinem implicata. Lintei rasuramenta et mol
li pellicula cincta, circūsutaq; intus adicienda sunt: aut eo
dem modo compositum aliquid ex arido penicillo aut gran
dis pinna gummi uel fabrili glute illita et molli pellicula
circūdata que desidere cartilaginem non sinat. Sed si aduer
sa ea fracta est, equaliter utraq; naris implenda est. Si ala
tere crassius esse debet ab ea parte in quam nasus iacet: ab
altera tenuius id quod inseritur extrinsecus autē circūdan
da habena est mollis media illita mixtis inter se similia et tu
ris fuligine: eaq; ultra aures ducenda et fronti duobus capi
tibus adglutinanda est. id.n. gluten quasi corpori inherescit
et cū induruit nares cōmode continent. Si nec quod intus
inditum est lesit, sicut maxime fit ubi interior carnlago per
fracta est excitat nares eadem tmmodo habena continende
sunt. Deinde post quamordecim dies id ipm demendum est.
R esoluitur aqua calida eaq; is locus quotidie fouendus est. Sin
os fractum est: id quoq; digitis in suam sedem reponendum est.
Atq; ubi aduersum ut utraq; naris implenda: ubi a latere ea in
quam os impulsum est imponendumq; ceratum: et paulum
uehementius deligandum est: quia callus eo loco non ad sani
tatem tmmodo sed etiā ad tumorem increscit. A terno die
fouendum id aqua calida est. Tantoq; magis quanto propius
esse sanitati debet. Quod si plura erant fragmenta nihilomi
nus extrinsecus singula in sua sede digitis erunt compellen
da. Imponendaq; extrinsecus eadem habena: et super ea ce
ratum neq; ultra fascia adhibenda est. At si quod fragmentū
utiq; resolutum cū ceteris non glutinabitur. Intelligitur q
dem ex humore qui multus ex uulnere feretur uulsella ue
ro extrahetur. finitisq; inflamationibus imponetur aliqd
inedicamentū ex his que leniter reprimunt. Peius est ubi

aut ossi aut cartilagini fracte: cutis quoq; uulnus accessit. Id ad modum raro fit si incidit: illa qdem nihilominus eadez ratione in suas sedes excitanda sunt. Cuti uero super imponendum emplastrum aliquod ex his que recentibus uulneribus accommodata sunt. Sed insuper nullo uinculo deligandum est.

De auribus.

IN aure quoq; interdum rumpitur cartilago: qd' si incidit, anteq̃ pus oriatur imponendum glutinans medicamentu est. Sepe n. suppurationem prohibet et aurem confirmat. Illud et in hac et in naribus ignorari non oportet: non qdem cartilaginem ipam glutinari circa tn̄ carnem increscere solidariq; eum locum. Itaq; si cum cute cartilago rupta est: cutis utriq; suitur. Nunc aure de ea dico que cute integra frangitur. In ea uero si iam pus natum est aperienda altera parte cutis: et ipa cartilago contra lunata plaga exscindenda est. Deinde utendum est medicamento leniter supprimente quale lytium est aqua dilutum: donec sanguis fluere desinat. Tum imponendum linteolum cum emplastro: sic ut pingue omne uitetur. et a parte posteriore lana mollis auri subicienda est: que quod est inter hanc et caput cōpleat. Tum ea leniter deliganda est, a tertio die uapore ut in naribus posui fouenda, atq; in his quoq; generibus. Abstinentia primi temporis necessaria est: donec inflammatio finiatur ab his ad maxillam uenturus, indicanda quedam puto cōmuniter ad omnia ossa pertinentia ne sepius eadem dicenda sint.

De ossibus uulneratis.

OMNE igitur os modo rectum ut dignum in longitudinem finditur modo frangitur transuersum, interdum obliquum: atq; id ipm non nunq̃ retusa habet capita nō nunq̃ acuta: quod genus pessimum est: quia ne-

q; facile cōmutuntur, quia nullo retuso inituntur et car-
nem uulnerant. Interdum neruum quoq; aut musculū.
Quinetiā aliqn̄ plura fragmenta fiunt. Sed in aliis qdem
ossibus ex toto sepe fragmentū a fragmento recedit. Max
ille uero semper aliqua parte etiā uexata ossa inter se
coherent. Igitur in primis digitis duobus utrīq; preme-
tibus. et ab ore. et ab cute. omnia ossa in suam sedem cō-
pellenda sunt. Deinde si transuersa maxilla fracta ē
sub qua casu fere dens super proximū dentem excedit.
Vbi ea in suam sedem collocata est. duo proximi dentes a
si illabunt ulteriores inter sese deligandi sunt. Id in a-
lio genere fracture superuacuum est. Cetera eadem
facienda sunt. Nam linteolum supinitiendum cū eade;
similia. et eadem turis fuligine est. Deinde aut fascia,
aut mollis hauena mollia in longitudinem incisa. ut utrī-
q; mentū compleatur. et inde capita eius supra caput ad-
ducta ibi deligentur. Illud quoq; ad omnia ossa pertinēs
dictum erit. famem esse primū necessariam. deinde a
de a die tertio humidum cibum, sublata inflāmatione
paulo pleniorem eumq; per carnem alati. per omne tem-
pus uinum esse alienum. Deinde tertio die resolui. fo-
ueri debere per spongiam uapore aque calide eademq;
que primo fuerunt superdari. Idem die quinto fieri. et
donec inflāmatio finiatur que uel nō hodie uel octauo
die uel septimo fere soluitur. Ea sublata rursus ossa ee
tractanda. ut si quod fragmentū loco suo non est re-
ponatur. neq; id esse soluendum. nisi due partes eius tē-
poris intra quod queq; ossa conseruantur. Transit fere
uero intra quartūdecimū; et unū et uicesimū diem sa-
nescunt; maxillam male, iugulum, pectus, latus, os sca-

pularum, coste spina, coxarum os, tali calx, manus plante
inter uicesimū et tricesimū diem. Crura, brachiaq; inter
septimū et uicesimū; et quadragesimū, humeri et femi-
na: sed in maxilla illud quoq; adiciendum est: quod humi-
dus cibus diu assumendus est. Atq; etiam cū tempus pro-
cessit, in lagana silibusq; alijs perseuerandum: donec ex to-
to maxillam callus firmarit. Item utiq; primis diebus ha-
bendum silentium, iugulum uero si transuersum fractū
est: nō nūq̄ per se rursus recte coit, et nisi mouetur sa-
nari sine iunctura potest. Non nūq̄ uero maximeq; ubi
motum est: elabitur, fereq; id quod a pectore sub id quod
ab humero est in posteriorem partem inclinatur: cuius
ea ratio est quod per se nō mouetur, sed cū humeri motu
consentit. Itaq; eo subsistente subit humerus: agitatur
raro uero ad modum in priorem partem iugulum incli-
natur. adeo ut magni professores nunq̄ se uidisse me-
morie mandauit: sed locuples in eius rei auctor hyppocra-
tes est. Verū ut dissimilis uterq; casus est. sic quedam dissilia
requirit. Vbi ad scapulas iugulum tendit: simul dextra ma-
nu plane propellendus in posteriorem partem humerus est,
et illud in priorem attrahendum, ubi ad pectus conuersum
est. Ipm̄ qdem retrodandum, humerus autē in priorem
partem adducendus est ac si is inferior est. nō id quod a
pectore est deprimendum est quia īmobile est. Sed hu-
merus ipē attollendus: si casu superius est: id quod a pec-
tore est implendū; lana et humerus ad pectus deligan-
dus est. Si acuta fragmenta sunt, incidi contra cutis de-
bet, ex ossibus ea que carnem uulnerant. Precidenda tūc
retusa ossa cōmittenda sunt, si quod ab aliqua parte emi-
net, opponendum ei triplex linteolum est, in uino et oleo

tinctum. si plura fragmenta sunt, excipienda sunt. et ex se-
rola facto cauaniculo. eademq; intus in cerato ne fascia di
ducantur: que iugulo composito circudanda est sepius potio
q̄ ualentius: quod ipm̄ quoq; in omnibus ossibus fractis per
petuum est. a dextro uero iugulo si id factum est ad aliam
sinistram. a sinistro ad dexteram. Rursusq; sub ala sua fa
sciari debet. Post hec si iugulum ad scapulas inclinatū est
brachium ad latus. Si in partem priorem ad ceruicem de-
ligandus est. Supiuusq; homo collocandus. Cetera eadem
facienda que supra comprehensa sunt. Sunt uero plura
ossa sere imobilia uel dura uel cartilaginosa que uel fran
guntur uel forantur uel colliduntur uel finduntur. Vt
male pectus latum. latum os scapularum coste spina co
starum os tali calx manus plaga. Horum omniū eadem
curatio est: si supra uulnus est. suis medicamentis nutrien
dum est. quos sanescente rimas quoq; ossis aut si qdem fe
rumen est. callus implet. si cutis integra est. et os lesum ēē
ex dolore colligimus. nihil aliud q̄ quiescendum imponen
dumq; ceratum est. et leniter deligandum donec sanitate
ossis dolor finiat.

De costis.

PRoprie tamē quedam de costa dicenda sunt quia
iuxta uiscera est. Grauioribus periculis his si ulcus
expositum est. hec quoq; igitur interdum sic finditur
ut ne summū qdem os sed interior pars eius que rara est
ledatur. Interdum sic ut eam totam is casus perruperit.
Si tota fracta nō est nec sanguis expuitur: nec febricula
sequitur: ne quicq̄ suppurat nisi ad modum raro nec dolor
magnus est: tactu tn̄ is locus leniter indolescit. Sed habū
de est eadem que suprascripta facere: et a media fascia
incipere deligare ne in alterutram partem hec cutem

inclinet ab uno et uicesimo die: quo utiq; os esse debet glu
tinatum id agendum: cibis superioribus est utendum: cor
pus q̄ plenissimū fiat, quo melius os uestiat, quod illo lo
co tenerum: adhuc murie sub tenui cute expositum est.
P er omne aut ē tempus curationis uitandus clamor. Ser
mo quoq; tumultus ira motus uehementior corporis, fumus
puluis. et quicquid uel tussim uel sternutamentū mouet
ne spiritum qdem magnopere continere expedite si tota
costa refracta est: casus asperior est. nam et graues inflam
mationes et febris et suppuratio, et sepe uite periculum
sequitur, et sanguis spuitur. ergo si uires patiuntur. ab eo
brachio quod super eam costam est sanguis mittendus est.
Si non patiuntur: aliuis tamē sine ullo acri ducenda est.
diutiusq; media pugnandum. Panis uero ante septimum
diem nō assumendus: sed sorbitione una uiuendum. Imponē
dumq; ei loco ceratum ex lino facto cui cocta quoq; resina
adiecta sit. Aut polyarchi malagma aut panachi ex uino
et rosa et oleo. superq; imponenda lana succida mollis: et
due fascie a medie, sore torte minimeq; astricte, multe
uero, magis omnia uitanda que supraposui. Adeo ut ne
spiritus qdem sepius mouendus est. Qd' si tussis insestabit
ad id potio sumenda erit uel extrix sagone uel ex ruta uel
ex herba uel stocade, uel ex cumino et pipere. Grauioribꝰ
quoq; doloribus urgentibus cataplasma. Imponi quoq; in
balneo conueniet. quo quis uel lolio uel ex hordeo: cui pin
guis fici tertia pars sit adiecta: et id qdem in erdiu super
iacebit: noctu uero idem aut ceratum aut malagma aut
panni quia post cathaplasma decidere. ergo quotidie q°
tidie quoq; resoluitur donec iam cerato aut

Deficit i uetustissiō exēplarj.

atq; ita deligando adsuescere. iterū uetustate fedi cogit non nūq̄ autē; recte qdem ossa ceperunt. super increuit uero nimius callus. ideoq; locus si intumuit quod ubi incidit dui leuiterq; id membrū perfricandū; est ex oleo et sale et nitro: multūq; aqua calida salsa fouendum et imponendū; malagina quod digerat adstriusq; alligandum oleribusq; et preterea uomitu utendum perq; eum carne callus quoq; extenuatur. Confertq; aliquid de sinape qd cum ficu in alterū par membrum impositum donec id paulum erodat: eoq; euocet materiam ubi is tumor extenuatus est. Rursus ad ordinem uite reuertendum est. „ De Luxatis. „

AC de fractis qdem ossibus hactenus dictum est. Mouentur aute ea sedibus suis duobus modis. nam modo que iuncta sunt inter se dehiscunt. Vt cum latum scapularum os ab humero recedit, et in brachio radius a cubito et in crure tibia a sura. interdum a saltu calcis rosa talo quod raro tamen fit. modo articuli suis sedibus excidunt. ante de prioribus dicam. quorū ubi aliqd incidit protinus si locus causa depressusq; digitus sinum inuenit. Deinde grauis inflāmatio oritur atq; in talis precipua. si qdem febres quoq; et cancros et neruorū ul' distinctiones uel rigores qui caput scapulis adnectunt monere consueuit. quorū uitandorū; causa facienda eadem sunt que in ossibus mollibus lesis aliquid ubi incidit protinus is locus proposita sunt. Vt dolor tumor q̄ per ea tollantur. Nam diducta ossa nūq̄ rursus inter se iunguntur et ut aliquid decoris eo loco sic nihil usq; amittitur. maxilla uero et uertebra omnesq; articuli cū ualidis neruis comprehendantur. Excidunt aut ui

expulsi aut aliquo casu neruis uel ruptis uel infirmitatis, faciliusq; in pueris et in adolescentulis q̄ in robustioribus hijq; elabuntur in priorem et exteriorem partem .qdam omnibus modis, qdam certis. Sunt que quedam cōmunia omniu; signa, queda; propria sunt cuiusq;. Si qdem semper ea parte tumor est in quas os prorūpit ea sinus a qua recessit: et hec qdem in omnibus deprehenduntur.

Alia uero si in singulis que simul atq; de quoq; dicant proponenda erunt. Sed ut excidere omnes articuli non possunt. Sic nō omnes reponuntur. Caput .n. nō nunq̄ compellitur: neq; in spina uertebra: neq; ea maxilla que utraq; parte prolapsa anteq̄ reponerentur inflāmationem mouit. Rursus si qui neruorū uitio prolapsi sunt compulsi quoq; in suas sedes iterū excident. At quibus in pueritia exciderunt neq; reposita sunt. Minus q̄ ceteri crescunt omniū queq; loco suo non sunt: caro eam crescit, magisq; in proximū membrum q̄ in ulteriore. Vt puta si humerus loco suo nō est maior in eo ipō fit q̄ in brachio.

Maior in hoc q̄ in manu acies tum pro sedibus et pro casibꝫ qui inciderunt: aut maior aut minor usus eius membri relinquitur quoq; in eo plus usus superest eo minus id extenuatur. Quicquid autē loco suo motum est ante inflāmationem reponendum est. Si illa occupauit dum conquiescat nunc lacessendum est ubi finita est temptādum est in his membris que id patiuntur. Multum āt eo conferet et corporis et neruorū habitus. Nam si corpus tenue est humidum est. Si neruī infirmi expeditius os reponitur. Sed et primo facilius excidit et postea minus infideliter continetur. Que contraria his sunt melius continent. Sed id quod expulsum est dif-

ficulter admittunt. Oportet autē ipam inflamationem leuare super sucida lana ex aceto imposita. A cibo si ualentiores articuli casus est triduo interdum etiā quinq; diebus abstinere debere. bibere aquam calidam dum siti finiat. Cutiosiusq; hec facere his ossibus motis que ualidis plenisq; musculis continentur. Si uero etiā febris accessit, multo magis deinde ex die quinto fouere aqua calida remotaq; plena ceratum imponere ex cyprino factum: nitro quoq; adiecto donec omnis inflamatio finiatur. Tūc inflictionem ei membro adhibere cibis uti bonis uti uino modice. Iamq; ad ususquoq; suos id membrum promouere: quia motus in dolore pestifero sic alias saluberrimo corpore est. hec cōmunia sunt: nunc de singulis dicam.

De cura maxille.

MAXILLAM in priorem partem propellitur. Sed modo altera parte, modo utraq;. Si alteram in cōtrariam partem: modo utraq; ipa mentumq; inclinatur dentes paribus non respondent. Sed sub his qui cecant canini sunt.

A c si utraq; totum mentū in exteriorem partem probetur. Inferiores quoq; dentes longius q̄ superiores excedunt. Intentiq; super musculi apparent. Primo quoq; tempore homo in sedili collocandus est. Sicut minister a posteriore parte caput eius contineat: uel sic ut iuxta parietem is sedeat.

S ubiecto inter parietem et caput eius scorteo puluino duro easq; caput per ministrum urgeatur quo sit īmobilius. Tum medici digiti polices linteolis uel fasceis ne delabant inuoluti in os eius coiciendi ceteri extrinsecus admouēdi sunt ubi uehementer maxilla apprehensa est, si una parte procidit concutiendum mentū et ad guttur adducendum est. Tunc simul et caput apprehendum: et excitato

mento maxillam in suam sedem compellendam et os eius compri-
mendum est. Sic ut omnia pene uno momento fiant. Sic in utraq;
parte prolapsa est eadem omnia facienda. Sed equaliter retro maxil-
la agenda est reposito osse si cū dolore oculorum et ceruices isti ca-
sus incidit. ex brachio sanguis mittendus est. Cum omnibus uero
quoq; ossa mota sunt. Primo liquidior cibus conueniat. Tum his
precipue adeo ut sermo quoq; frequenti motu oris per neruos
ledat.

DE CAPITE.

CAPVT duobus processibus in duos sinus summe uerte-
bre demissis super ceruicem contineri. In prima parte
proposui processus interdum in posteriorem partem excidunt
quo fit ut qui nerui sub occipitio extendantur mentum pec-
tori adglutinetur neq; bibere is neq; locus possit. Interdum
sine uoluntate semen emittat. quibus celerrime mors super-
uenit. Ponendum autē his esse credidi nō quo curatio eius
rei ulla sit. Sed ut res indicijs cognosceretur et non putarent
sibi medicum defuisse. Si qui sic aliquid perdidisse.

DE SPINA.

DEIN casus manet eos quorū in spina uertebre ceciderūt.
id. n. nō potest fieri nisi et medulle que per medium
et duobus membranulis que per duos a lateribus processus fe-
runtur et neruis qui continent ruptis excidunt, aut et in po-
steriorem et in priorem, et supra septum transuersum, et in-
fra in utrāq; partem exciderit a posteriore parte uel tumor
uel sinus donec uel si super septum id incidit. manus resoluū-
tur: uomitus aut distentio neruorum insequitur. Spiritus dif-
ficulter mouetur. dolor urget, et aures obtuse sunt. Si super
septo femina resoluuntur. urina supprimitur. Interdum et
sine uoluntate prorumpit: et eiusmodi casibus et tardius
quanq̄ ex capitis. sic tamē intra triduum homo moritur.

Nam quod hippocrates dixit. Vertebra in exteriorem partem prolapsa pronum hominem collocandum esse ut extendendum. Tum calce aliquem super ipm̄ os debere subsistere: id intus impellere in his accipiendum est que paulum excesserunt. Non in his que tote loco mute sunt. Non nunq̄ enim neruorū imbecillitas efficit. Vt q̄uis non exciderit uertebra tantū paulum tn̄ aut in priorem partem promineat.

Id non iugulat: sed ab interiore plerūq; iterum redit nisi qd' ad modum rarum est, uis neruis restituta est.

De humero.

Humerus autem modo in alam excidit, modo in partē priorem. Si in alam delapsus est et uictus cubitus recedit ab latere rursum iuxta eiusdem partis aurem cū humero porrigi nō potest. Longiusq; id brachio alterum et ad si priorem partem summā qdem brachium extenditur.

Minus tamen q̄ naturaliter difficiliusq; in priorem partem q̄ posteriorem cubitus porrigitur. Igitur si in alam humerus excidit et uel puerile adhuc id corpus uel molle certe et imbecillis neruis intentum est. Satis est collocare id in sedili et ex duobus ministris alteri imperare ut caput late his capulmum ossibus leniter reducat. alteri ut brachium extendat ipm̄ posteriore parte residentem renum sub ala eius coire simulq; et ille eos et altera manu brachium eius ad latus impellere. at si uastius corpus neruu coruisue robustiores sunt: necessaria est scala lignea et que crassitudinem duorū digitorū habet longitudinem ab ala ad digitos peruenit. In qua summa capitulum est rotundum et leniter cauum ut recipere particulam aliquam ex capite humeris possit in ea bina foramina tribus locis sunt in terre spatio distantibus in que ea lora

mollia coiciuntur: eaq; spata fascia inuoluta quominus tactu ledat: ad alam a brachio dirigitur sic ut caput eius summe ale subiciatur. Deinde loris suis ad brachium deligatur uno loco. Paulum infra humeri caput altero paulum supra cubitum. tertio supra manū cui rei protinus interuallatim quoq; foraminū apta sunt. Si brachium deligatū super scale gallinarie gradum traicitur italee ut consistere homo ipse nō possit: simulq; in alteram partem corpus demittitur in alteram brachium intenditur: eoq; fit ut capite ligni caput humeri impulsum in suam sedem, modo cuj; sono, modo sine hoc compellatur. Multas alias esse rationes scire facile est uno hyppocrate lecto: sed non alia magis usu comprobata est. At si in priorem partem humerꝰ excidit supinus homo collocandus est. fasciaq; aut habena media circūdanda est. Capitaq; eius post caput hominis ministro tradenda brachium alteri: precipiendumq; utile habenam hic brachium extendat. Deinde medicus caput qdem hominis sinistre debet repellere. Dextra uero cubitum cū humero attollere: et eos in suam sedem compellere. faciliusq; id in occasum q̄ in priore reuertitur.

R eposito humero lana ale subicienda est. Si interiore parte os fuit ut ei opponatur. Si in priore parte ut tn̄ commodius deligetur. Tum fascia primū sub ala obuoluta caput eius debet comprehendere. Deinde perfectus ad alteram alam ab ea que ad scapulas. rursusq; ad eiusdem humeri caput tendere. Sepiusq; ad eandem rationem circūagi donec bene id teneat uinctus hac ratione humerus cōmodius continetur. Si adductus ad latus ad id quoq; fascia ꝺ deligatur.

De cubito

IN cubito autē tria cogere ossa humeri et radij et cu

biti ipsius ex his que prima parte huius uoluminis posita sunt intelligi potuit. Sed cubitus qui innexus humero est: ab hoc excidit: radius qui adiunctus est interdum trahitur: interdum substitit. In omnes uero quatuor partes excidi cubitus potest.

S ed si in priorem prolapsus est extentum brachium est neq; recuruatur. Si in posteriorem brachium curuum est neq; extenditur. breuiusq; altero est. Interdum febrem uomitumq; bilis mouet. Si in exteriorem interioremue brachium porrectu est. Sed paulum in eam partem a qua os recessit recuruatu: quicquid incidit reponendi ratio una: neq; in cubito tantu; est sed in omnibus quoq; membris longis per articulum longa testa iunguntur. Vtruq; membrum in diuersas partes extendere donec spatium inter ossa liberum sit. Tum id os quod excidit ab ea parte in quam prolapsum est in contrariam impellere: extendi tn̄ alia atq; alia genera sunt: prout nerui ualent aut ossa huc illucue sederunt. ac modo manibus solis utendum est: modo quedam alia adhibenda. Ergo si in priorem partem cubitus prolapsus est: extendi per duas manus. interdum etiā habenis abiectis satis est. Deinde rotundum aliquid a lacerti parte ponendum est. Et super id repente cubitus ad humerū impellendus est. At in alijs casibus commodissimū est eadem ratione brachium extendere: que fracto cubito suprapposita sunt et tum ossa reponere. Reliqua curatio eadem est que in omnibus celerius tm̄ est: et sepius id resoluendum est. Multa magis aqua calida fouendum diuitiis ex oleo et nitro ac sale perfricandum: in cubito enim celerius q̄ in nullo alio articulo siue extra remansit siue intus reuertit, callus circūdatur. isq; si per quietem increuit fluxus illius postea prohibet.

De manu

MANVS quoq; in omnis quatuor partes prolabitur.

Si in posteriorem partem excidit porrigi digiti non possunt. Si in priorem nō inclinantur. Si in alterum latus manus in contrarium ide; aut ad pollicem, aut ad minimū digitum conuertitur. Reponi nō difficillime potest super locum durum et renitentem extendi ex altera parte manus altera brachium debet. Sic ut prona sit: si in posteriorem partem os procedit supina. Si in priorem. Si in posteriorem ue in latus ubi satis nerui diducti sunt usq; in alterutrū latus procidit manibus qbus in contrarium repellendum est. Ab hisq; in priorem posterioremue partem prolapsa sunt. Super imponendum durum aliquid idq; supra prominens os manu urgendum est per quos uis adiecta facilius id in suam sedem compellit.

De Palma.

IN palma queq; ossa interdum suis sedibus promouetur. Modo in priorem partem modo in posteriorem. In latus n. moueri paribus ossibus oppositis non possunt signū id solum est quod omniū comune est. Tum que ea parte in quam os uenit ad ea sinus aqua recessit. Sed sine intento digito tm̄modo bene pressum in suam sedem reuertitur.

De Digitis.

AT in digitis totidem fere casus eademq; signa sunt que in manibus. Sed in his extendendis noueq; in opus est cū et articuli breuiores et nerui minus ualidi sint. Super mensam tm̄modo intendi debent: qui uel in priorem uel in posteriorem partem exciderunt. Tum iam palma cōpelli ad id quod in latus elapsum est digitis restitui.

De Cruribus.

CVM de his dixerim: de his quoq; que in cruribus sūt uideri possum dixisse. Si qdem etiā in hoc casu quedam silitudo est femorj et humero et tibie et cubito redi

et manu. Quedam tñ separatim quoq; de his dicenda
sunt. femur in omnes quatuor partes promouetur. se
pissime interiorem, deinde in exteriorem, raro ad modu;
in priorem aut posteriorem. Si in interiorem partem
prolapsum est: crus longius altero et uastius est. extra
n. pes ultimus spectat. Si in exteriorem breuius rarũq;
fit et intus inclinatur. Calx ingressus terram non contin
git. Sed planta iam meliusq; id crus superius id corpus
q̃ in priorem manu fert minusq; baculo eget. Si in prio
rem crus extensum est implicariq; non potest alteri cru
ri ad calcem pars est. Sed iam planta minus in priorem
partem inclinatur. dolorq; in hoc casu precipuus est et maxi
me urina supprimitur: ubi cũ dolore inflãmatio quieuit
cõmode ingrediuntur totusq; eorũ pes est: sed et si in po
steriorem extendi nõ potest crus. breuiusq; est ubi con
stitit, calx hic quoq; in terram nõ contingit. Magnum
autẽ femori periculum est ne uel difficulter reponat.
V el repositum rursus se excidat. Quidam iterũ semper
excidere contendunt. Sed hippocrates et diocles et phi
lotimus et nileus et heraclides tarentinus clari ad mo
dum auctores ex toto se restituisse memorie prodide
runt. Neq; tot genera machinamentorũ quoq; ad ex
tendendum in hoc casu femur, hippocrates, andreas, ni
leus, nymphodorus, prothardius, heraclides, faber quo
q; qdam reperisset. Si id frustra esset: sed ut hec fal
sa opinio est. Sic illud uerum est: cũ ibi ualentissimi
nerui musculiq; sint. Si suum robur habent uix admit
tere. si nõ habent postea non contineri. Temptãdu;
igĩr est et si terius membrum est: satis est habena;
alteram a genu intendi. Si ualidius melius adducẽt.

qui easdem habenas ad ualida bacula deligarint. Cumq; eo-
rū fascium imas partes opposite more obiecerint supiores
ad se utraq; manu traxerint: etiā nun ualentius intendit
membrum sup scamnū cui ab utraq; parte axes sunt ad quos
habene ille deligantur. Qui ut torcularibus conuersi rum-
pere quoq;. Si qui pseuerarit non solu; extendere neruos
et musculos possunt. Collocandus aut homo sup id scamnū
est aut pronus aut supinus aut in latus. sic ut semp ea pars
supior sit in qua os prolapsum est. ea et inferior a qua re-
cessit: neruis extentis in priorem os uenit rotundu; aliqd
sup inguen ponendu;. subitoq; super id genua adducendu;
est. Super eode; modo eademq; de causa qua idem in bra-
chio fit. Protinusq; sic complicari femur potest. intus est.
In ceteris uero casibus ubi ossa per uim paulum inter se re-
cesserīt medicus debet id quod eminet retro cogere mi-
nister cōn indem coxam propellere posito osse nihil aliud
noui curatio requirit q̄ ut diutius is lecto detineatur:
ne si motū adhuc neruis laxioribus fuerit femur. rursꝰ
erumpat. Genu uō et in exteriorem et in īteriorem et
in posteriorem ptem excidere notissimū est. In priorem
nō prolabi pleriq; scripserūt. Potestq; id uō proximu; ēē
cu; inde opposita patella. ipā quoq; caput tibie cōtineat:
magis tn eum cui in priorem ptem excidissent a se curatū
esse memorie prodidit. In his casibus intendi nerui ratio-
nibus hisdem quas in femore retuli possunt. et id qdem
quod in posteriorem ptem excidit. eode; mō rotundum
aliquo sup poplitem imposito adductoq; eo crure recōditur.
Cetā uero manibus sil dum ossa in diuersas ptes cōpellen-
tur.

LIBER POGGII SECRETARII APOSTOLICI explicit.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Ich erkläre freudenvoll, daß ich den Clm. 69 der kön. Bibliothek in München für einen unzweifelhaft den einstigen Ofner Corvini angehörigen erkannt habe.

München den 4/V 869.

Dr Florian Romeru
Professor der Archäologie
an der Jetzt Universität und
Cultus der Handschriftenhandlung
der ungar. Akademie
der Wissenschaften.

(ges. Dr Josef Fügel 923 4/II.)

Die Verzierungen von Attavantes.

so Herr Valentinelli

3. Juni 1869.

Sn.

Herr Valentinelli hat sich geirrt; die Verzierungen stammen nicht von Attavantes, sondern sind ganz einfacher Manier aus der ersten Periode, wo die Corvinischen Handschriften arabeskartig verziert wurden, der Schnitt war so wie bei dieser Handschrift, der Einband in Sammt. Die Handschriften von Attavantes sind ganz anders verziert. Siehe: Das Corvinisches-Missal in Brüssel, Das Breviarium in Rom, Martianus Capella in Venedig, 5 Corvinische Handschriften in Modena, 3 in Wien wo überall Nicht Attavantes Pinsel, Budapest Joh. Csontosi 1882.

Nr. 2460 Ausgang: 18. IV. 1959
I. Schäden: no
II. Behandlung: 29
III. Besonderheiten:

in libro VIII.
desunt ~~in hoc codice~~ cap. XXII. XXIII. XXIV. XXV.
quae inveniuntur in editione Leonardi Targae
Patavii a. 1769. 4°

Nr. 2060 Ausgang: 18. IV. 1959
I. Schäden: no
I. Behandlung: 29
I. Besonderheiten: